




Francisci Marii Grapaldi: poetæ Laureati: de Partibus Aedium: Addita
modo: Verborum explicatione: Quæ in eodem libro: continen-
tur: Opus Sane elegans: & eruditum: tum propter Mul-
tiugam: Variarum rerum: Lectionem: cũ propter
M. Vitruuii & Cornelii Celsi: emaculatas
dictiones: Quæ apud ipsos: Vel
Mẽdosæ: Vel obscuræ:
Videbãtur:

~~Fran:cus Maria Constantius. I. utriusq. Leg~~

✠ ii

Pauli Bufferla [illegible] in Seminario Ariminensi Rhetorices Preceptor:

D

F



Ianus Andreas Albius.

Antiquam: Marius Domum:recurrens:
Qui Mos: est proprius:boni Architecti:
Inuenit:loca multa:Aranearum:
Cincta Cassibus:& graui Veterno:
Et ne:Lucifugæ latere Blattæ:
Possent:Aedibus Expulit:Tenebras:
Qualis:Purpureus fugare Thitan:
Solet:Quum a populis:Caput Sepultis
Effert:& Radiis reuestit Orbem:
Sed:dum singula:noster Archimedes:
Illustrat:Propius suisq; rebus:
Infert Mane nouum:cadit:uelut Flos:
Quem:Bruma:aut Aquilo:insolēsue Aratrum:
Præsit:Ha Tenebræ:Tenebricosæ:
Orci:quæ omnia Deuoratis:ipsi
Dent uobis:male Dii:abstulistis omnes:
Aeuo huic:Delicias:uale Ha uale Aetas:
Infœlix:uiduata:tam Fideli:
Et Docto:Nitidoq; & Probo:Architecto:
Rara:qui potuit:domum Elegantem:
Arte:ponere:Quam:nec Inuida Aetas:
Terras:Exitio Datura:perdet.

Petrus Maria Charissimus Canonicus Parmensis.

Hospes:licet Negocium:instet obsecro:
Audi:tibi ita præsto:Lacæni sint fratres:
Si quando:iter:per æquor:insanum paras:
Idemq; Mauors:si uis ingruet pugnæ:
Obdormit:Aeternam sopore alto hic:noctem:
Grapaldus ille:ille Agnitissimus dudum:
Qui fecit:Aedem Splendidam:& Raram sane:
Iam abi & memento oculis tuis sat debere:

FRANCISCI MARII Grapaldi Viri Illistris: Vita Per Ianum Andream Albium: ad Reuerẽ. Dñm Florianum Canonicum Patro. Suum Digniss.



IONYSORVM Sophistam: tritum quoddam: Veteri Sermone Adagiũ:in ore Sæpe: habuisse: Auctor est Plutarchus:Quis patrem laudabit: Nisi Improbi liberi: uerum Hoc Chrysippus Phylosophus:eius sane tristitiam reformidans:cõmutasse:mitioriq; uerbo:ad meliorem partem: traduxisse uidetur:Quis patrem laudabit: nisi probi liberi: dicebat enim:illo℞ arrogantiam: Eo prouerbio comprimi: qui cum ipsi nulla uirtute excellant: Maio℞ suo℞ gloriam:& laudem sibi ipsis:frequenter ascribant: Cæterum Cui maiorum generositas: & splendor: (ut inquit Pyndarus) non degeneranti natura conueniat: quẽadmodum tibi Floriane: qui domesticis exemplis conformatus:maiorum tuo℞:memoriam reuocas: neq; enim alienæ laudis:Gloriã tua uirtute destitutus aucuparis:Quã obrem: Cum ego Grapaldi: Ciuis tui: Vitam litteris mandassem:Operepræcium:mihi fecisse uideor:Si illam tibi:tibi inquam meo numini mitterem: Quando Antiqua receusq;:fuerit consuetudo Primicias:eisdem deis:Offeri de quibus:mortales benemeritos fore Existimabãt:Sed iam ad institutum opus:ne Cupresum simulare uidear:reuertamur: Gẽtem Grapaldam:Vt hinc ordiar: ex Brixillo originem duxisse comperimus: Oppido sane nobili: cum propter amenitatem:regis fluuio℞: Eridani in cuius præcipio situm est tum propter Otonis Siluii:memoradam cedem: ue℞ intestina bella tumultusq; Barbarici: eam Vrbem postea obscuriorem reddidere:Qua de re: Chantes Francisci Marii auus merito quidem: inter Selectos Argus Heroes: Annumerandus: ne sedem male hospitam Diutius teneret Parmam se contulit:Quã Vrbem:inter cæterasCisalpi-

Dionysiodori Adagium

Chrysippus

Pyndari sententia

Primitias diis Offeri

Brixillum Ciuitas

Otonis Silui Cedes



Parma Romanorum Colúnia

næ Galliæ plurimũ excedere:satis notum est:utpote: Quæ
ex Priscis illis Romanis originem ducit:Ex Catellano igi/
tur(secunda ut aiunt Iunone) Grapaldus nascitur: Cuius

Hyperberæte⁹ Mensis

ortus: Circa idus Hyperberætei mensis fuit: Qui apud
Macedonas October est:quo natos mense Serotinos lon/

Popularis Aegritudo Epidimia

gæuosq; fore uulgo creditum est:Is itaq; populari ægritu/
dine:quam Epidimiam græci uocant Passim ĩgrauescente:
a quodam familiari asportatur: Ne tam nobilis familiæ:
uno ut dicunt Epulo:Omnes reliquiæ cõsumerentur: Cre/
dendum est enim: Apollinem Vt qui oraculorũ deus est:
idemq; Poetarũ tutor præuidisse Hominem olim sibi ho/
nore futurum:illumq; ex tali discrimine liberasse:Quando
eumdem deum præstare salubribus causis Auctor sit Me/
nandrus: Qui scribit etiam Milesios απολλωνι ουλιω
ꝓ salute sua ĩmolare:idem Homerus in libris Illiados: salu/
tis auctorem Appellat: ουλετε και μαλααιρε & eũ
dem pestis datorem: Vnde apud Pachynum Siciliæ pro/
montorium Lybistinus Apollo: magna religiõe Celebris

Apollo salutis Auctor

est:nam cum Lybici Siciliam inuasuri:ad id promontoriũ:

Lybici Siciliã inuasere

classem adegissent:Apollo qui ibi colebatur ab ĩcolis inuo
catus:Immissa hostibus peste:contis pene tali morbo pro/

Libistin⁹ Apollo

cidentibus Lybistinus cognominatus est: idemq; in Aga/
memnonis exercitum in Chrisidis ulcionem fecit: dicebat

Nestor ab Herculæ Euasit

aliquando id sibi quod Nestori accidisse:ille enim patre &
fratribus bello Meseneo ad Hercule interemptis solus su/
perstes remansit: ita & ego meis omnibus pestẽ corruenti
bus solus superfui:is igitur ad bonas artes: Honestaq; stu/
dia animum nec præter indolis policitationem apullit:pri

Philippus Beroaldus

mumq; præceptore usus est Phillippo Beroaldo homine
quidem ĩ litteris benemerito:Verum ut sors bonorũ est in/
uida:Aunculus cui tutella demandata erat:in fata hominũ
cessit:ex quo factũ est:ut se ad Questuarias artes nãq; do/

Pacuuii⁹ Poeta

mi res angustior uidebatur applicaret:quod & Pacuuium
Poetam aliosq; complures fecisse legimus & ne uitam

Metelli s̃ñtiæ

Cælibem quam oẽs pariter Philosophi detestantur ageret
prius tamen pensiculatis super hac re Metelli sententiis:

Amabiliam duxit Vxorē ex nobili Garimbertoꝝ familia: de qua plura dicturus eram: nisi me suem Mineruā docere cognoscerē: suis itaq; rebus amico (ut audio) Herculē cedentibus rusum se ad humaniora studia contulit: Certum est enim res humanas in eumdem sæpius casum deferi: siue quod habundantem & paratam materiam ad similitudines edendas fortuna habeat: siue quod reꝝ series ex quibusdā terminatis numeris ut Pytagoras Samius credidit connexæ sint: Vnde necessarium est: ex illaꝝ reꝝ decursu sæpe eadem euenire: Veluti ex duobus Atteonibus alter enim Syrus: alter Arcas fuit utrūq; ab apro interemptum fuisse: ex duobus Sipionibus ab altero Carthaginē captā ab altero fonditus euersam: Troiam primū ab Hercule ꝓpter Laumedontis equos postea per equū ligneum a græcis: tertio propter equum qui in porta cōsistens Illiensibus claudere uolentibus impedimento fuit: a Charidemo duce captā fuisse: Huic igit̃ nostræ Rei Publ. negocia utpote oīum horaꝝ homini demandata sunt: ī quibus se semper tali solertia: taliq; moderatione: tali deniq; prudentia gessit ut neq; detrahendi Ansa cuiq̃ data sit: dicebat aliquando Thadeus Vgoletus homo aprime candidissimus: cū quo res litteraria Naufragiū fecisse liquido patet: an nesis Grapalde populū? (ut ille inquit) multoꝝ capitū esse belluam: & ob hoc fortasis Samius Phylosophus omnino abstinēdum a fabis prædicabat: quando suffragia ut nostra tempestate fabis dētur: interim rebus ad sedem Apostolicam declinantibus una cū cæteris Verbenariis seu ut liquidius loquar oratoribus nostræ Rei Publ. uicem gerentibus proficiscitur: qui Palatino certamine: quod moris languentis Græciæ adhuc seruatur: Donatus Laurea & publico stipēdio abs fœlicis recordatiōis Homine: quem qm̄ res expostulat sub Pythagoreo silentio prætereundum duximus: ī patriam magna quidem oīum expectatione reuertitur: ferunt enim quū ex monte Mario: qui mons antiquuo noīe Vaticanus appellat̃: siue a Deo Vaticano penes quē essent uocis humane initia: qm̄ pueri simul atq; nati sunt eam:

Suem Mineruam docere.

Amico Hercule

Ex numeris cōstant oīa

Troia ter capitur

Thade⁹ Vgoletus

Bellua multorum capitū

Abstinendū a Fabis

Verbenarii

Silentiū Pytagoreum

Vatican⁹ De⁹

Vagire

Dies sine linea

Vrbis antiquitates

Marcus Garbatius

Porsenæ balnea

Dictũ Epicarmi de fortuna

Hypochõdrii

primam uocem edant quæ prima in Vaticano syllaba est iccirco Vagire dicitur: siue quod Vatum responso pulsis æthruscis P.R. eo potitus sit subiacentẽ urbem aspexisset: obortis dulci quodã affectu lachrymis proclamasse: Salue tot Illustrium uirorũ patria: nullam enim quoad Romæ se Habuit diem sine linea præteriisse affirmabat nam si quid occii quod quidẽ raro: circos inuisebat: Thermas: theatra Naumachias: aquæductus: montes: porticus: uias: fora: ĩsulas: Arcus: colosos: statuas: obeliscos: methas: Amphiteatra & alias urbis antiquitates: Nec multo post ad Leonem. X. Ponti. Termaxumum rusum orator uenit a quo tam benigne cognitus Vt abs Tyranno Siciliæ rusum platona accipi diceres ex quo itinere malam capitis dispositionem crebrasq; oculorum uertigines contraxit: Cum propter Chlimatis diuersitatem tum propter solis ardores: nam ex his rebus (ut aiunt Phisici) caput infirmum efficitur: quare ad balnea Quæ in principio æthrurie sunt iuxta Apenini mõtis radices ductus sane opera Marci Garbatii Medici pariterq; philosophi experientissimi contendit: ea enim (ut existimo) Primum a Porsena æthruscorum rege qui se Ianiculum usq; habuit instituta sunt Sed nũc temporis Corsenæ balnea corupto quidem uocabulo passim appellantur de quibus ut multorum est opinio intellexit in libris Epigrãmatõ Martialis ætruscis nisi Thermulis laueris illotus morieris Oppiane ex quo factum est ut non post multum tẽpus pristina adepta ualitudine nouam Academiam ĩstitueret: uerum fortuna quæ ut ĩquit Epicarmus nulis in rebus fidem seruare didicit: diẽ accelerat ne diu res litteraria sua gloria sua deniq; fœlicitate uti posset: Laborauerat igitur circiter mensem unum e doloribus iis qui quoniam uiscerum Cartilagini inhæreant ex argumento Hypochondrii appellantur: Hi tam & si neminem sua quidem ui iugulãt quoniam tamen acutissimi sunt etiã iure molestissimi perhibentur: sed enim fato ne dixerim an insitia incuriaq; medẽtium id euenerit ut dum curatio doloribus adhibetur febris una omnium insidiosissima contracta sit: Quæ sen-

ſim illapſa non quidem in uenas aut in Arterias ſicuti cæteræ ſolent ſed in artus in uiſcera in neruos in oſſa quoq; & medullas incubuerit:ea uero quod latenter quaſiq; lenibus ueſtigiis irrepſerat:parũ primo animaduerſa : dein uero cum ſatis magnam ſui ſignificationem dediſſet:non tamen pro eo ac debuit diligenter curata ſic hominem prorſus afflixerat ut non uiribus modo ſed pene omni amiſſo corpore diſtabeſceret: Quare pridie quã Naturæ ſatiſſaceret intelligẽs nullam ſuæ ſalutis ſpem reliquam fore nihil prius habuit quam ut animæ medicum acerſeret cui de contractis tota uita noxiis Chriſtiano ritu confitetur : Sũmo dein mane quieſcẽti meditantiq; Sacerdotẽ adeſſe cũ ſacramento nunciant:Ille enim tu ne? inquit mitiſſime Ieſu tu nequiſſimũ hũc ſeruũ dignaris inuiſere : ad quod dixi ſeruum imo uero hoſtem: Qui tantis abs te comulatus beneficiis:tuam tocies maieſtatem læſerim: quod ego per illam qua omne genus hominum complecteris charitatẽ quæ te cœlitus:ad nos i terram deduxit:quæ famem:quæ frigus:æſtum:labores:contumelias:flagella:irriſus: uerbera quæ poſtremo crucem:ſubire te compulit:per hãc ego ſalutifer Ieſu quæſo obteſtor:auertas faciem a peccatis meis & cum ante Tribunal tuum conſiſtero quo me iamdudũ citari plane ſentio:non mea fraus:non culpa: plectatur:ſed tuis meritis condonetur:hæc atq; alia cum dixiſſet corpus & ſanguinem dominicum: diuina quadam maieſtate uerendus accepit:tum conſolari Marcum Antonium filium ut feret æquo animo uim neceſſitatis:non defuturum cœlitus patrocinium:eramus ibi Anſelmus unaq; Cæſar Chariſſimus uir & in Matematica & medicina exquiſitiſſimus multiq; complures familiarium:cum ſe Apio indigere proclamauit:credebam ego aliqua medicamẽta: Apio preparati oportere:cum Anſelmus clam mihi ad aurem deflectens:hic inquit profecto:ſibi diem inſtare cognoſcit Apio enim mortuos:ſepulchraq;:ueteri Græcorum more coronabant:idq; Defunctorum Epulis dicatum eſſe Lucianus affirmat:uerũ:ut nos mutuo obloquentes aſpexit:heus uo

Naturæ ſatiſfacere

Oratio ad Deum habita

Anſelmus

Cæſar Chariſſimus,

Mortuos apio coronari

Fortunatæ insulæ

bis interim parabo sedem i Fortunatis insulis inter odoratum lauri nemus unde superne plurimus Eridani per siluā uoluitur amnis. Hisdéq; reiteratis sæpius Carminibus expirauit. Vir ad omnia summa natus & qui flantem reflantemq; toties fortunam usq; adeo sit alterna uelificatione moderatus: Vt nescias utrum secundis rebus constantior an aduersis æquior ac temperatior apparuerit: periit autē Quinquagesimo & sexto ætatis suæ āno qui inter Climatericos idest scalarios annumerat: abs quibus sine aliqua molestia mortales euadere difficilimum est: nam per septēnarium numerum humanæ uitæ Vehiculū diuiditur: præcessere autem admirāda quædam Signa & Prodigia eius credo obitum significantia: nam & tales homines Immortalibus deis cordi esse proculdubio credēdū est: Eius enim Gētilicia insignia: Quæ in præerupta nostræ Vrbis turri depicta erant de Cœlo tacta sunt: nā Fulmina ex alto statisq; de causis ex suis ueniūt syderibus: quare ueteres Romani ex Aethrusca disciplina sacerdotes in urbe habuerūt: qui fulmina ipsa procurarēt: qui fulguratores a. M. Catone appellantur: Consedit etiam in eiusdem tecti cacumine Inauspicatissima quædam auis lugubri tristiq; suo carmie illud puto quod postea secutum est denuncians: Has enim huiuscemodi uolucres ominosas esse malaq; mortalibus portendere superstitiosa Vetustas credidit: nisi ipsæ ex præcepto Melampodis Amythaonii Cruci suffixæ haberentur pleraq; alia Infausti ominis aparuere: quæ quidem singula narare haud mihi uisum est: in Lacesendo autem respōdēdoq; ex tempore acutissimus fiunt: Causidico cuius informe gibbo erat corpus: ageni apud se causam & frequētet dicenti corige me Si quid reprendis: ego te inquit monere possum: Corigere nequaq̄: cum uidisset mulierem ex fraxino arbore pendulam utinam īquit cæteræ arbores fructū huiuscemodi tulissent a Tōsore loquaci Rogatus quomodo te tondeo Silens inquit: cum ornatum scutum elegantius cuiusdam uidisset dixit non mirari quod scutum tali cura ornasset in quo plus præsidii quam in gladio haberet

Climathericus Annus

Septennarius Numerus uitæ Vehiculū

Quædā Prodigia

Fulguratores qui sint

Præceptum Amythaonii in Diras

Dicta quædā Vrbanissima

Interogatus qua hora prandere oporteat: Si diues inquit qua uult: Si pauper quando potest: Quodam dicente uenturos aliquãdo ĩ Italiam Turcas nubes sagittarum copia: facturos: melius inquit in umbra pugnabimus: rogatus cuiuismodi uinũ Libentius biberet alienum inqt: adulescẽti cuius consuetudine tenebamur Chasandrã se dicenti qm̃ euentũ cuiusdam rei prædixisset: recte ĩquis: nam multos possum tuos Aiaces Oyleos noĩare: Cũ scorti filiũ ĩ turbã iacientem lapides cerneret: Caue ait ne patrẽ ferias: Cũ ui disset luxuriosi cuiusdam domui ĩscriptum: uenalis: Siebã inquit quia uini crapula obsessa facile dominum euomeres: Admirante quodam ea quæ sunt Florẽtiæ donaria lõge ait plura essent: Si qui seruati non sunt ea deuouissent: Intuens aliquando adulescentem lapides in crucẽ iacientẽ Euge inquit scopo enim potieris: Prolixam certe haberet materiã: Si quis ista colligere ac prosequi uellet: sunt enim pene innumerabilia huiuscemodi urbanitatis dicta: composuit autẽ libros de Partibus Aedium Opus sane elegans & eruditum quæ materia Latinis græcisq; usq; itacta erat Scripsit etiam Psalmos quosdam ductus sane suorum delictorum penitẽtia. Quod & Hebreum Regem fecisse testis est Antiquitas: Cæterum quoad corporis Habitudinẽ pertinet proceriot: obesitate tamen cõuenięti: Humectãtibus oculis: ore quẽdã gratũ odorẽ exhalãte Cuius rei causa fuit quædam corporis temperies innato calore feruentis: cum enim (ut Theophrastus æstimat) humor a uapore digeritur: suauis ginatur odor oportet: ea propter arrida atq; torrida Orbis terrarum loca: plurima & præstantissima ferunt Aromata: Sol enim putredinis materiã humorem exhaurit: Qui rebus abundat extrinsecis,

Turchas sagittis pollere

Aiaces oylei

Scopo potiri

Scripsit Psalmos Hebreorum Rex

Opinio Theophrasti

Torrida loca Aromata ferunt

Finis.

P.Franciſcus Paxius.

Inſtructæ ſi cura domus:ſi cura loquendi
Sit tibi:Grapaldi ſcripta diſerta lege.
Quæ latuere diu tam docta uocabula:fecit
Ille quidem medio ſplendidiora die
Nam latii decus eſt:& noſtri gloria ſæcli:
Et Iubar & linguæ Delius Auſoniæ.

Bernardus Bergondus.

Grapaldum uenerare laureatum
Hoſpes.Si latias colis camænas
Fontes non opus eſt adire graios
Si quod ſcribere uis poema clarum
Hic fons eloquii:& Chorus ſororum
Si proſam legito ſuas Tabellas
Quas hic quottidie ſuis amicis
Mittebat.Ciceronis inſtar:atq;
Criſpi dixeris omnibus Saluſti
Eſſe.Si Thalamum:Lacunar:Aulam
Tectum nobile:Porticus:Columnas
Condis.Hunc lege.Liuor abſit Hoſpes
Quod tu ſi facies opus placebit.

Epithap.Mar.Grapal.per Nicolaum Pietulum

Hac potuit feciſſe itiner:qui Lumine ſicco:
Belorophonteis eſt male gratus aquis:
Thymbreum:Aonides:Marium:Euan: Numina uatum:
Atq; alios plures:hæc capit Vrna deos.

Cæſar de Michaelibus.

Iacet Pieridum decus ſororum
Franciſcus Marius Grapaldus Vrna hac.
Pone arcum & Pharetram/& leues ſagittas
Apollo/& lachrimis decora ademptum:
Relicta Aonides Lyra atq; plectro
Deplorent obitum ſui poetæ
Mæſta tu quoq;(proh dolor)iuuentus
Luge orbata tuo bono parente.

Franciſcus Marius Grapaldus Poe/
ta Laureatus Parmenſis Illu/
ſtri Horlando Marchio/
ni Pallauicino.

Signa dabit Plaſtes:leporem uenator:& auceps
Perdices:crepidas ſutor:& arma faber:
I ſitia & fartor:ſumen:uentremq; faliſcum.
Inſtar pyramidis Bubſequa lactis opus:
Et figulus capides:ientacula dulcia piſtor:
Crœſus opes:numos diuitis arca Midæ:
Attalicum textrix:redolentia coccina lydus
Infector:uates grande poema dabit.
Aſt ego quæ potui:ne ſpernas munera:gerræ
Sint licet:eſt etiam grata Corola Ioui.
Fœlix uiue diu Marii non immemor:Euan
Phœbus Calliope tu mihi ſolus eris.

Philippus Beroaldus Bono/
nienſis in Laudem
Operis.

Tectum nobile multiplex uenuſtum
Cellas:horrea:porticus:columnas:
Menſas:balnea:fornices:dietas
Extruxit tibi doctus Architectus:
Nec perpendiculo decempedaq;
Metatus calamo ſed eleganti
Structuram uariauit & poliuit.
Lector perſpice:rem ſtatim probabis:

Illustri Horlando Marchioni Pallauicino Viro Principi Franciscus Marius Grapaldus Poeta Laureatus Parmẽsis Sal.



VM MVLTI Libelli compluriaq; uolumina cãdidissime uir eruditorum omnium fauissor constantissime hac potissimum de causa sæpius legantur: quia uiris optimis Illustribusue dicata sunt: ego hasce meorum studiorum primitias: seu magis lubet hæc nugamenta gerris syracusanis uaniora sub tuo nomine edere costitui: ut cum legentes uiderint tibi in quo uirtutes de excelentia inter se certare iam notũt omnes: esse dicata: auidius legant: reuerentiusq; obseruent. Sunt autem de partibus ædium: additis quæ conuenire uidebantur ex probatissimis: quantum potui: scriptoribus: & imprimis Plinio luce doctrinarum splendidissima: quorum uerba sæpicule inter legendum notabis: nec de omnibus: sed quæ crebra lectione occurrerunt memoria ingeniumq; suggessit: his equidem multa: illa uero quam plurima apes ex floridis herbantibusq; pratis mellilegulas secutus in scedulis calamo digessi: magis dictionum studens interpretamentis q̃ locorum singulorum idoneis: ut Architecti solent: dispositionibus: Domus enim tam amplissimæ structuram non docere: uerum ædificatæ partes describere: hoc est singulis: nomina sua reddere: & breuiuscule fortassis quam decebat elaboraui. Complura fateor me uel addere uel diffusius scribere potuisse: quorum quibusdam consulto: ne in immensum opus cresceret falce imperaui: quædam cum absoleta tum nimis triuialia minime conuenire uisa sunt. Præterea alius alio plura & scire & ti-

Gerræ siculæ

Plinius

Apes melillegulæ

mari poteſt:nemo omnia:homines ſumus.Mihi autem ſa tis eſt huius materiæ:quam publicæ utilitatis ergo ſuſcepi maximam partem tradidiſſe hoc breui Enchiridio quod a ſemidocto intra decimeſtre ſpatium & conceptū & edi/ tum pigmentariorum olitorum & artificum turbæ ſemi/ doctulæ emptionem ſi uenerit in auctione præſtolabitur: Affranius quippe nauci non daret:nec licitator Plautus Ci cum offerret.Ea tamen omnia qualiacūq; ſunt his præci/ pue ſaturnalibus: quæ nunc chriſtiana religio ex ortu re/ demptoris ſaluberrimo Natalitia rectiſſime nuncupat ad te mitto tanquam Xeniola ueterum morem Romanorū imitatus:ut cum talis ſepoſitis: teſſeris ſcruppis & alueolo poſt ludum;quem tempus poſtulat:i ocio fueris: ſi tamen Africani Scipionis exemplo eſſe potes ocioſus hæc legas: legendoq; cælum expolitionis(dummodo caſtigatoris & non reformatoris operam requirere uideantur)adhibeas: & illa ueluti Aeſculapius Vrbium aut reſtituas ad uitam: aut iuuante Vulcano:ut Plato tragica poemata:liberes in/ famia:ſi peruenire non merentur ad famam Noui enim in genii tui acumen: noui accerrimum illud tuum iudicium: quod mediusfidius tanti facio:quanti Catonem illum ad/ oriam gladio adeptum.M. Cicero romanæ princeps elo/ quentiæ faciebat:& merito.In te namq; ſumma doctrina & Lepos uiget atticus muſarum(ut dicunt) eloquio com/ parandus.Quam ob rem ſi has meas nugulas non impro bateris ſublimi feriam ſidera uertice. Vale & Marium ti/ bi addictum excipe.

Saturnalia q̄ Natalicia

FRANCISCI MARII GRApaldi Poetæ Laureati Parmeñ. De Partibus Aediũ Liber. I.

Domorum inuentio



VNDI RVDIMENTO HOMINES FERI ET inculti ante fruges cognitas querna grande ac fructibus: quos passim e terra natura produxerat uictitabant: in speluncisq; aut habitabãt: aut tecta siluarum ĩcolebãt. Verem agresti illo & ferino uictu aliquantulum posito: cœpere primum alii tuguriola de fronde harundinibusq; contexere: alii quemadmodum Doxius Cæli filius exemplo ab hirundinum nidulis sumpto: luto Acerato extruere loca quæ cannulis temere contecta subirent: mox cogitationibus suis adiicientes res nouas: non solum humiles casas: sed & amplissimas domos fundatas & lateritiis parietibus aut lapidibus erectas: materiaq; & tegulis tectas cõstruere cœperũt ueluti Athenis Eurialus & Hyperbius fratres excogitasse dicuntur. Procedẽte demum tempore luxus ille Romanorum sumptuosiores ac splendidiores erexit: & picturæ honore: & ex toto fere orbe marmoribus translatis: & quod maius est solerti inuento ex arena in crustas sectis: quibus non contẽta luxuria etiam addidit: ut trabes & parietes tãq̃ uasa inaurarentur: compluriaq; ac diuersa ad habitandum loca nõ tantum utilitatis opportunitatisue: sed & uoluptatis causa ponerent: de quibus ne longius q̃ res exigit nostra præcurrat oratio hinc exordior: candide & fœliciter lege.

Casa

Secta marmora

Parietes Veſtibulum Ianua Atrium Periſtylium Caput Primum.



NTER Parietes Architecto rum omnium ſententia lateritii præferũtur: utpote ſi ad perpendiculum fiant æterni: ideoq; ad publica ut plurimum & priuata opera ſatrapum domos: & ampliſſimas principum regũq; aulas ponuntur. E ſilice tamen græci diu probauere: erecti ſunt & marmorei: quos Romæ primo ſcænam. M. Scauri ædilis habuiſſe memorãt. Verum excogitata arte marmora ſecandi in laminas fuere in præcio cruſtati: cruſta tantum marmoris intecti: qua primum Romæ totius domus ſuæ parietes in celio mõte legimus Mamurram e formiis equitem Romanum operuiſſe. Sũt autem & priuatarum ædium & publicarum: ſignificantq; ſtructuram domus uniuerſæ corpus ambientem: quæ ſi undiq; uiam habuerit Inſulam faciet. Muri uero primum a Traſone erecti ſiue mœnia urbium & oppidorum: Structuræ quoq; ædes intus diſtingunt ac ſeparant diuerſis nominibus ad uaria opera uſuſq; plurimos parietes dicũtur & itergerini & Mediani: id genus omnia iactis in ſolo ſtabili fundamentis calce arena lateribus, marmore, gypſo: cementis, creſcunt & conſtruuntur: At ſi ſtabile ſolum nõ fuerit ex uligine uel aquarum exundantia Fiſtuca inſtrumento ſublicæ paliq; ex alno imprimis pangentur ad fundamina. Calx ipſa de albo ſaxo aut ſilice optima coquitur fornace calcaria per calcarios ad ſtructuram: quæq; erit ex ſpiſſo ſaxo & duriore utiliſſima: iuſta tamen arenæ ab ariditate hærendoue mixtione temperata: unde arenatum e calce & arena: & Arenarium ubi foditur: eius ſunt foſſitia

Lateritii
Parietes
Silicei
Marmorei
Cruſtati
Parietes
Inſula
Muri
Mœnia
Intergerini
Mediani
Fiſtuca
Calx
Arena
Arenatum
Arenarium

Sabulum
Lateres
Lydoron
Tetradoron
Pentadoron
Doron
Dora
Antidora
Marmoris usus
Frontati

fluuiatica & marina:inter quas crassior minus aspera sabulum nũcupatur:fossitiæ quartam partẽ calcis fluuiaticæ & marinæ tertiam addere conuenit: Laterꝶ quoqꝫ ex Intrita fiũt genera tria:Lydoron siue Didoron longũ sesquipede latum pede:Tetradoron e palmis quatuor: Pentadoron e quinqꝫ. Doron.n.græci palmũ appellant: & dora munera ꝙ manu darẽtur:unde Antidora. Variãt autẽ nationes laterum noĩa & formas:quæ omnes siue oblõgæ uel incuruæ seu quadrãgulæ ut in frontatis:triãgulæue fuerint fornace latericia durãdæ sunt. Marmoris ĩ ædificiis etiamnũ usus probat᷑:qui apud Romanos adeo percrebuit:ut nauibus ad id preparatis ex lõgiquis regionibus/transmarinis prouinciis extremis nationibus adueherẽtur in urbẽ marmora:nulla fere alia q̃ dilitiarum causa:hinc Plinius alpes quas in portẽto prope habuere ueteres ab Hãnibale pœno mox a Cymbris superatas cædi ĩ mille marmorꝶ genera cõqueritur.Est.n.parariũ candidissimũ a paro e cycladibus insula:simile ex Liguria uehit᷑ ad nos quod a loco Carariense uocitamus: tale ligusticũ olim Lunẽsium Lapidicinæ dederũt.Luculus marmori quod fere atrum erat illo delectatus nomen imposuit:cuius colũnas duodequadragenũ pedũ Scaurus in atrio collocauit:quæ postea ĩ Theatro Marcelli trãslatæ sunt:Laconicũ uiride est & cũctis hilarius:ophites a maculis serpentiũ quibus distinguitur nomen accepit: Porphyrites rubet cãdidis interuenientibus punctis Leucostictos uocatur:Primum autem uersicoloria marmora Latomiæ chiorꝶ dedere:Bassaltes ferrei coloris est & duriciei:unde nomẽ mutuat᷑:onychites qui & onyx ex Arabiæ mõtibus est e quo uasa potoria in germania ꝓducũtur.P.Lẽtulus Spĩter amphoras ex eo & urceos magnitudine cadorũ ostendit:Alabastriten quoqꝫ candidum cauare solent ad myrothecia: quoniam unguẽta incorrupta seruare creditur: est Tophus lapis fragilis candidus & minus inquit Plinius ponderosus qui Porus uocatur: Est pumex græce cifferis quasi pertusus erosusqꝫ a uermiculo qui Cis dicitur qualis hordearius triticariusqꝫ est:Sed

Parium
Cariariense
Ligusticum
Luculeum
Laconicum
Ophites
Porphyrites
Leucostictos
Marmora
Versicoloria primo
Bassaltes
Onychites
Alabastrites
Tophus
Porus
Pumex
Cifferis

de his iam satis. Difficile namq; esset enumarare singula genera in tanta multitudine: cum quilibet locus suũ fere marmor producat. Primus autem peregrinum marmor Numidicum quod fuit ĩ columnis habuit. L. Crassus orator: quem ob id. M. Brutus in iurgiis Venerem pallatinam appellauit. Cementa uero dicuntur omnis rudior materia qua ædificia cõsurgunt: sed proprie lapides uulgares subduri. Plinius in. xxxvi. medios parietes farcire fractis cemẽtis: inde cemẽtarii fabri murarii qui parietes ducendo domos ædificãt nomen acceperũt. Hi de præcio totius operis faciundi: si cum domino conuenerint: ædificandũq; id cõduxerint redemptores uocitãtur. A cemẽto Cementitii parietes etiam dicti: hoc scitu dignũ: ordines ipsos laterum in parietibus struẽdis a Vitruuio Coria nominari quæ uulgo turba opificũ cursus appellat: Sed eidem flexus angulorum ĩ ædificiis & parietibus exterior uersura dicitur quã græci campen uocãt: & Ancones etiã a cubiti uersura quã doq; legimus. Gypso quoq; parietes cameræ & infumibula additis arundinibus leuissime suspendũtur: Vsus eius & in albariis pro tectorio. Sed in hoc præfertur maltha: quæ Plinio autore fit e calce recenti: & Intrita: quæ in mortariis hoc est Lacunis & conceptaculis maceratur & fermẽtescit: Eo madido statim utuntur: quoniam celerrime coit: ac siccatum durescit: optimum coquitur e lapide specula ri: quo & sculptores & pictores protypa Echtypa Iconia simulacra & cõpluria alia producũt: ac formas faciunt: fit & e lapide marmoroso: quod in albariis apud nos probatur. Parietibus namq; extructis Calx inducit: unde calcata ædificia calce cõtecta loricationem & tectoriũ appellant: & precipue si leue politumue fuerit: ut super induci possit penicillis uel albariũ uel pictura: & cæteræ id genus circũlitiones quæ structuram plurimũ uenustant: nam & calx interdum aspera relinquitur: ita ut grũmuli emineant. Pli. de cucurbitis in. viii. Reptantibus inquit flagellis scandentes parietum aspera intectum usq; natura sublimitatis auida: quo loco per artesum aspera: pleriq; lectitabant: ad arta

Marmor externũ primo

Cementa

Cementarii

Redemptores

Coria

Versura
Campe
Ancones
Gypsum
Maltha
Intrita

Loricatio
Tectorium
Albarium
pictura

Arteses

calce aſpera tectoria: uel ab arteo appendices e ligno inter pretantes. Sed de hoc alias. Porrigitur autem ſæpicule extra parietem in facie domus mutulis e marmore ſuppoſitis locus ad ſpectandum inſtar ſuggeſtus uel pulpiti quem podium & podiolum per diminutionem rectiſſime dicemus.

Podium
Podiolum



Eſtibulum ante ianuā locus:a ue particula quæ modo intendit:modo minuit: & ſtando cōponi uidetur. Domos nāq; ampliſſimas ædificaturi ante ianuam uacuum reliquere:in quo togati clientes:qui patronum : qui diuitem orbum ſalutatum ex conſuetudine ueniebant priuſq̄ per admiſſionales in ſalutatorio admitterentur conſiſtebant: & neq; in uia ſtabant : neq; intra ædes erant. Ab hac igitur conſiſtitione & quadā quaſi conſtabulatione ſpatia illa ueſtibula ſunt appellata. Plautus in moſtellaria: Vide ueſtibulum ante ædis hoc & ambulacrum cuiuſmodi: alii a Veſta deduci exiſtimarunt Ouidius in faſtis: Hinc quoq; ueſtibulum dici reor unde precamur Quam famur ueſtam quæ loca prima tenet: domuſq; partem non recte primorem ſignificare. Græci propylæum dixerunt: Marcus Cicero Officiorum ſecundo: Phalereus Demetrius: qui periclem principem greciæ uituperabat φ tantam pecuniam in præclara illa propylæa profuderit.

Admiſſiōales
Salutatorium
propylæum



Anua primus ædium aditus eſt a Iano bifronte: cui omne principium conſecrauit antiquitas: cætera intra Ianuam generaliter oſtia ſunt: ſeu Valuæ habeant ſiue fores: q̄uis hæc uſus corrupit: nam & Ianua a qua Ianitor pro Oſtio ponitur: & Oſtium a quo Oſtiarius: p Ianua: græci Thyras uocitant: unde Thyridion oſtiolum: & pſeudothyra deducta: Prothyra quoq;: & Hypothyra: ualuarum hians illa cauitas: ipſa uero oſtiorum latera antas appellamus quandoq; Paraſtatas: a quibus antipagmenta ualuarum ornamenta: At po


Oſtia
Ianitor
Oſtiarius
Thyræ
Thyridion
pſeudotyra
Hypothyra
Antæ
paraſtatas
Antipagmēta
poſtes

ſtes q̄ poſt oſtia ſtant: e populo abiete cupreſſo & id genus cæteris clauis ferreis confixi ad egreſſum & ingreſſum pro hibendum:& bullis auratis interdum ad ornatum & ſplen dorem: in medio Impaginum æque diſtincti ſuper cardi nes deuoluuntur:Hora Veianus armis Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro. poſuerunt & maiores ex ære:hinc Camillo Spurius Caruilius quæſtor obiecit q̄ ī domo oſtia haberet ærata:Nam fores proprie & per diminutiuum Fo rulæ dicuntur quæ foras aperiuntur. Plinius in trigeſimo ſexto de Valerio Publicola:& eius fratre:Adiici decreto ut domus eorum fores extra aperirentur: & Ianua in publi cum reiiceretur: Et Plutarchus parum diſſentiens a Plinio memorat Primum. M. Valerio Publicolæ fratri cum de ſabinis triunphaſſet domum publice poſitam: cuius fores extra aperientur:cum antea cæterarum ædium intro reſe rando impellerentur:ut ex hac conceſſione honoris appa reret quotidie eam domum aliquid publice admiſſuram: Valuæ quæ reuoluuntur & ſe uelant ut ex Varrone Serui us atteſtatur: Porta uero proprie eſt murorum & caſtrorum: hinc decumana hinc prætoria q̄ per eam portentur & ex portentur cuncta: Alii īter quos eſt Donatus ab aratri por tatione nomen accepiſſe exiſtimarūt:Subiunctis nāq; uac ca & Tauro qui urbem deſignabat:aratrum manu ſuſpen debat ne ſulcum quem primigenium dicunt faceret ubi aditus ciuitatis erant relinquēdi:Portarum deus Portunus unde & clauim manu tenebat autor Feſtus:ueluti nūc cla ues dātur Diuo Petro qui Ianitor cœleſtis aulæ uulgo cre ditur:Poſticum Item Oſtium: ſed in poſteriore ædiū parte tantum.Horatius. Atria ſeruantem poſtico falle clientem: Ammianus Pſeudothyron uocat:Eſt & poſtica ad frugū inuectionē domibus neceſſaria:unde poſticula: Apuleius: Per quandā breuem poſticulā introuocat me: Fores autē cum planulis ferreis parietibus ut uidemus cardinibus cō iunguntur & ſuper illos deuoluūtur: Cardo ipſe quaſi cor ianuæ quo mouetur:huius dea Carda quaſi Cardina apud Romanos fuerat:cuius feriæ Kalendis iuniis celebrebant.

Impagines
Fores
Forulæ
Valuæ
Porta
Decumana
Prætoria
Sulcus
Primigenius
Portunus
Pſeudothyra
Poſtica
Poſticula
planulæ
Cardo
Carda


Ouidius sexto Fastoꝶ.prima dies tibi Carda dat̃: Dea car-dinis hæc est. Hæc striges nocturnas & Lamias pueroꝶ ut dicebant Cunas infestantes a limine summouebat.

Strix
Laniæ



Imen tã superior q̃ inferior ostioꝶ pars. Iuuenalis pendentia liquit uela domus & adhuc uirides in limine lauros: & poeta: Armatosq; uidẽt stantes in limine primo: Limen autem superius quod Neoterici superliminare: Græci Hyperthyron & Hyperthyrion sustinere solent sigilla quædam incurua & gibbosa quæ Atlantes dicẽtur & a nostris Telamones uirili q̃dem effigiæ: nam muliebri si quæ ĩ ædificiis etiam stantes erectæ fuerint Caryatides uocabunt̃: ut scribit Vitru. archi tectus: Limina e marmore Numidico primus ĩ domo posuit. M. Lepidus Catuli in consulatu collega uerꝶ magna re præhẽsione: A limine Liminaris lapis: & postliminium ius competens in captiuitate detentis si ad propria repedauerint: At limen ipsum a limo obliquo ꝙ ingredientibus exe untibusq; transuersum sit: ut est apud Donatũ & Pompeium. Liminis deum limentinum ueteres & forculum qui præesset foribus coluerunt.

Hyperthyron
Supliminare
Atlantes
Telamones
Caryatides
Lapis liminaris
Limentinus Deus
Postlimium
Forculus




Era qua admota ostia claudũtur: Diuus Hieronymus ĩ pauli uita ostium quod petebat occludens sera obfirmauit: adserere.n.est admouere ut Festus Pomp. At. M. Var. a satire ꝙ est aperire dictã existimauit: Inde reserare recludere. M. Cicero Nec ita claudenda est res familiaris ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda ut pateat oĩbus: Nonius Marcellus patibulum uocat ꝙ ea remota Valuæ patescunt. Serra alias qua quid secatur: Vergilius. Tum ferri rigor atq; argutæ lamina serræ: Hanc ut Plinio placet Dædalus inuenit: ut apud Seruium legimus Perdix illi nepos ex sorore primus monstrauit: Ouidius in metamophosi: Ferroq; incidit acuto Perpetuos dentes: & serræ reperit usum: pessuli quoq; quibus ostia claudimus claueq; mox subdita reseramus: Apuleius in asino aureo: Tunc Myrmex tandem claue pessulis subiecta pandit fores: Item subdita claui pessu-

Adserere
Satire
Reserare
Patibulum
Serræ
Pessuli

los reduco. Hic Solomonis canticorum quinto: pessulum ostii mei aperui dilecto meo: Vbi Nicolaus de Lyra ostiolum in porta nimis frigide interpretatus est: Vnde opessulata Ianua pessulis firmata: Vectes item quibus fores offirmantur. Vergilius: Centum æreî claudunt uectes: æternaq; ferri robora nec; custos absistit limine Ianus. Vectem cyniras agriopæ filius inuenit: cuius nomine & palus ferreus presertim significatur. Clauis etiam qua fores arculæ & id genus multa: & clauduntur & aperiuntur. Vnde conclauia loca quæ sub una eademq; claue clausa sunt. ut apud Pompeium: Terentius in Eunucho: Dum apparatur uirgo in cõclaui sedet. Vbi Donatus Conclane inquit est separatior locus in interioribus tectis q intra eum loca multa & cubicula clausa sint adhærentia triclinio. At Cicero Conclaue ipsum triclinium est interpretatus: clauem Theodorus samius primo monstrauit: a qua faber clauicularius. Obices etiamnum Pessuli claustra seræ uncini uocitantur: & ab obiiciendo teste Gellio nomen acceperunt: generaliter quæcumq; obstacula dici possunt: Silius Italicus: & fidos certant obices accersere silua: Vergilius ecce matis magna claudit nos obice pontus: Repagula itẽ sunt quæ patefaciendi gratia ita figuntur ut e contrario pangantur: autor Pompeius Ouidius: raptaq; de dextro robusta repagula posti ossibus illisit: Plinius. Abies ualuarum repagulis & ad quælibet intestina opera aptissima: hæc & repages.

Opessulata
Ianua
Vectes
Primo
Clauis
Conclauia
Clauis
Primo
Clauicularius
Faber
Claustra
Obices
Vncini
Repagula



Trium primus ĩtra ædes adit?: Vitruuius: in urbe atria pxima ianuis esse debent: ruri a pseudo urbanis statim peristylia: Lucæ. xi. Cũ fortis armatus custodit atrium suũ in pace sunt ea quæ possidet: & poeta: Atria lõga patescunt. Vbi ut notauit Ser. culinam facere antiqui cõsueuerant: hinc atria dicta quasi atra ppter fumi fuliginem: siue ab Atriatibus æthuriæ populis ut autor est. M. Var. Nam Põpeius atrium ante ædes genus ædificii proprie dictũ putat quasi aterriũ q e terra oriatur: unde Atriensis ĩter primores Seruus nomẽ accepit:

Atriensis

& Atriolum in amplis domibus ĩ quibus erat attrium ma ius:At proximus atrio locus Tablinum a tabulis ut græce Pinacotheca dicebatur:Plinius i.xxxv.Tablina codicibus implebantur:& monimentis rerum in magistratu gestarũ: aliæ in foribus & circa limina animorum ingentium ima/ gines erant affixis hostium spoliis.Item imaginum picto/ res Sopylon & Dionysium quorũ tabulæ pinacothecas implẽt: & Apuleius Floridorum ultimo Medici inquit cũ intrauerint ad ægrum uti uisant nemo eorum ꝙ perpul/ chra Tablina ĩ ædibus uisant:& lacunaria auro oblita:De Tablino quoq; meminit in.vi.Vitruuius Architectus:Esse tamen illa fere uidetur differentia:ꝙ in Pinacothecis tabu læ pictæ:in Tablino rerum in magistratu gestatum monu menta continebantur.

Tablinum pinacotheca



Eristylium columnis formam accipit:In tres enim aut quatuor partes habet por/ ticus: Vitruuius Peristylia inquit in tran/ suerso tertia parte longiora sint q̃ intror/ sus:columna & tam alta q̃ porticus latæ fuerint. Peristyliorum intercolumnia ne minus trium ne quatuor columnarum crassitudine inter se distent:Item:coniungũtur his domus ampliores habentes latiora peristylia:in quibus pares sunt quatuor porticus altitudinibus aut una quæ ad meridiem spectat excelsioribus:Id autem perystilium quod unam al tiorem habet porticum:Rhodiacum dicitur:habent enim domus egregia uestibula & Ianuas proprias cum dignita/ te:porticusq; peristyliorum albariis & tectoriis & ex inte/ stino opere lacunariis ornatas:Vbi ĩtestinum opus e ligno fabrorum accipies quod & Sublicium: & Oecodomicũ ædibus aptum: Suetonius in Augusto & Marcus Varro peristylum appellant:cui nomen dedit Peri græca præpo/ sitio: & Styli columna: quemadmodum ab epi capitellũ Epistylium nominatur:Inde Tetrastylon:decastylon a co/ lumnarum numero:& pycnostylon in quo densiores sunt columnæ.

Rhodiacum

Intestinum Opus Oecodomicũ Sublicium

Epistylium

Pycnostylon




Orticus apud antiquos ad deambulationem & umbram erectæ ſunt: Martialis. Claudia diſfuſus ubi porticus explicat umbras: Et Sueto. in Domitiano Solicitior in dies porticum in quibus ſpatiari conſueuerat: parietes phengite lapide diſtīxit: e cuius ſplendore per imagines quicquid a tergo fieret prouideret: Primi eas domibus addiderunt tyrrheni: in quibus ſeruorum & concurrentium turba diuerteret quæ imitati romani poſt modum & ī melius aucta ad ſuam Rem Publicam tranſtulerunt: ut ſcribit Diodorus. Celeberrimæ autem porticus Romæ fuerunt Corinthia ab ære corinthio quod erat in columnis ad circum Flaminium erecta a Cn. Octauio: Pompeia: Claudia: Liuia ab autoris nomine: & porticus Catuli quam de manubiis Cymbricis erexerat: Subterraneas autem Cryptoporticus appellant: Sunt & miliatiæ porticus ex paſſuum numero: ſicut a ſtadiis quas Vitruuius ſtadiatas uocat: niſi quis miliarias porticus accipiat pro eis in quibus multæ porticus conuiuæ procumbebant: Suſtentantur omnes Columnis quæ ideo dictæ ſunt quod culmina ſuſtineant autore Pompeio: Harum tria potiſſimum habemus genera. Teretes: quadrangulas & in his Striatas: quadtangulæ potiſſimum angulares quæ antes: cæteræ Medianæ. Plinius eleganter concham & Apuleius Metaphoricos frontem ſtriatam dixere: quanta autem debeat eſſe craſſitudo longitudoq; illarum in ædificiis docet locupletiſſime Vitruuius in tertio: & in quarto circa Striglium inquit caua & angulos Striarum: nam Striæ in columnis erunt partes extantes & prominulæ: Strigles uero cauæ & conditæ: ipſiq; canaliculi: Apud ueteres Doricæ in ima craſſitudine ſextam partem altitudinis habuerunt: nonam Corinthiæ & Ionicæ: ſeptimam Tuſcanicæ: fuerunt preter has & Atticæ columnæ quaternis angulis pari laterum īteruallo: Columnas e marmore peregrino primus Lucius Craſſus orator de quo ſuperius in domo ſua poſuit: Quod in ſummo earum ponitur in opere Epiſtilium nuncupatur: Plinius ſic patris ædes

Phengites
Porticus primo
Porticus romæ
Corinthia
Pompeia
Claudia
Liuia
Catuli
Miliatiæ
Stadiatæ
Crypropor ticus
Columnæ
Striatæ
Antes
Medianæ
Striæ
Strigiles
Epyſtilium

Iouis quamuis lapideas columnas & epystilia circũdarent
Spira
sed & trabem quam columnis ĩponunt in structuris archi/
tecti hoc nomine significamus: Quod subponitur spiram
Basis
eruditiores cæteri Basem dixerunt: quæ ad plura refertur
Idem: In Ephesiæ Dianæ aede de qua prius sermo fuit pri/
mum columnis spiræ subditæ & capitella addita. Spira itẽ
genus operis pistorii: & funis nauticus in orbem conuolu/
tus: sed proprie circulus qui in se ipsum non recurrit. Hinc
in ornamentis capitis matronarum & ĩ serpentibus est spi/
ra: Plinius ĩ nono: Lolliam Paulinam quæ fuit. C. Principis
matrona uidi smaragdis margaritisq; operam alterno te/
xtu fulgẽtibus toto capite crinibus spiris auribus collo ma
nibus digitisq;: quæ summa quadrigenties sestertium colli/
gebat: Claudianus in raptu Persephones de serpentibus.
Nunc spiris Zephiros tranant: Martianus Capella de nu/
ptiis philologiæ & Mercurii: Et spiris toruo nituerunt astra
Xystus
dracone. Inter porticus est Xystus lata ad hibernam exercĩ
tationem: ibi enim athletæ per hyemem exercebantur ut
scribit Vitruuius: qui docet quemadmodum facienda sit.
Xystici
Vnde a Xysto Xystici: Suetonius in Augusto: Nec tamen
eo minus aut Xysticorum certationes: aut gladiatorum pu
gnas seuerissime semper exegit. Item: Non tam statuarum
& tabulaꝝ pictarum ornata ædes suas q̃ Xystis & nemori
bus excoluit. Vbi Xystus pro ambulatione accipi potest in
qua arbusculæ sunt in plurimas speties effigiatæ: ueluti &
penes Plinium ad Apollinarem. Ante porticum Xystus cõ
cisus in plurimas speties distinctusq; buxo: Nam ut refert
Vitruuius latini Xysta ambulationes appellant: quas græ/
Paradromidæ
ci Parodromidas: Cicero in Bruto: Cum ambularem ĩ Xy/
sto & essem ociosus domi: De Xysticis etiamnum Sueto/
nius in Galba: Vt & si quid scænici aut Xystici donatum
olim uendidissent auferetur emptoribus.

CAVEDIVM ET PVTEVS CAPVT .II.



Auedium ut Pli.Cecilius ĩ epistolis dictiõe mutilata:siue cauũædium ut.M.Var.dictione integra: locus est sub dio uacuus:cinctus undiq porticib⁹ ad cõem oĩum usum; quinq aũt generibus distinguit᷑ quorum noĩa Tuscanicum: Corinthium:Tetrastylon.Displuuiatum & testudinatũ:singulo℞ structuram & facies breuitatis causa scribere suspendimus:tũ etiã quia huiuscemodi structuris raro nũc utimur & cũ utimur ita mutamus ita uenustamus ut aliæ uideant᷑: quisqs tñ illas nosce uoluerit inueniet in libro Vitruuii de Architectura sexto:Circa cauediũ loca disponent᷑ unius cuiusq rei utilitatis gratia parietibus dissepta: Veluti Penaria cella & uinaria: Coquinæ cœnatio cubicula & Balneæ: Impluuium quoq qua ĩpluere imber ĩdomũ potest.M.Var.si relictum erat ĩ medio ut lucem caperent deorsum quo impluebat impluuiũ sursum qua cõpluebat cõpluuiũ:utrũq a pluuia:Plautus ĩ Amphitrione: deuolant angues Iubati deorsum in Impluuiũ duo maximi:Cicero ĩ Verrem ostendã ĩ ædibus priuatis Verrẽ lõga difficiliq uectura columnas singulas ad impluuiũ nummis quadragenis milibus non nimis magnas habuisse locatas.Sueto. in Aug. cõpluium pro ĩpluuio posuit: Enatã palmã ante ædes suas ĩ cõpluuiũ deo℞ penatriũ transtulit: utq coelesceret magnopere curauit.In eo aũt Puteus fodiendus: nam ĩ oppidis aut hic aut Cisterna necessaria est ne ut inquit Aristoteles in politicis aqua deesse possit: quæ & utilissima ad munditiam:& saluberrima est ut Philosophi & medici referunt:& nos ex usu liquido cognoscimus:nisi ciuitas fontiũ scaturigine redũdet ĩpendio laudanda: quæ &.n.cælũ uidet aqua salubrior Iudicat᷑:ut multi credidere:

Impluuium

Compluuium

Plinius obseruationem hanc uanam existimat. De puteo igitur Cisterna & fonte nõnulla his adscribenda diximus.



Vteos primus Danaus Beli prisci filius ex ægypto in græciam quæ uocabatur Argosdipsion aduectus inuenit: Strabo quoq; scribit Danaides plurimos puteos argis effodisse:quo ex facto uersus ille uulgatus est: Argos aquis uacuum Danaæ struxere redũdans:Hinc putearius fossor puteorum:in quibus(ut salis quæ notiora sunt taceam)argenti metalla reperiuntur.Indicio est puteus in Hispania ab Hannibale inchoatus:qui in dies illi.ccc. pondo argenti subministrauit: Ipsæ uero aquæ puteorum respectu fontium malæ sunt: ut sentit Auicennas.Stagnãtes namq; damnãtur:quæ profluunt salubriores dicuntur. Hoc scitu dignum est: quod tradit Aristoteles in Problematis: Summam puteorum aquam infima salsiorem: nec minus quod referunt Seneca ĩ quæstionibus naturalibus & Aphrodisæus: Puteanas aquas æstate frigidas hyeme calidas esse: quoniam calor per æstatem aerem ambiens calidum: frigus ĩ terræ fugat penetralia:quo aqua frigescit:hyeme uero frigore aera occupante calor in penitissima terræ descendit:& aquã calfacit. Natura quippe ita sanxit: ut contraria in eodem loco & tempore simul non manerent:Hinc Lucretius.

Putearius

Aqua puteana

Frigidior cur in puteis æstate sit humor
Arescit quia terra calore:& deniq; si quid
Forte uaporis habet propere dimittit in auras:
Quo magis est igitur tellus effœta uapore
Fit quoq; frigidior qui in terra est abditus humor:
Frigore comprimitur porro omnis terra coitq;
Et quasi concrescit:fit silicet in coeundo
Exprimat in puteos si quem gerit ipsa calorem.

Emittunt omnes fere lanuginem quæ Muscus appellatur Vnde Muscosi fontes ac putei:& Columellæ uerbũ Muscantur:non autem ab odore qui & Muscus dicitur: græce Splagnon & Bryon diuerso tamẽ ab illo qui Moschos uocatur.

Muscus
Bryon
Moschos


Isterna aquam euripis aquagliis & cananiculis siue nauicellis sub stillicidio positis ad ibres suscipiendos in ea inductam cõtinet: ad quod alludens Horatius Flaccus in satyris iquit Col lectos ne bibant imbres puteosue perẽnes iugis aquæ: sic autem ideo dicta uidetur ꝙ sit Cis id est infra terram auto re Festo Pompeio:unde.M.Varro disciplinæ rusticæ libro primo Si omnino aqua nõ est uiua cisternæ faciendæ sub tectis:Vlpianus iure consultus:Cisterna aquam uiuam non habet: & quidem Cisternæ imbribus concipiunt sed per glaream imissam & spongias purificatis: Medici cisternarum aquam inutilem aluo cõfitentur duritiasq; faucibus facientem:multi illam laudarunt:ꝙ leuissima sit imbrium aqua ex qua ut plurimum replentur: quod falsum esse in xxxi.Plinius ostendit:Probatur tamẽ aqua pluuia ab Auicenna propter subtilitatem licet facile putrescat: Decocta uero nulli est æquiperanda minore inflatione & faciliore descensu:quoniã subtilitas decoctione acquiritur.Inuentũ fuit Neronis prĩcipis aquam decoquere uitroq; dimissam in niues refrigerare:ita sine uitiis niuium uoluptas frigoris ĩnocua contingebat.Optima est aũt aqua aeri perq̃ simillima:quæq; calefiat & refrigeret celerius:quæ decocta uasis crustas non relinquit:quæ legumina citius percoquit:& demum quæ leuior est:ut sentire uidẽtur Auicẽnas & Hippocrates.At Plinius ad stateræ iudicium perraro aliquam dicit leuiorem inueniri.

Aqua cisternarum

Aqua pluuia

Aqua decocta

Aqua optima


Ons dictus est ꝙ inde aqua fundit̃ e terra:quæ fontana appellata cæteris salubrior est & maxime terræ liberæ ut Auicẽnas testatur.& cum nullus sapor odorue aquaꝝ ad cibos esse debeat:Vnus tamen in toto tradit̃ orbe fons aquæ iocundæ olentis in mesopotamia Cabura quoniam ut ferunt fabulæ:eius aqua Iuno est perfusa: Fõs erat æthiopiæ quo loti pinde ac oliuo delibuti uiolam redolebant:& eius aqua nihil ĩnatare poterat:sed oĩa pessum ibant in profundum ut tradit Herodotus.In germania trãs.Rhenũ maritimo tra

Aqua fõtana.

Cabura

Fontium diuersitas

ctu fons erat aquæ dulcis solus: qua epota intra biennium dentes deciderét: Plinius auctor est: Fons erat Thebis Cissusa nomine in quo Bacchum nutrices cum fuisset in lucem editus abluisse dicuntur in fabulis: ná color Vini splédebat aspectu translucidus potuq; mellitissimus: ut plutarchus in Lysandro: fons uti uino mixtus fuit Paphlagoniæ ex quo potantes madulsæ: hoc est ebrii fiebant: Apud Nasomonas fons erat p diem frigidus: noctu calidus: de quo meminerunt: Italicus. Pomponius mela: & Lucretius. Est apud Hammonis fanum fons luce diurna frigidus: at calidus nocturno tempore fertur: Solinus Aganippen fontem Beotiæ dixit a Cadmo fuisse monstratum cuius aqua facundiam pareret: E Clytorio Arcadiæ qui biberint fiunt abstemii idest uini osores & inuinii ut recitant Vitruuius: Vibius Sequester: & Ouidius metamorphoseon ultimo his uersibus: Clytorio quicumq; sitim de fonte leuauit Vina fugit gaudetq; meris abstemius undis: Fons autem græce: πηγη. Vnde pagus simul positæ Villæ hoc est rusticanæ domus plures nomen accepit: q circa fontes hæ ponerentur: hinc paganus rusticus: semipaganus semirusticus. & paganalia festa rusticoꝝ: ut a fontibus. Fontani dei & fontanalia.

Cissusa

Madulsæ

Aganippe

Clytorius

Pagus

Inuinius

Abstemius

Villa

Paganus

Paganalia

Fontanalia



Iphonculus signare uidetur tubos & fistulas siue epistomia quibus aquæ murmurantes emittuntur: tales conspicimus in fontibus manu fabrefactis in quibus sunt huiuscemodi lingulæ plures prominentes & aquas plurifariam euomentes: Plinii ex epistola ad Apollinarem hoc apertissime uerba declarant: quæ iccirco duximus subiungenda: In hoc fonte Crater: circa Siphonculi plures miscent iucundissimum murmur: & paulopost. E stibadio aqua uelut expressa cubantium pondere Siphonculis effluit cauato lapide suscipitur gracili marmore continetur: atq; ita occulte temperatur: ut impleat nec redundet. Fistula uero a ferenda siue fúdenda aqua dicta uidetur: significatq; ut Pomponius iureconsultus inquit proprie tubos per quos aquas ducimus:

Fistula

a cuius similitudine instrumentum musicum & ulcus altũ & callosum in corpore nomen sortitur: Dicuntur & papillæ in fontibus quæ aquas fundunt: Varro in re rustica Si adduxeris inquit fistulam & in eam papillas imposueris tenues quæ eructent aquam: alii mãmas uocant: græci Masthos: ubera Cassiodorus: Siphonculos ipsos per diminutionem a Siphonibus appellamus: quibus proprie aquas aliud ue liquidũ ĩteruenieñte spiritu attrahimus atq; emittimus: Seneca in quæstionibus naturalibus: solemus duabus manibus inter se iunctis aquam concipere & cõpressa utrinq; palma in modum Siphonis exprimere. Siphones

ANtlia machinula est ad aquam hauriẽdam excogitata nam αντλειν latine haurire dicitur: Martialis. Curua laboratas Antlia tollit aquas. & Põpeius Antlare haurire a græco αντλειν descendit: Liuius florẽ antlabant liberi ex carchesiis: Vtuntur rustici ligno oblongo ad aquam e puteis extrahẽdam urnula quod Ciconiam a rostro Ciconiæ alitis hispani dixere. illi uero Telonẽ quidã tollonẽ a tollẽdo: & Tollonõẽ ut uegetius sed his ꝓ bellica machina li. IIII. Trochleæ nãq; rotulæ sunt strinatæ e ligno uel ære qbus aquas haurimus fune ductario & hydria: Lucretius: Multaq; p trochleas & Tympana pondere magno commouet: atq; leui sustollit machina nixu: Et ex interprætatione Diogenis laertii sic scriptum inuenimus: Ego ita hisce iam pridem assuetus sũ ac si sonum. Iugiter trochleatum hauriam: nam dum saxa aquæ: ligna marmora & id genus cætera per trochleam sursum ductario fune trahuntur crepitus & sonus concitatur: Ductarius autẽ funis est qui per orbiculos trochleæ ducitur. Vrnæ uero uascula quibus aquas haurire solemus sic ideo dictæ sunt ꝙ Vrinant in aqua: Vrinare est enim in aquam mergi: unde urinantes & Vrinatores qui ĩ aquam merguntur apud Varronem: Et Calistratus iureconsultus ad legem rhodiã de Iactu scribit Vrinatores merces extrahere ex undis q̃s leuãdæ nauis causa ĩ illas nautã miserant Delphini sidere oriẽte natus erit Vrinator autore Firmico

Ciconia
Tollo
Trochleæ
Ductarius funis
Vrnæ
Vrinatores

Materno:Complures equidem machinulæ ad aquã hau- riendam parantur:Proxima æstate cum ad monasterium Diui Benedicti diuertissem in agro Mãtuano citra Padũ: padilironum quod uocitant Vidi uersatilem machinam qua æneis uasculis quadratis & equo helciario aquas ha- uriebant:de simili meminit Vitruuius: Ita cum rota a cal- cantibus uersabitur Modioli pleni ad summum elati & rursus ad imum reuertẽtes infundent in castellum ipsi per se quod extulerunt:Sunt enim modioli uascula quadrata quibus cum tympanis ad hauriendas ex puteo siue lacu undas ututur: quorum ut est apud Frõtinum de aquæ ductibus alius erogatorius alius acceptatorius:Tympana uero machinæ,sunt tractoriæ ut est apud Vitruuium in.x. ad aquam hauriẽdam summa celeritate:aptissimæ ad Sa- linas:& hortos irrigandos:& Castellum ut Crater in fonti bus aquæ receptaculum: ex quo fistulis aqua decurit: ut Iabolenus iureconsultus interpretatur. At Festus Diuidi- cula inquit antiqui dicebãt quæ nunc sunt castella ex qui- bus a riuo cõmuni aquam quisq; in suum fundum ducit.

Machina aquaria

Modioli

Tympana.


Castellum.

Crater.



Arpax Instrumentũ dicetur cum pluribus Vn cinis quo Vasa & alia compluria quæ uel ĩ flu mine uel in puteis ceciderint extrahimus: dici potest & Harpago inter nauium utensilia nu- meratus & ab Anacharse Scytha philosopho:ut dicitur: inuentus: a græcis Ambæ dictiones sunt:nam apud illos ἁρπάζειν.est rapere:Triuiales a lupo quod rapax est ani mal Lupum appellant.

APOTHECA CAPVT. .III.



ELLA Locus a celando ubi aliquid cōdebant:Inde a carne Carnariam : a farina farinariam ; a lignis lignariam:a libris librariam:a caseo casea riam:& a uino Cellam Vinariā dicimus in qua ut nomen Indicat Vinum seruatur. Vitruuius. Habeatq3 coniunctā cellam Vinariam habentem a septentrione lumina fenestratum:cum.n.alia parte habuerit quam Sol calefacere possit Vinum quod erit in ea cella cōfusum a calore efficietur imbecillum: Plinius.xiiii. latus cellæ Vinariæ aut certe fenestras obuerti in aquilonem oportere:uel usq3 in exortū æquinoctialem:sterquilinia & arborū radices procul abesse: omniaq3 odoris euitādi facillimo in uina transitu.De hisdem Andinus poeta in georgicis.Nec cellis ideo contende faleris: Vbi Seruius exposuit Apothecis:ita enim nūcupantur cellæ Vinariæ:Plinius Apothecas inquit fuisse & diffundi solita uina:anno sexcétessimo trigesimo tertio urbis apparet indubitato uini opimiani argumento.Item:Vina in Apothecis canis ortu mutantur quædam posteaq3 restituuntur sibi. Scribit Vlpianus Vina quæ in Apothecis sunt fundo instructo legato non cedere:si sint illic non usus : sed custodiæ gratia: & sic quæcūq3 ibi quasi in horreo habētur. Vbi horreum accipitur locus ad custodiā non solum frugū sed rerū aliarum sepositarū a quotidiano usu : ueluti apud.L.Apuleiū in Metamorphosi:Demonstrat horreū ubi uespera sagaciter argentum copiosum recondi uiderat :a quibusdā Entheca nominatur.Cellam autem Vinariam conclusam & subterraneā si loci cōditio patitur:Nā in pluribus regionibus Hypogea subterranea loca fieri ī ædibus Vliginis ma

Vinaria cella

Apotheca

Horreum

Entheca

Vinaria cella

Hipogea

Vligo

dor nõ finit:at subdiali omnino pauimento cũm Lacunu/la in medio sternere habereq; cõducet: & ut uina incorruptiora seruentur:& si quid cadorum uel seruo⁊ uitio fuerit effusum colligi possit. Lacuna ipsa & Lacunula dicitur liquidorum in terra concauum receptaculum. M. Tul. Lacunam improprie ex furto dixit in auro factam. In hac ueteres testis doliis fictilibus uina seruarũt quæ si duas aures uel ansas habuissent: Dyottæ noĩabãtur. Horatius. Deprome quadrimum sabina O Thaliarce merum Diotta. Item diffugiunt testis cum fece siccatis amici: Nam primi in alpibus postea rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt: Cadi ipsi Seriæ Dolia uasa dicuntur quibus uinũ cõditur: Epigrãmatarius poeta. In uaticanis cõdita musta cadis. Plinius: Doliis etiam interualla dari:ne inter se uitia serpant contagione uini semper occyssima: Terentius Releui omnia dolia oẽs serias: Cados optimos nostri q sunt Materiarii:e quercu:robore:castanea producunt:quos circulis amerina salice ligatis cingunt:uietores dicti: quando uiere est ligare inquit festus unde uimina: V si sunt olim Tudertani callaicis finitimi doliis & ꝑsepibus aureis: ut est apud Strabonem: Illud autem scitu dignum:quod tradit. M. Cato in rebus rusticis ad uina probanda: Si uas ex hederæ ligno fiat:ut cissimbium:& uinum quod aquam habere dubitabis in eo misceris: Vina trãsfluere & remanere aquam si mixta fuerit ĩuenies. Opercula ipsa cadorũ addita mastice & pice medicanda sunt: apud nos per hiemem cinis: per æstates arena adhibet̃. Inde Columellæ uerbum operculare operculis claudere: Fistulæ uero ligneæ doliis ĩ fronte ponuntur ad uinum aptius depromendum: additur illis spina hoc est lignum mucronatũ cuspidatum ue a spinis id nomen adeptum: quæ in arboribus in fructibus acutæ sunt: confert autem spinis fistulæ:ĩmittendis inuoluere stupam ne perstillet fistula:nam stupa ad stipandum optima unde & ipsum stipare deductum.

Lacunæ — Testæ — Diotta — Cadi lignei — Primo — Seriæ — Dolia — Materiarii — Vietores — Vimina — Ad uinum ꝓbandum — Cissimbium — Opercula — Fistulæ — Spinæ — Stipare — Stupa

u Inum a ui nomen mutuatur ut placet Varroni in libris linguæ latinæ. Quatuor eius præcipui sapores:

Sapores

dulce acutum lene & austerum:dulce minus inebriat:ut refert Aristoteles in Problematibus:stomacho innatat:austerum facilius concoquitur:colores quatuor: album fuluũ sanguineum & nigrum: Vinum plantata primum uinea Noeum sub quo fuit diluuium inuenit: ut Lactantius diuinarum institutionum secundo testatur: Gentiles uero Dionysium qui Bacchus liber Lyeus Leneus & Euan: Vini repertorem fuisse fabulantur:At primus Italis Saturnus dedit:e creta in latium aduectus: In Gallias autem primo uinum Aruus etruscus uir clarus teste Plutarcho ad uexisse dicitur ex Italia: Fuerat equidem ante urbem uini penuria:ut Mar.Varro auctor est: qui scribit Mezentium ethruriæ regem auxilium Rutulis tulisse contra latinos uini mercede: quod iam in eorum agro haberi esset cœptũ: Sub regibus quoq;:& tum postea: Romulus lacte non uino libauit: Numæ Pompilii lex fuit propter uini inopiam:Vino rogum ne respergito: Et L. Papirius imperator aduersus Samnites dimicaturus uouit uini pocillum si uicisset. Deniq; inter dona inquit Plinius sextarios lactis sæpius nunquam uini datos inuenimus. Post aliquot deinde annos Romæ & in Italia Vini copia fuit:Ingeniosissimaq; in potu uita apparuit ad bibendum generibus centum nonagintaquinq;:& si species æstimentur pene duplici numero excogitatis. Vina fusca in album colorem mutari satis notum est si Lomentum .i.fabaceã farinam uino quis adiiciat:uel ouorum trium lagœnæ uasculo uinario infundat. albumẽ sale adiecto diuq; cõmoueat:id quod Palladius& Apitius tradiderũt:At dulce ex austero Origanum herba musto ĩmissa facere existimat̃:Apd᷑ ueteres melle admixto fiebat mulsi nomen adeptũ ut ondit Epigrãmatarius poeta eo disticho cui lẽma est mulsum: Attica nectareũ turbatis mella falernũ:Misceri decet hoc a Ganymede meũ:unde Oenomel dicet̃ quo uerbo utit̃ Vlpian⁹ iurecõsultus nã ueluti Hydromel & oxymel ita oenomel recte deducem⁹: Et passũ dulce fuerat ex una q̃ græci sticã uocãt nos Apia

Colores uini
Vinũ primo Noeus
Lex Numæ
Vini copia & genera
Lomentum
Lagœna albũ ex fusco
Dulce ex austero
Oenomel
Passum

nam:Hinc uice mulsi eo pauperes utebantur cum minoris esset precii:Martialis:Gnosia minoæ genuit uindemia Cretæ hoc tibi: quod mulsum pauperis esse solet: Inter uina quoq; dulcia uinum fuit quod Græci Aigleuces nominãt hoc est semper mustum: id feruere prohibentes: Primus Aristæus mel uino miscuit suauitate pcipua:ut scribit Plinius:Et mulsi nutritu multos inquit longam senectam tolerasse constat:Pollionis Romuli exemplo:qui Centesimũ annum excedens cum a diuo Augusto hospite interrogaretur quanam ratione uigorem illum custodisset: intus mulso: foris oleo respondit: Habuerunt & compluria alia uini genera:Tortiuum nouissime expressum: Protropum ante q̃ calcentur uuæ sponte defluens: & a regionibus nomẽ adepta Chium:Lesbium:Falernum:Cecubum Setinum:Surrentinum: Calœnum:Signinum:Tarraconẽse. Spoletinum. Ceretanum. Fondanum: & ex chio Aruisium:Nostra ætate præ cæteris. Trebianum: Vernatiolum:Amabile:& ex creta Maluaticum quod uocant commendantur:

Aigleuces
Vini genera
Tortiuum
Protropum
Trebianum
Vernatiolum
Amabile
Maluaticum



Esrutum sit musto ad dimidiam partem decocto ut scribit Plinius a deferuendo dictum autore Palladio:Inde uasa Defrutaria: sapa uero a sapiditate musto ad tertiam partem decocto græce ab ἕψειν quod est decoquere Hepsema nominatur Cum Plinio minime sentit Marcellus penes quẽ legimus Sapa quod nunc mellacium mustum ad mediam partem decoctum:Defrutum si ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferuefaciẽdo:Huic accedit.L.Columella.Nam mustum inquit q̃ dulcissimum decoquitur ad tertiã: & decoctũ sicut supra dixi Defrutum uocatur. Cuius igitur opinioni inhærendum sit:Iudicent alii:ipse hoc unũ scio ĩ cõdimentis defrutũ & sapã pene sapore nõ distare.

Sapa
Defrutarium
Hespema
Melacium



Mphacium dici potest a nobis uinũ ex uua immatura quæ græce Omphax:Omphaciũ item oleum sit ex eadẽ cuius medicinæ meminit plinius in uigesimo quarto:& duodecimo eius cõ

Omphax

fecturam docet:Medici ex imaturis oliuis Omphacinum oleum appellant ut est apud Auicennam. Omphacinũ oleum

A Cetum quod uitio cadi seu uetustate fieri solet stomacho prodest.Serenus & potu & fotu sto macho cõducit accetum. Et Dioscorides uim acceti esse dixit eustomacham:colorem meliorem præstat:& cibos saporesq; non alius succus magis cõ mendat aut excitat:præterea digestionem adiuuãs pesti ad uersatur ut scribit Auicennas: Eius quoq; ad multa remedia uis efficax.Si quidem.M.Agrippa supremis annis gra ui morbo pedum cõflictatus cum dolerem illũ perpeti nequiret demersis in accetũ calidum cruribus ab accerrimo morbi impetu euasit: nec mir:quando acceti uis & calfa cit & refrigerat ut scribit Aphrodisæus:Ouum si in acceto diu fuerit dissoluetur: & cortex eius adeo mollescet ut per anulũ transeat:Aceto plumbũ efficitur Cerussa: æs quoq; transit in ærugiñẽ:Margaritæ similiter dissoluuntur.Horatius:Filius Aesopi detractã ex aure Metellæ:scilicet ut deci es solidũ exorberet acceto diluit insignem Baccã: Exstat Cleopatræ &.M.Antonii spõsio de qua plinius & Macro bius meminerunt.Et C.Caligulæ exemplũ luxuriosissimũ qui ut scribit Suetonius preciosissimas margaritas acceto liquefactas absorbuit: & panes obsoniaq; ex auro cõuiuis apposuit:Oxon græci accetũ dixere.Vnde Oxymel ab ac ceto & melle cuius cõpositionẽ docet Galenus ĩ pharmaceuticis:Oxygala quasi lac acetosum.Oxypora cõdimẽta quæ ex aceto fiunt:a qbus Oxyporopolæ uenditores:Ab aceto nos accetariũ cõdimentũ appellabimus quo lactucas Erucã Trapopagum nunc uulgo Barbã petræ: Acetosam & id genus herbas cõditaneas uel pedes porcinos eli xos:Caparimue salitũ: siue siseris radicem subducere pru noso coctã:& compluria alia cum aceto oliuo sale & aromatibus interdũ cõdita ad escã pparamus.

Vis aceti · Cerussa · Aerugo · Oxos · Oxymel · Oxygala · Oxypora · Oxyporopolæ · Acetarium · Tragopagus · Acetosa

L Ora siue Deuteria quæ secũdaria ueluti apud nos per uini caritatem Tertiaria: fiunt maceratis aqua uinaceis post mustũ acinis expressum

Deuteria · Secundaria · Tertiaria

Opatia uina inter uina operaria numerãda ut scribũt Plinius & Marcellus:quemadmodũ lora optima fiat docet.L.Columella:eiusdẽ meminit.M.Varro rei rusticæ primo:Eoq; aqua additur inquit ea uocatur lora q lota acina ac p uino operariis datur hyeme:habetur & uiuũ quod licet merũ sit:tamen altricis plerũq; uitio aquatum gustu uidetur:id Villũ recte dicemus:quale dãdum est pueris:& spleneticis.

Villum



Locces uini feces autor Nonius.unde. A. Gellius in noctibus atticis Apludã edit & flocces bibit.Hinc floccipẽdo & floccifacio uerba deducta quæ paruipẽdere significãt:flocces enim fere nihili sunt: siue potius a floccis qui lanarũ particulas notant a uelleribus diuisas & euolãtes. Terẽtius. Inuidere oẽs mihi mordere clãculũ:ego floccipẽdere. Plautus:iCasina:tibi hic dũ ppitius sit Iu ppiter:tu istos minutos deos floccifeceris.Fit tameu exprimiturq; e fecibus uinũ quod fecatum.M.Cato appellat:græci Tryginon a fece quoq; quã Tryga nominãt:& fex ipa siccata recipit ignes ac sine alimẽto p se flagrat pluribus officinaꝝ usib⁹ seruiẽs.Vina oĩa fere Ianuario mẽse Post uigesimã lunã defecãda sunt: nã illis plurimũ detrahit si relinquit defecatio:cui sese immiscẽtes defecatores recte dicem⁹.unde & defecatũ uinũ.

Floci

Feccatũ uinũ

Tryginon

Fex uini

Defecatũ uinum

Defecatio

Defecatores



Appa uinũ est quod odorẽ & saporẽ amisit. Horatius. Qui ueientanũ festis potare diebus cãpana solitus trulla Vappãq; profestis:Inde homines Trioboli uiles Gerrones Nebulones & nugatorii Vappæ dicuntnr. Plinius uitiũq; musto quibusdam in locis sponte feruere qua calamitate cum deferbuit deperit sapor Vappæq; accipit nomen probrosum etiam hominum cum degenerauit animus.Catulus.Satis ne cũ isto Vappa frigoraq; & famem tulistis. Vitiũ est etiã si acet unde fit acetum:si mucet mali odoris mucore contracto:a quo Mucidum uocant nostrates.

Trioboli

Gerrones

Nebulones

Acetum

Mucidum



Orcular lacus prœlũ pro eodem litteratores usurpant:sed proprie Prœlũ est trabs: qua calcãtur uuæ prœlii inde nomine deducto: Lacus

Prœlum

Lacus

qui cõtinet mustũ prœlo ex uinaceis expressum & trãsmi-
tit ut in dolia condatur:Columella: Ante quam prœlo ui-
nacea subiiciantur de lacu quã recentissimum addito mu-
stum in amphoram nouam eãq; oblinito & impicato di-
ligẽter.Tibullus:Pleno pĩguia musta lacu:Lacus ipse græ-
ce. λανοσ Vnde leneus Bacchus & Lenobates uuæ calca- Lenobates.
tor: Torcular uero seu lubet Torcularium: totum ipsum
est instrumentum siue machina:cuius structura a.M.Cato
ne inre rustica describitur:At trapetum mola olearia.Ver-
gilius:Teritur sicionia bacca Trapetis. Trapetum

TInia uasa uinaria apud ãtiquos fuere autor Põ-
peius:Marcellus Tinas appellauit:& ut manife
starium est grandiora nõ erant:ueluti apud nos
sub hoc uocabulo habẽtur nec ad eos usus pa
rata:his nãq; e ligno fabricatis & circulis cinctis musta cũ
uinaceis nostra tempestate ebuliunt: ponunturq; a pluri
mis in angulo Apothecæ lateritiæ etiam:cũ fistulis in fron
te ad musta trãsmittenda ꝑductis: apud ueteres autẽ inter
Epitrapezia numerabantur: At Tinea uermiculus dicitur
uestes,chartas & quædam alia erodens:& alueariis infesta
Ouidius Agrestes tineæ res obseruata colonis: Ausonius: Ttnea
Si tineas cariẽq; pati te charta necesse est:Martiãus capella
Vittisq; semiuulsis quas in cumano antro post Sibyllam
tinearum morsus cariesq; carpebant: Ecclesiastici quoq;
quadragesimo secundo capite dicitur de uestimentis pro-
cedit Tinea:& a muliere iniquitas uiri: Et Tineæ corpori-
bus humanis in quibus aluntur: & presertim puerorum
molestissimæ sunt:quæ Lũbrici dicuntur:& græce Elmin- Lumbrici
thes. Vnde Cornelius Celsus in pueris censet nihil Tinea-
rum uerminatione fore periculosius: quando sæpissime
necat.

COlum genus est quod illi e uiminibus contexti
a colando dictum:nam uina apud antiquos co
labantur ut essent Iocundiora: quod a plerisq;
etiamnum hodie seruatur: uetum lineo colo:
quod uitarũt in uinis ꝑsertim generosissimis maiores:quo

niam eo colata uina perdere saporem existimarunt. Horatius integrum perdūt lino uitiata saporem: de colo meminit Vergilius in georgicis. Colaq; proelorum fumosis dirripe tectis. nam qualos e uiminibus tātūmodo dicemus. De illo distichon est Martialis in apophoretis sed niuarium id apellat a niue qua ad uinum & aquā decoctam refrigerandam ueteres utebantur: Hinc niuē seruari mēsibus æstiuis conqueritur Plinius. ix. inquit. Seruatur algor æstibus cogitaturq; ut aliis mēsibus nix algeat. Seneca ī naturalibus questionibus Vnguentarios inquit lacedæmonii urbe expulere & propere finibus suis cedere iusserūt: quia oleum disperderēt: quid illi? si uidissent seruandæ niuis officinas. Heliogabalum imperatorē scribit Lampridius mōtem niuiū in uiridario domus aduectis niuibus æstate fecisse.


Quali
Niuarium colum.
Nix æstiua.



INfundibulum e ligno excauato uel ære dicit per quod in uasa latices ex solio ut nomen indicat infundimus: quo uocabulo utitur. M. Cato in re rustica. & Columella: Raram inquit supra modum uelut per infundibulum transmittere imbres. Itē Alioquin plaga ipsa deorsum spectans non tantū recipit humorem q̄ illa: quæ reflexa & resupina more infundibuli per medulā transmittit quicquid aquarū cælestium supfluxit. Vnde iuuenes & mulieres ī primis meliora dogmata & cōsilia audientes cōparātur infundibulo: nam more īnfundibuli quantū hauriunt tantumdē transmittunt & non cōtinent. Flauius Vopiscus in aureliano de Crapulatore bibēbat inquit infundibulo apposito plus orca. Rustici nostrates Luram uocitant: antiquiores autē os culei & utris Luram dicebant: Vnde lurcones capacis gulæ homines: ut Lemargi & degulatores catillonesq; nomen accepe runt. Soliū uero ipsum de quo mentionē fecimus uas salignum uel ex abiete dicitur in apotheca presertim: quo ad uinū plurimosq; liquores transferendos ellutriandos detrullādos idest transuasandos & diffundēdos oleūq; decapulādum utuntur: usus eius & ad panos lineos uel canabinos cum lixiuio calido & cinere emaculandos.

Lura
Lurcones
Lemargi
Degulatores
Catillones
Solium

PENARIVM. CAPVT. .IIII.



Ellarium quam cellam prō' ptuariam:alii promptuarium appellant:Locus estin quo cō duntur & ex quo promūtur ad uictum necessaria : Diuus Hieronymus si tamē is est Lucæ.xii.Cōsiderate coruos quibus nō est cellarium neqꝫ horreum & deus pascit illos:Eius qui curam gerebāt cellarii dicebantur:Plautus in captiuis: Sume: posce prome quid uis: te facio cellarium:eosdem promos & condos uocat ꝙ de intus promant:& intus cōdant:ait.n.in Pseudolo:Promus & cōdus sum procurator Peni:Ausonius:Promusqꝫ q̄ cō' dus magis:Horatius foris est Promus: quo loco piscis genus perperam nouellus interpres exponit:A penore etiam is locus Penarium ut Pompeius & Varro testantur & penuaria cella siue penaria ut Caper contendit nuncupatur. M.Cicero:semper enim boni assiduiqꝫ domini referta cella uinaria & olearia & penuaria est.Idem quarto Verrinarum.M.Cato sapiens cellam penuariam reipubli. nostræ: nutricem plebis romanæ Siciliam nominauit: Est autem Penus non locus ut triuiales grāmatistæ & quidam alicuius in doctrina nominis crediderunt:Sed quicquid uictus gratia siue esculentum sit siue poculentum cōditur ac seruatur.ut scribit.Q.Mutius libro secundo iuris ciuilis: Sabinus libro.y.ad Vitelium: Vlpianus de penu legata : Donatus Terentianum illud enarrans:Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clāculum.M. Cicero in secundo de natura deorum:& A.Gelius:Qui & thus & cæreos:ligna quoqꝫ penori adscribi posse ex Massurii iure consulti auctoritate demonstrat:Plautus in Pseudolo:Nā nisi penus annuus hodie cōuenerit cras populo prostituā

Cella promptuaria

Cellarii

Promus

Condus

penarium

Penaria cella

Penuaria

Penus

Salgama
Ollares uuæ
Salgamarium
Salgamarii

uos. Dantur & penario Salgama cõditanea quæcũq; ad uictum in uaſis ſeruata:ut fici in orcis : uuæ in ollis: Vnde ollares:Sorba:fœniculi: oliuæ : pirra & id genus multa in urceolis:Vnde Salgamarium uas & Salgamarii uenditores:Nos uero aromata caſeum carnes ſalitas: & nonnulla alia eſculenta penario noſtro dabimus ſeruanda : omiſſis frugibus quas etiam ueteres promptuariæ cellæ dederũt: de quibus in horreo ſuo loco dicemus:Vnde autem Penoris nomen deducatur.Phauorinus Gellianus oſtedit:Quæ etenim inquit longæ uſionis gratia contrahuntur & recõduntur:ex eo quod non in promptu ſint:ſed intus & penitus habeantur Penus dicta ſunt.

Caſeus
Coagulum
Lac



Aſeus a coacto lacte dictus uidetur: nam fit lacte coagulato:hædino in primis uitulorum ue coagulo:primus id coagulare & caſeũ (ut uoluni)conficere mõſtrauit Ariſtæus atheniẽſis: Lac uero ipſum nihil aliud eſt ꝗ ſanguis concoctus:Ex caſeis qui fiunt maximi cibi ſunt bubuli & qui difficillime tranſeant ſumpti : mox ouili : minimi cibi & qui facillime deiiciantur caprini:fumo apud romanos in uelabro:unde

Velabrẽſis caſeus.
Caſeus recens
Caſeus uetus

uelabrenſes cõditi:Cum moles ſunt alibiles magis:in corpore non reſides:ueteres & aridi contra : Auctore Var.rei ruſticæ ſecundo:Auicennas quoq; ſcriptum reliquit.caſeũ recẽtem & nutrire & pinguedinem producere.uerum ſtomacho non conferre:Ariſtoteles in tertio hiſtoriæ animalium:Præcipuum inquit lac ad conficiendũ reponendũq; caſeum ouilum caprinũq; eſt:mox bubulum:Equinũ aſininũq; miſcent ad Phrygium caſeum faciendũ:bubulum quidem fertilius caſeo eſt:quam caprinum:cum ouilo caprinum miſcuere ſiculi ut nunc etiam quicũq; copia id genus lactis abundãt : merum equinum Hippacen appellãt.

Phrygius caſeus
Hippax.
Parmenſis caſeus

Prima nobilitas in Italia caſeo datur Parmenſi his temporibus:cum olim ſecũda Ianis daretur.Hinc nos Diſticho.

Non me ueſtinus preſſit:non luna nec hyblæ:
Bubſequa:ſum Parmæ nobile lactis opus:

Incorruptus diu ſeruatur:& is diutius cuius coagulo indi-

tum ſit cerebrum muſtellæ:quem etiam a muſculis a ſori/cibus:non attingi Plinius atteſtatur. Zoroaſtrem legimus in deſertis caſeo uixiſſe annis.xx.ita tēperato ut carioſam uetuſtatem non ſentiret: Fit quoq; caſeus quem ſecunda/rium uocant ex ſero primi caſei lento igne ſiue potius te/nui flammula modico tamen lactis addito tam diu ebu/liente donec ad ſummū natauerit:Recoctam paſſim dici/mus: Candida eſt & quaſi ſpongioſa: nec guſtu inſuauis: multiſq; herbaceis pulmētis adhibetur: Salita etiamnum uice Caſei utuntur ruſtici Semipagani & tenuioris cenſus paupertinæq; conditionis homines in cibariis: Serum ue/ro ipſum purgatoriam uim obtinens lactis ſanies eſt dilu/ta:quam lactis quodq; genus habere manifeſtariū eſt:Lac ipſum græce Gala unde Galactopotæ lactis potatores: eo recens coagulato utimur in cibis ſecundæ menſæ:hinc fa ciunt noſtri lactarii præ cæteris laticiniis Iuncatas quas uo cant a iuncis. in quibus inuoluuntur:eodem lacte nutritos collacteos appellant.

Caſeus
Secundarius
Recocta
Serum
Gala
Galactopotæ.
Lactarii
Iuncatæ
Collacteii


SVccidia tergus ſuis ſiue maſſa carnis porcinæ ſalita nuncupatur a ſuibus cedendis: nam id pecus primum occidere & ſalire: ut ſeruarent patresfamilias cœperunt: ut ſcribit.M.Varro in libris linguæ latinæ. Et rei ruſticæ ſecundo. Qui inquit non audierit patres noſtros dicere ignauum & ſumptuo/ſum eſſe qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius e la niario quam e domeſtico fundo.Et.M. Cicero: Iam hor/tum agricolæ ipſi ſuccidiam alteram uocant: Non nulli ſuccidiam dictam exiſtimarunt quod paulatim ſucciditur Nonius ſucceſſiōem neceſſariam interpretatus eſt:dixitq; Lardum ſignificare: quo nomine carnem ſalitam proprie notamus ut ſit lardum quaſi large aridū teſte Macrobio: Vnde epitheton diſcretiuum pingue addiderūt. Ouidius Pinguia cur illis guſtātur larda Calendis:& Horatius:Vn cta ſatis pingui ponantur oluſcula lardo: neoterice enim lardum uocatur quod in ſuccidia pinguiſculum eſſe ſolet. adipe qui nec cogitur nec ſiccitate aliqua frangitur ſalito.

Lardum



Erna quæ a pede nomẽ mutuat̃ pars eſt e ſuccidia:hinc Pernæ e concharum genere piſces: ꝙ ſtant ueluti ſuillo crure longo in harena defixi:Nam pernam pedem antiqui dicebant: unde Compernes longis pedibus ſiue genibus plus iuſto cõiunctis autore Pompeio: Succidia continet Pernam:Petaſonem & lardum:De petaſone qui per diminutionem Petaſunculus & de Perna meminit duobus diſtichis epigrãmatarius Poeta in xeniis: Muſteus eſt: propera: caros nec differ amicos:Nam mihi cũ uetulo ſit petaſone nihil: Ceretana mihi fiat uel maſſa licebit: de menapis lauti de Petaſone uorent:& Horatius Quicquam preter olus fumoſæ cum pede pernæ: ubi epitheton adiunxit iuxta ſalſuram M.Cat. qui in libris reꝝ ruſticanarum Pernas ſalitas in fumo biduum ſuſpendere precipit:Plautus in captiuis: Quãta peſtis pernis ueniet quanta lardo: adueniens totũ deturbabit cum carne carnarium: Carnarium nãq; ut nomen indicat & locus eſt:in quo caro habetur:& inſtrumetum cum pluribus uncinis quibus ſuccidiæ appenduntur nam ubi uẽditur:Macellum & laniena uocatur:Caro ipſa a cadendo ꝙ euolata anima corpus deficiat dicitur non modo quadrupedũ bipedum ue ſed & apedũ inter quæ aquatilia numerãtur:Bipedum preſertim anſerina ſale cõditur:utunt̃ illa apud nos qui ſunt ſuperſtitioſi Iudæi ſuillam leuitici .xi. interdictam ex ueteri lege quam omnipatentis Dei filius Meſias adueniens abrogauit non mandu cãtes:Quadrupedum Porcina pinguedine humidula præ cæteris & bubula ad ſalſuram commendatur:Inter aqua tilia uero anguillaꝝ:Tynni & eiuſdem piſcis Cordylarum & Pelamidũ ad ſalis conditurã ꝓbatur:Vnde Thynniũ quod & Thunium:nam Thynni ceruice & abdomine in precio fuere atq; Clidio hoc eſt Iugulo tantum recenti:cætera pars plena pulpamentis ſale aſſeruatur: Melãdrya uocatur ceſis quernis aſſulis ſimilima.in uſu fuerãt & Cybiũ & Vræum Horæũ ue ex eodem genere: Condiuntur etiãnum ſale e piſcibus alii complures ac eorum oua. Vnde

Pernæ
Compernes
Petaſo
Carnarium
Macellum
Laniena
Caro
Carnes ad ſalſuram
Cordylæ
Pelamides.
Thynnium
Clidium
Melandria
Cybium

oataricha legimus:ad quadrageſimale imprimis Ieiuninm in quo non ſolum terreſtrium omninm animalium carnē ſed & caſeum & alituum oua deguſtare ꝓhibemur ut eſt quarta diſtinctione Decretoꝝ pontificalium:hic ſalire cœpimus etiam fungos:& imprimis rubentes Boletos: Laciniaſ ſubruffas circa caſtaneæ radices forma ampliore erūpentes:Spongiolos albicantes & coccineos:& a digitis Digitellos. Nam pratenſes & pruneoli ſiue Spineoli per uer e ſpinarum radicibus recentes tantum menſis apponunť.

[Oataricha, Fungi, Boleti, Laciniæ, Spongioli, Digetelli, Pratenſes, Pruneoli, Spineoli]

SVmē fit ex papillis ſuillis uno die poſt partum ſectis & ſalitis Martialis in xeniis:Eſſe putas Sumen nūdum ſic ubere largo efluit:& uiuo lacte papilla tumet:a ſugendo ut Marcellus interpretatur Sumen appellatum: ſiue ut alii quaſi Rumen a mā ma quam ueteres Rumam uocabant.Vnde ſubrumi agni lactentes: & Rumia dea quæ lactentibus præeſt pueris & mulierum mammis ueluti apud nos Diua Agatha: dicitur & abdomen ut Plinio referente diſcimus: Satyrographus poeta pro panticibus obeſis poſuit: Montani quoq; uenter adeſt abdomine tardus:nam Abdomen in homine ut ait Celſus ab Iliis ac pube ſurſum uerſus ad præcordia pertinet.

[Ruma, Subrumi, Abdomen, Rumia]

VVlua ſuilla lautiſſimi cibi erat apud Romanos: de qua multa traduntur a Plinio qui optimam eam eſſe dicit quæ fuerit porcæ occiſæ partu enecto:Eiectitia uocatur altera edito partu Porcaria:e primipara Sue imprimis probatur: Horatius Cum ſit obeſo nil melius turdo nil uulua dulcius ampla. Hunc ſequitur epigrāmatarius poeta in xeniis.Te fortaſſe magis capiet de uirgine porca. Me materna graui de Sue uulua capit:Vulua autem quam ueterum & locos appellamus ī mulieribus ſub matricis nomine a medicis ſignificatur:unde in ſacris litteris cum mortuis parentant canunt flammines:Quare de uulua eduxiſti me: Et plinius Boletoꝝ prorumpentium in oui ſpeciem:album illud iuolucrum Voluam nuncupat: At proprie matricem uteri ceruicē & Ori

[Eiectitia, Porcaria, Vterus, Loci, Matrix, Volua, Orificium]

Interfœmīeū Admiſſarius

ficium Interfœmineum ue ipſum dicemus: quæ etiam apud Culumellam fœminam notat ad prolem deputatam ueluti marem admiſſarius.



LVcanice genus eſt farciminis & Iſicii notiſſimi a Lucanis populis a quibus milites Romani eam facere didicerunt: autor Varro: Martialis: Filia picœnæ uenio lucanica porcæ: Plutibus hinc niueis grata corona datur: eius compoſitionem docet Apitius: Eſt & Faliſcus uenter non diſſimilis (ut opinor) lucanicæ inuentus primo in faliſcis unde nomen: Papinius quarto Siluaꝝ: Non lucanica nō graues faliſci: Hila itē farciminis genus eſt hilū tenui inteſtino quod ieiuniū uocāt: uel ab hilo idel minimo: Horatius Perna magis an magis hilis: Farcimina aūt inter quæ & longanones & ſanguiculi & Apexabo numerantur a fartis inteſtinis nomen acceperunt: replentur quippe rebus multiiugis ueluti ſale caſeo carne minutiis fruſtulatim teſſellatim ue conciſis: aromatibus: ſanguine hædino cumprimis & ſuillo: adipe: & id genus reliquis: Iſcia quoq; farcimina notāt: Donatus Fartores inquit qui Iſicia & farcimina faciunt: difficilia ſunt oīa ad concoquendū cuius rei cauſam referunt Macrobius & Aphrodiſæus: Cōmendantur īprimis linguæ ad farturam Sincipita etiā ſuilla: & glandia: quæ ſuā laudem apud antiquos ſale tātū cōdita habuerūt: Primū heliogabalu ro. imperatorem Iſicia de piſcibus excogitaſſe comperinr.

Faliſcus uēter
Hila
Hita
Farcimina
Longanones
Sanguiculi
Apexabo
Iſicia
Fartores
Sincipita
Glandia



AXungia adeps porcinus interior: Plinius Axungiam inquit etiam græci appellauere in uoluminibus ſuis: E ſue quæ non peperit aptiſſime utuntur ad cutem mulieres axungia: noſtri hodie ex ea teſſellatim cōciſa & mox ad ignem in uaſe æneo liquefacta faciūt liquamē quod appellant: Id exemptū & in olla teſtacea cōditū uſui toto fere anno eſt: Axungia aūt ex eo nomen eſt adepta: ꝙ ea precipue maiores axibus uehiculoꝝ perungendis ut nunc etiā Ruſtici ad faciliorē circunactum rotaꝝ utebantur: alii axes ab ea dictos uolunt: Aruina uero intra uiſcus & cutem dicitur pinguedo.

Liquamen
Aruina
Axes

BVtyrum uatura oleosum ex lacte fit & ut plurimum bubulo: Plinius: e lacte fit & butyrum barbararum gentiũ laudatissimus cibus: & quod diuites a plebe discernat plurimũ e bubulo: & inde nomen pinguissimũ ex ouibus: nã ut scribit Aristoteles 7. hist. aĩalium tertio inest pinguedo: quæ etiã concreta oleum prope trahit: Rusticulæ nostrates ex lactis particula pĩguiorequæ noctu in summo uenerit: crebris ictibus in uase ligneo oblongo sed oris angusti ĩpulsa: pauxillo aquæ addito donec durescat producunt Butyrum: Exiguo gustu sitĩ & famem sedat: uires conseruat: prodest & tussiculæ: uenenis aduersatur: ut scribit Auicennas.

OLeũm ab olea: oliuum ab oliuã nomen mutuãtur: utrumq; frequens apud poetas: Venafranum palmam obtinens in maximo precio fuerat ut testantur Strabo & .M. Varro: Vnde epigrãmatarius poeta in xeniis: Hoc tibi campani sudauit bacca ũenafri: Vnguẽtum quoties sumis & istud olet: Oleum & trapetes primus Aristeus atheniensis inuenit: Palladi nõ nulli olearum oleiq; educendi inuentionem dederũt nam ante huius deæ Ortum erat hæc arbuscula cum aliis siluestribus immixta: oliui usus aberat cum esset ignota: hæc olei exprimendi modum inuenit: ut scribit Diodorus: hinc Silius inuento primam Lybien perfudit oliuo: Ex oleis fecem expressam antiqui fraces dixerunt: oliui uero ipsius Amurcam: a qua examurcari sordibus purgari: Oleum tradit Fenestella in Italia Hispania & Africa non fuisse Tarquinio prisco regnante anno centisimo octogesimo tertio Vrbis quidã anno quingentesimo quinto Appio Claudio Ceci nepote .L. Ibnio consulibus olei libræ duodenæ assibus ueniere: & mox ãno cẽtesimo octogesimo. M. Seruius T. F. ædilis curulis olei libras denas singulis assibus pstitit po. ro. p totũ ãnum: minus ea inqt Plinius miret: qui sciat post ãnos. xxii. Cn. Pompei quarto cõsulatu oleũ puintiis Italiam misisse; Fit & e nucibus iuglandibus olem: quod

Oliuum

Oleum & Trapetes primo

Fraces Amurca

Caryinum — Caryinum nominant:alopeciis utile est:tarditatiq; aurium infusum:cæterum sapore graui:Vnde apud nos esculentis non miscetur: sed in lucernis funiculum nutrit ardentem: ueluti & quod e lini semine Raporum Raphaniq; exprimitur:est & Petroleon e petris oleum sponte defluens: Ab oleo autem inter cætera fit olearia cella inqua habetur: & olearia taberna ubi uenale exhibetur: & Olearium uas ex lapide præsertim excauato in quo cõmode seruatur: Hydreleum uero græce oleum erit aqua dilutum.

Petroleon

Olearia cella & Taberna

Olearium uas

Hydreleum



MEl apes contrahunt succum dulcissimum subtilissimum ad multa condiméta optimum medicaminaq; necessarium: corpora putrescere non sinit:cum purgandi simul & conseruandi uim habeat ut est apud Dionisiũ Areopagitam:unde Babylonii defunctorum cadauera in melle sepeliebant ut refert Herodotus in Thalia: & Apicius cocus carnes ut sine sale diu durent melle contegit:mala quoq; pira pruna Cerasa ut diutule incorrupta habeantur cum petiolis in melle seruãda præcipit. Vtrum autem succum ex floribus ducant qui protinus mel fiat:an quæ collegerint in hunc saporem mixtura quadam & proprietate sui species mutét ut inquit Seneca non satis constat:Quibusdam enim placet non faciendi mel scientiam illis esse sed colligendi: Aristoteles histo.animalium quinto. Mel non apes sed rorem cadentem ad mella deferre argumento est: q͂ uno aut altero die cellas melle repletas inueniunt apiarii illarum curam habentes. Item autumno mel postea quam detractũ est non reparatur:cum tamen illo etiam tempore flores ꝓueniant:Mella primus ostendit Aristæus atheniensis ut Plinius autor est. Diodorus siculus sexto bibliothecæ Curetes cretæ populos scribit mellis usum primos ĩduxisse:Cyrenenses mellis & fructuum repertorem iactitãt Saturnũ: ut refert Macrobius: Alii inuentionem Thessalis alii Mellisso Cressorũ antiquissimo regi assignant:nonnulli Baccho dederunt:Ouidius a Baccho mella reperta ferunt:Item Liber & inuenti præmia mellis habet.

Sepulcrũ dulce.

Apiarii

Mella primo

SAl omnis aut ſit marina aqua uel puteana ſta
gnorumue aut gignitur : ad obſonium & ci/
baria utilior quiſquis facile liqueſcit & humi/
midior ut pote qui minorem amaritudinẽ ha/
bere creditur : Seruandis carnibus aptior acer & ſiccus:ui/
ta namq; humanior ſine ſale nequit degere : adeoq; ne/ Sales
ceſſarium eſt elementum ut tranſierit intellectus ad uolu
ptatem:animi quoq; ſamia ut inquit Plinius ſales apellan/
tur:omniſq; uitæ lepos & ſumma hilaritas laboꝝq; requi/
es non alio magis uocabulo conſtat:Q uid ſi ſamia legen/ Samium
dum ſit ut impluribus codicibus habetur non ſolatia: per
quæ uoluerit acumina ſignificare : hinc Terentius quis ha
bet ſalem quod inte eſt : ſamium uero pro acuto poſuiſſe
ueteres ex Marcelli autoritate ſatis notum eſt : hoc autem Saline primo
æſtimandum reliquimus . Ancus martius rex ſalis modia
ſex milia in congiario dedit populis: & ſalinas ĩ quibus ſal
primus inſtituit:Varro etiam uice pulmentarii ſale uſos ue Salitus
teres ſcriptum reliquit: a quo inter cætera ſalitum deduci/ Salſamẽtum
mus:& ſalſamentũ ad uſum ciboꝝ:Vnde ſalſamentarii q Salſamentarii
alio nomine ſalarii:uendentes ſalſamenta:quorum aquam Salarii
muriam dicimus ad ſalem iterum ſi coquatur redeuntem Muria
& ſalſamentarium uaſculum uel lapideum uel figlinum ſi Monoxylum
ue ligno excauto Monoxylum in quo habentur:Salſa oĩa Cacochyla
minuunt corpus:nam inter Cacochyla:ideſt mali ſucci po Euchyla
nuntur quoꝝ contraria Euchyla dicentur.


Va gallinaꝝ maxime ſorbilia recens nata inter
ganeatos cibos numerantur: euſtomacha ſunt
ut ſcribit Dioſcorides: Nullus eſt certe alius ci/
bus qui in ægritudine magis alat: neq; oneret :
ſimulq; potus uſum & cibi habeat.Auicennas quoq; mul/
tæ alimoniæ eſſe illa aſſerit:quoniam plurimum ſubſtãtiæ
ipſoꝝ conuertitur in nutrimentum: Prandii dabantur ini/
tio ueluti nunc recens nata ſorbilia: Horatius ab ouo uſq;
ad mala citaret Io Bacche: apud quem Cacius longa me/ Oua meliora
liora rotundis exiſtimat:ipſius hæc uerba ſunt:Longa qui/
bus facies erit ouis illa memẽto ut ſucci melioris & ut ma/

Albot albugo
Albumen
Vitellus

gis alba rotundis ponere:namq; marem cohibent callosa uitellum: in his quod candidum est arborem uocat Apicius Albuginem Plinius:medici albumē:hoc admixtum calci uiuæ glutinat uitri fragmenta : quod croceum est Vitellus nuncupatur:Martialis : Candida si croceos circunfluit unda uitellos : Oua mense augusto nata decrescente luna diutissime incorrupta habentur : Seruari autem illa in lomento aut in paleis per hyemem : æstate in furfuribus utilissimum:sale exinaniri creduntur.



Accaræ mel dicimus in harundinibus collectū hoc fert Arabia producit & India:sed & Creta Italia & Sicilia mittūt Saccarum: Intellexit de eo Strabo cum scribit in.xy. Harundinem ī India mel sine apibus gignere: hinc Seneca ad Lucilium:Aiunt inueniri apud Indos mel in haruudinum foliis quod aut ros illius cæli:aut ipsius harūdinis humor dulcis & pinguior gignat.Optimum est:dulcissimum : & condimentis aptissimum:ita ut nullum edulii genus (ut ī adagio est)reddat insipidius:Vnde ī pulmētariis testuaciis iusculis & omnibus fere cibariis hoc tempore qui sunt potentiorum archimagyri uel coqui eo utuntur:Pigmentarii quoq; ad tragemata saccaro multa integunt:& panes dulciarios additis nucibus pineis uel amygdalis ad ientacula conficiunt: Sed & nuces poma siliquas asparagos alium cucumeres Isicia fungos & quæcumq; id genus esculenta (ut cætera taceā) speciarii siue aromatarii nostrates e saccaro ut uera & natiua diceres concinant : Iure igitur Penario sed minime humido saccarum ad quottidianos usus seruabimus : condemus & Piper cæteraq; Aromata quibus epulæ multifariam condiuntur.

Mel harūdinis

Dulciarii panes



Romata fragrantis odoris species sunt pigmētorū.Inter quæ habentur Nux quā græci Myristicam Aromatopolæ qui aromatarii: & pigmentarii:ac Speciarii a speciebus:Moschatam dixere bonum oris odorem facientem: oculis: epati: Lieni ut refert Auicennas conferentem:Piper : Cinamum: Gin-

Myristica nux
Speciarii
Aromatopolæ. Piper
Gingiber

giber:& Caryophilum:Addidere crocum nonnulli: Nam & his miſcetur in ſapore uim habẽs aromaticam:Piper ar buſculæ ꝑducunt Iuniperis noſtris ſimiles quaꝝ ſiliquæ ĩ quibus grana ſunt: priuſq̃ dehiſcãt decerptæ toſtæq; ſoli bus faciunt piper quod uocatur longum: dehiſcentes aũt per maturitatem oſtendit candidũ piper: quod deinde ſo le torrefactũ colore rugiſq; mutatur:de his Auicẽnas Gale nus & dioſcorides meminerunt: frequẽs naſcitur in India & cum calidiſſimum ſit:in cibis magis hyeme q̃ æſtate ꝓ batur:Sed hoc miꝝ quod legimus:Piper & Sinapin ĩtegrã ſi deuores uentrẽ non excalfacere:Si trita excalfacere.Gin giber a pipere ſapore pene non diſtat.In arabicis Troglo dyticiſq; pagis naſcitur.Parua eſt herba radice candida ce leriterq; cariem in tanta etiã amaritudine ſentient :hĩc cõ diunt eã multi cum melle ſaccaroue:in uaſculiſq; reponũt & Italis tranſmittunt:Caryophilũ pipere grandiuſculũ eſt cũ capitellis dentatis ut tradit Serapio:In nemoribus Indi cis genitum uehitur ad nos odoris & medicinæ gratia: in cibariis ſtomacho cõferens uomitũ & nauſeam arcere cre ditur.Cinamomum ſiue Cinamũ ſurculis eſt odoratum in æthiopia naſcens & in ſabæis:India quoq; ut ſtrabo teſta tur & ea maxime quæ auſtralis eſt Cinamomum habet & reliqua aromata.In Arabia uero Cinamus auis ſurculis Cinami comportatis nidum ſibi facit:quos incolæ ſagittis plumbatis deiiciẽtes colligunt: ut Ariſtoteles hiſtoriæ ani malium nono ſcriptum reliquit: Calidum eſt & ſiccum ſtomacho prodeſt caput humore purgat ũt eſt apud Aui cennam. Frutex ipſe duorum eſt cubitorum altitudinis ampliſſimus: palmi minimus: craſſitudinis autem quat tuor digitorum: gignitur in planis: ſed in aſpretis denſiſ ſimiſq; rubis & uepribus: Ideoq; difficilis collectu: præ cipua bonitas uirgultorum tenuiſſimis partibus: lignum ipſum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam: Xyloci namum appellant. Crocum optimum tradunt ſaliuam ac dentes inficere: crapulam arcet: ebrietatiq; reſiſtit:tollit pruritus:uenerem ſtimulat:rubicundiora facit corpora: ſo

Sinapi

Caryophilũ

Cinamomũ

Cinamum

Cinamus auis

Xylo cinamũ

Crocum

mnum inducit:cor conciliat:ut placet Auicēnæ : inflāma-
crocomagma
tionesq omnes discutit : Fit ex eo unguentum crocinum quod Crocomagma dixere. Prima nobilitas Croco datur cilico atq ibi in Coryco mōte ut scribit Plinius & Vibius sequester: Corycus item mons juxta Teum : cuius preter-nauigatio latronibus infestatur qui Corycei dicuntur : hi Mercatores auscultare soliti uia & opibus cognitis opes dirripiebant : Quamobrem omnes curiosos & occulta ac secreta auscultare gestientes Coryceos nuncupamus:& in prouerbio est:ut apud Strabonē legimus: Hunc ergo Co-ryceus auscultauit : Cum quid & dicere & facere uult oc-
Coryreus prouerbium
culte ueluti Coryceorum insidias iam diu expertus: Tmo-lus quoq Lydiæ mons:ut referunt Probus:Solinus:& Lucius Columella croco est florentissimus: Laudatur & cro-cum Licium & centuripinum in Sicilia & Phlægreū:Croco medici in pharmacis & plurifariam coqui in pulmen-tariis utuntur:huic Crocus adolescens ut mytheci fabulā tur in eo mutatus nomen imposuit: A quo iam ad hortos in quibus bulbo radicis seritur per Cauedium trāseamus.

HORTVS CAPVT. V.



Areolæ Puluilli

HORTVS COMMVNI APPEL-latione ubi herbæ & olera dispositis Areolis puluillis ue nascuntur:uetum apud antiquos omnis uilla Hortus dicebatur ꝙ ibi autore Pompeio qui arma capere possent orirentur: Vnde Plinius In duodecim inquit tabulis legum nostrarum nusquā nominatur

Villa Heredium Horti

uilla:semper in significatione ea hortus:in horti heredium Horti uero numeri pluratiui arboribus ad uoluptatem cō siti:ut Pompeiani horti & Luculliani:Primus ad animi re-laxationem hortos athenis instituit Epicurus pago Garge tyco:hic Papinius in siluis: Quas ipse suis digressus athe-

nis malet deſerto ſenior Gargetycus horto:Properti⁹: illic uel ſtudiis animum emendare Platonis Incipiam aut hortis docte Epicure tuis:Cicero de natura deorum: Cur tantum epicuri hortus habuerit licentiæ:Nam ut ſcribit Laertius in horto Is ſcholam habuit ubi docebat : ante ipſum in opidis illos habere morem ferunt nõ fuiſſe: Antiquitus quidem horti celebrati:hinc Heſperidum & Alcinoi: Pẽſiles quoq; ſiue Semiramis eos:ſiue aſſyriæ rex Cyrus fecerit: Penſiles autem dicuntur ꝙ ſupra ædificia facti uel columnas erecti pendeant: Græci hortos paradiſos latini etiã pomaria & Viridaria:quibus adeo me delectari fateor ut cum ocium datur : in his preſertim umbroſis & amœnis apticiſue ſpaciari impendio & deambulare poſt ſedentarium & publicæ & priuatæ lectionis laborem comitimus tamen libellis ne horula pereat: modo in umbra modo in ſole conſueuerim : exiſtimauerimq; ſemper domum licet ornatiſſimam ſine hortis: non domum ſed ergaſtulum & tenebricoſum carcerem appellãdã: Olus uero una quæq; herba ſatiua imprimis erit qua ueſcimur : inde forum olitorium ubi olera ueneuntur:Olitor qui & græca dictione Cepuros ipſe hortulanus : nam teſte Phoca grammatico κηποσ.eſt hortus Vnde Hierocepis hortus ſacer:& cepurica hortenſia:quæ antiqui illi frugalitatis dilectores Accetaria appellabant ab accipiẽdo:ꝙ expedita ac parata ſemper eſſent:omnino hortus pauperis eſt macellũ:unde Macellotas inquit Varro Iones hortoꝝ oſtiola dicunt : & forum olitorium diu nomĩatum eſt Macellum: Apuleius in Apologia magiæ Olitori & cauponi merito eſt cõceſſum: olus & uinum ex nobilitate ſoli cõmendare:& olitoria inſtrumenta ut Marræ ſarcula ligones Pala bidentes compluriaq; alia quibus ad hortorum culturam utuntur:quæ imprimis foſſione & exherbatione inutilium herbarũ cõſtat:qualis eſt gramen herba notiſſima a qua graminoſus ager Columellæ.Ab olla ut inquiunt olera nomen acceperunt: Vnde olla olera legit prouerbio dicitur : de quorum pauculis ad condimenta generibus quæ digeſſimus hæc

Penſiles horti.
Paradiſus
Pomaria
Viridaria
Olus
Olitoriũ forũ
Olitor
Cepuros
Hierocepis
Cepurica
Accetaria
Cipus
Olitaria inſtrumenta
Macellotæ
Macellum
Exherbatio
Gramen
Graminoſus

ſunt:adiunximus & coronamenta:de arboribus etiamnũ quibus horti cõſiti eſſe debẽt ad uoluptatẽ nõnulla cõſcri pſimus:In herbis autẽ multa efficaciſſima ad morbos re/ media ſunt:unde Herbarii tot medici qui uim & naturam herbaꝝ noſcere ſtudẽt:& herbariam medicinã primum a Chyrone mõſtratam docti & indocti paſſim profitentur ſæpius circũforanei Allium(ut dicitur)pro cepe uẽdentes: Adiiciẽda fuerant hortis ac coronamẽtis aluearia:& apes res præcipui queſtus & cõpendii cũ fauent:Sed quoniam in pagis illarum curã habere ſolent Mellitur gi Mellarii ue ruſtici iure prætermiſſa nemo ut opinor culpabit.

Herbarii me/dici

Herbaria me/dicina

Aluearia

Mellitur gi

Mellarii



Enta herba notiſſima eſt:cuius odor animum & ſapor auiditatem in cibis excitat:Mentæ no men inquit Plinius ſuauitas odoris apud græ/ cos mutauit:cum alioquin Myntha uocaretur Hedioſmos illi quoq̧ nõmen eſt: Mentam uero exiſtimãt dictam a nomine Mynthes:quam ferunt pellicem Pluto/ nis a Proſerpina depræhenſam in mentam deformatam fuiſſe.hinc nos diſticho.

Hedioſmus

Myntha

Summani pellex terram tenet arctius ulnis.
Miraris:uerus uſq̧ perennat amor:



Maracus herba ab amaraco nomẽ habuit:qui puer regius cum odifera geſtaret unguenta ca/ ſu lapſus fracto uaſculo:odore unguinis in her bam mutatus eſt:quam alii Sanſucum:Roma ni perſam uocitant.Ex hac unguẽtum odoratum & oleũ fit Amaracinum.Aulus.Gellius:Nihil cum fidibus gracu/ lo nihil cum amaracino ſui:Lucretius Poſteſq̧ ſuperbos ungit amaracino & foribus miſer oſcula figit: Dicitur & ſanſucinum a ſanſuco:Plinius in.xiii.ſimiiis & in ſanſu/ cino admixtis omphacio calamo: optimũ hoc in Cypro & Mitylenis:ubi plurima ſanſucus:& in.xxi.de ſanſuco lo quẽs:fit ex ea oleum quod ſanſucinum uocatur ſiue ama racinum ad excalfaciendos emolliendoſq̧ neruos: Non poſſum non admirari complures uiros alioquin eruditos amaricinum pro amaracino barbare etiã ſæpius effutire.

Sanſucus

Perſa

Sanſucinum

Amaracinum


Erpillum quod græci Herpyllon unde & Serpullum: etiam si a serpendo nomen accepisse autor est. M. Varro rei rusticæ tertio: herba est foliis ramusculisq; per terram serpentibus imprimis odoratũ: de qua meminit Vergilius in bucolico ludicro de Testili intinctũ faciente sic scribens: Allia serpillũ atq; herbas contundit olentes: ad medicinam efficacius siluestre: in aceto decoctum frõtiq; & temporibus illitum cum rosaceo capitis sedare creditur dolores: Herpyllon


Ibanotis herba odorem Thuris habens Rosmarinus latine appellatur: Columella de cibariis apum rusticæ disciplinæ decimo post hæc inquit frequens fit Incremẽti maioris surculus ut Rosmarinus: & paulopost: Nam sunt etiam languentibus remedio Cythisi tum deĩde casiæ atq; pini & Rosmarinus: hæc trita & cum aqua sparsa per ædes pulices nigellos necare dicitur: at succus eius regiũ morbum pellit & uisum exacutit. Rosmarinus


Aluiã latine nostri qui nũc sunt herbarii græce Elelisphacon nominãt mentæ haud dissimilem albẽtẽ & odoratã: hanc cũ Arthemisia alligatã qui habet uiator lassitudinẽ sentire itinerariam negatur: Paralyticis prodest: dolorẽ dẽtiũ ex uino ĩposita minuit: & cõtra serpẽtiũ morsus exhibet: Artemisia ipsa ab Artemide dicta est siue ab Artemisia regia cum prius Parthenis uocaret: quæ oĩbus fœmĩarũ malis medetur: eandẽ quoq; secũ habentibus negãt nocere mala medicamẽta bestiã ue ullã: ne Solẽ quidẽ ut scribit Plinius: Elelisphacon Artemisia Parthenis


Cymum a celeritate nascẽdi ex græco sibi nomen uendicauit: autor Põpeius: Plinius: in horto satorum celerrime nascũtur Ocymum blitum napus & Eruca: celerius quoq; id ipsum putãt erũpere si inter sationis initia calida aqua fuerit aspsum: Odore nõ improbatur: durat per autumnũ & Theophrasto autore in libro de plãtis tõsum diminutũq; regerminat: mãmis illitũ lactis prouẽtum extinguit: capiti uero Ceramentum Sutorium Ocynum

cum rosaceo cephaleã tollit:Semen aũt cũ ceramento su-torio uerucas pellit:est & ocymũ genus qnoddam pabuli ut.M.Varro disciplinæ rusticæ primo attestatur:Id est segetes uirides sectæ anteq̃ siliquas generent: bubusq; datur ut citam aluum faciat:unde nomen accepit.



Pium folia habet petrosolino similia ue℞ maiora:honos ipsi in Achaia coronare uictores sacri certaminis Nemeæ:hinc Iuuenalis gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu prostitui: graiæq; apium meruisse coronæ: & Plutarchus in Thimeleontis uita Corithios refert Apio coronare eos qui apud Isthmon uicissent sacram & patriam coronam Apium existimantes:quemadmodum & apud Nemeam Apio coronabantur uictores cum pinus nõdum in usus uenisset: Ab Apii etiamnum corona quam .L. Apius in achaia meruit Apiorum gentem Romæ esse cognominatam legimus:Sapor est Apio acutus & odoratus uelut aneto & fœniculo:unde Auicẽnas tradit illud oris optimum odorem facere:At in condimentis quibusdam peculiarem gratiam habet:præterea si pisces in piscinis ægrotent eo uiridi recreantur:Petroselino autem nomen imposuit: Nam petra lapis & selinon Apium dicitur:Plinius alio genere Petroselinon quidam appellant in saxis natum : Est & Buselinon : Helioselinon : oreoselinon & Hipyoselinon omnia ex eodem nomine apud græcos pendentia : a Selino urbs selinis dicta quod ibi plurimum nascatur ut scribit Vibius sequester.

Apiorum gẽs

Petroselinum

Selinis



Netum autore Plinio i.xyiiii & coquo℞ & medico℞ gratia nascitur:nam in condituris non insuaue est:& semen eius feruẽs olfactum singultus cohibet:ac ex aqua potum sedat cruditates Ipsius quoq; ad tormina uis efficax:nam doloribus cõfert ut Auicẽnas testatur:eius comas in summo semina mittentes Muscatia appellabimus:qualia sunt fœniculo apio coriandro & aliis:de Panace i.xii.semine inquit Plinius i muscariis dependente:ut ferulæ.

Muscatia


NIsum in condimẽtis peculiarem gratiam habet a Pithagora inter pauca laudatum siue crudum siue decoctum: Item uiride aridumue omnibus quæ condiuntur quæq; intinguntur desideratum. Quin ipsum oris halitum Iocundiorem facit fetorem tollens matutinis manducatum cum Zmyrneo & melle exiguo Insomnia leuat suspensum in puluino ita ut dormientes olfaciant: appetentiam ciborum facit: mox uino collutum uultum præstat Iucundiorem.


FOeniculum græco nomine Marathrum oculorum claritati mire confert: Angues per hyemem membrana corpori obducta fœniculi cibo impedimentum illud exuunt: Senectutem & Vernationẽ uocitamus. Iidem oculorũ caliginem quã hiberno latibulo contraxerãt marathro sese adfricãtes deponunt atq; oculorũ aciem refouent: ut scribit Auicennas ex Democriti autoritate: unde experimẽtis postea cognitum est idẽ præstare hominibus: Nam succus eius cũ melle attico uetustissimã licet caliginem discutit. Serenus. Si tenebras oculis obducit pigra senectus: Expressæ marathri guttæ cum melle recenti detrusare malum poterunt.

Marathrum

Senectus.
Vernatio


RVta apricis locis & siccis cinere uult nutriri ut Plinius & Strabo tradidere: gaudet & umbra fici ut Auicennas scriptũ reliquit: quoniam eius radices indigẽt calore ut est apud Aristotelẽ in Problematibus: Peculiaris est illi autoritas ꝓpter uenena qbus remediũ exhibes ꝑsentariũ: Vnde & Mustellæ contra serpẽtes dimicaturæ Ruta se muniũt: & Cn. Põpeius uictoria Mithridatica in sanctuariis: quæ aporeta & arcana: regis manu ipsius Antidoti synthesim īuenit: ex duabꝰ nucibus siccis: ficis totidẽ. & Rutæ foliis uiginti simul tritis: mica salis addita: quod ieiunꝰ si quis sumpserit uenena eo die īnocua experiet̃. Rutã furtiuã fertilius putãt ꝓuenire: sicut apes furto subtractas pessime: eiusdẽ quoq; fruticem pluribus ãnis durare: nisi mulier quæ in mẽstruis profluio sanguinis sit eam tetigerit & ob hoc inaruerit.

Aporeta
Sanctuaria
Arcana
Antidoti
Synthesis
Apes furtiuæ.


Aturea fragrantis odoris herba est quã Thym
bram nõnulli uocãt:diuersam credit Columel
la:Hæc cãpo Troiæ uicino ut aiũt nomen im
Thymbra posuit p quẽ fluit amnis Thymbreus:ut refert
Strabo:& Thymbrei Apollinis haud lõge tẽplũ fuerat a
cãpo sic appellatũ: Põpeius a mõte Troião dictũ existima
uit:Saturea autẽ ipsa ueneré emortuã suscitat in cibis sum
pta: unde ex græco ut quidã uolũt nomen sibi uẽdicauit:
Satyri quasi satyrea:ut satyri in uenerẽ proni & salaces.


Pyr Yretra herba est aromatica linguam adurens:
nam Pyr ignis est:Eius folia in acetariis probã
tur:Radice uero utuntur pigmẽtarii:qua man
duca(ut dicitur) si quis glandẽ mentulæ saliua
humectauerit in coitu ad ducicluniũ coget fœminam: de
quo Lucretius: Idq; sua causa consuerunt Scorta moueri:
Ne cõplerentur crebro grauidæq; iacerẽt:Et simul ipsa ui
Duciclunĩũ ris Venus ut cõcinnior esset:Ita enim dicere placuit Duci
Ducicluniæ cluniũ: sicus Apuleio Poscinumiũ: Præterea Ducicluniæ
Recellicluniæ meretrices dicuntur quas alii receclunias mobilitate clu
nium non sine uenere amatoribus placere elaborantes.


Actucæ a lacte autoribus Plinio & Var.nomi
natæ naturã habẽt refrigeraticem: & ideo per
æstatem gratæ stomacho fastidium auferunt:
cibi appetantiã faciunt:& somnũ conciliant ut
Papauer ex Galeno scribit Auicẽnas: præcipuũ ad hoc est Papauer
Opium cuius e succo fit quod opium uocãt habens per somnum
Meconium uim si copiosius sumatur mortiferã:Ignauius est meconiũ
Codia succus & capitibus: quæ Codia græci: foliis ue decoctis:
Diuus Augustus pristinam olim ualitudinem lactuca recu
perauit Musæ medici prudentia: Columella rusticæ disci
plinæ undecimo:Iamq; salutari properet Lactuca sapore:
Tristia quæ releuat lõgi fastidia morbi: Antonii musæ me
dici in Augusto meminit Suetonius cui ob restitutã Cæsa
Cappadocæ ri sanitatẽ Po.Ro.statuam iuxta ædem Aesculapii erexit:
Sessiles Lactucarum crispas Capadocas uocant:sessiles uero quæ
Endiuia late per terram diffunduntur. Endiuia quoq; lactucarum

generi est adscribenda: Satiua magis probatur & illa precipue quæ folio crispo solet prouenire: nã elixa eustomacha cẽsetur: Altera sponte pululans longo & angusto caule intubis haud dissimilis est: Intuba ipsa a ieiuno in cibis sumpta semp epaticis profuere ut asserit Theodorus Priscianus: A medicis impensius laudatur Endiuia: Epaticis enim mire confert stomacho salubertima ut est apud Auicennam.

Intuba

ERucæ herbæ uis inest calida: Ideoq; frigora cõtemnitt& lactucæ miscetur in cibis: ut illius tẽperet frigiditatẽ: uenerem quoq; ualenter excitat: hinc Poeta in moreto uenerem reuocãs eruca morantẽ: & Columella: Excitet in uenerẽ tardos eruca maritos: Ve℞ ad hoc efficatius est semen quod Galen⁹ in Pharmaceutico℞ libello ponit in Satyriis hoc est cõpositionibus ad libidinẽ excitandẽ: In cõdiendis uero obsoniis tãta fuit eius suauitas: ut græci Euzomon appellauerint: Id quod Plinius in uixesimo scriptum reliquit: Eiusdẽ fere saporis est Nasturcium dictum a natium tormento: quod animum ita exacuit: ut coutra torpentẽ & somniculosum dicamus: Ede nasturcium idest excita te: Erucæ itẽ in hortis animalia herbis noxia nascuntur: quæ a græcis Campes ut refert Columella.xii. aduersus illas ex equæ capite ossa palo imponuntur & cancer fluuiatilis in medio suspensus auxiliatur.

Satyria
Euzomon
Nasturcium
Campe

POrtulaca quam græci Peplion dicunt & Adrachnem: herba est frigida & humida ut scribit Auicẽnas quæ dentium tollit stuporem: ut est apud Amphrodisæum in Problematibus: & Aristoteles quærens cur id faciat Portulaca & Sal qui etiam congelationem dentium dissoluit causam affert humiditatis uiscosæ exsorbentis humidum acutum siue acerbum quod erat circa dentes: uenerem inhibet & ueneris insomnia. præterea contra Vuulæ morbũ collo suspensa probatur ueluti exẽplo Plinius affirmat. Sed & umbilico prociduo imposita medetur.

Peplios
Adrachne
Dentium stupor
Vmbilicus p ciduis



Bubula ligua Boglossini flores


OglosTus & satiua est quam Boraginem triuiales uocant & siluestris: Latini ab asperitate linguam Bubulá utráq; appellauere: calida est & humida: cardiacis auxiliatur ĩ cibo sumpta: sanguinem purgat: & hilaritatem inducit: flores eius in condimento & medicina peculiaré gratiam habent: Ipsa uero in uino deiecta animi uoluptates auget: Hinc Euphrosinum græci dixere quasi lætificantem: Nam ευφρενειν est lætari: Euphrosine lætitia: & Euphrosia exultatio.

Euphrosine



Eta hortensium herbarum leuissima est: duo eius genera græci fecere a colore nigram & candidam: mira differentia si uera est. Candida solui aluum: nigra modice inhiberi: Illinitur alopepetiis cruda & uulceribus in capite manantibus: Cocta fluctuationes stomachi & uentris sistere existimatur: & cum Brassica in dolio uini sapor corrũpatur: odorem foliis Betæ demersis restitui autor est Plinius. Inter Anniuicaulia siue Annuifera numeratur germania inarescentia quidem & exolescentia sed radices retinentia quæ annuatim pullulant: ut Hysopus lateris morbo quæ dicitur pleuritis conferens: Siliquastrum odore piperis unde etiam Piperitis: lapatium quádoq; Rumex & eius omnino species acetosa: Melissa: Nepta: santo lina in accetariis hyeme grata Pulegium ipso brumali die suspensnm in carnariis flocescens: Myriophylon Millefolium capillamenti modo foliosum: Marubium quod Prasion eximie Hæmoptoicis utile: Betonica domum in qua sata sit tutam reddens a piaculis omnibus Glycyrrhiza dulciradix quæ uulgo Liquiritia tussi conferens: & Ligusticum quod passim Liuisticum ad detrimẽta laudatum: Panacem aliqui uocant: quod nomen omniũ morborum remedia promittit: ut plinius auctor est.

Annuicaulia hysopus Siliquæstrum Piperitis Lapatum Rumex Melissa Santolina Nepeta Pulegium Acetosa Myriophylõ Marubium Prasion Betonica Ligusticum Glycyrrhiza Panax



Nula calida est: hinc radice illius per hyemes in pulmentariis quibusdam utimur: seritur oculis ex radice excisis ut harundo: Illustrata est olim Iuliæ Augustæ cibo quottidiano: austeritate tamen aliquãtulum pungit: unde Horatius Acres inulas ap-

pellauit:Cōdita tuſſim ſedere creditᷓ:a ieiuno quoq; cōmā ducata dentes cōfirmat ſi ut eruta eſt terram nō attigerit.

SInapi herba nota: cuius ſemine ſemel ſato uix eſt liberare locū:quoniam cadens protinus uiret: nec aliud magis ex his quoq; uis ī ſublime fertur iudicauit pithagoras in nares & cerebrū penetrare:nam uſus eius etiam pro pulmentario in patellis inquit Plinius decocto citra intellectum acrimoniæ:Et nūc cōdimentum ex eo faciunt admixtis uuis paſſis:pipere: ficis:Sandalis rubris:ſapa:& melle: contra pituitam tenetur in ore donec liqueſcat: gargariſſatur ad uuam cum aceto & melle:ad dentium dolorem manditur: Senſus atq; ſternutamenta purgat ſtomacho utiliſſimum.

BRaſſicæ Cato tria facit genera:unā extenſis foliis caulæ magno:alterā criſpo folio quā Apianam uocat & ſelinada :tertiā minutis caulibus lenem & tenellā:Cyma a prima ſectiōe preſtat: hic eſt inquit plinius Quidam ipſoq; cauliū delicatior teneriorq; cauliculus:Prototomū græca dictione ueluti primæ ſectionis uocitamus.Columella:ſed iam Prototomos tempus decidere caules.Braſſicæ uero ipſæ uel quaſi paſſicæ dicuntur: ut ſcribit Varro: uel a præſecando quia folia præſecamus e tyrſo ut Pompeius:Sed & caules nuncupātur:unde Cauliculos ſiue coliculos deducimus: Et capitatos caules peregrandes capite in orbem porrecto olim Lacuturres:& ſabellicos caules uſq; in admirationem criſpos appellamus:ueq; etiam herbaq; plurium ſtipites qui Thyrſi & ſcapi hoc nomine ſignificantur.Inde unicaulis herba quæ unico tantum caule creſcens in ramulos non diffunditur: Braſſicæ cibo ſenſus purgantur: Ereſiſtrati diatriba tenuit nihil ſalubrius: nihil utilius eſſe ſtomacho & neruis Braſſica:Ideoq; paraliticis & tremulis & Hæmoptoicis eā dari iuſſit:Eſt autem pauci nutrimenti:crapulā ſoluit:ebrietatem retardat ut refert Ariſtoteles & Auicennas;Nam exſiccat uapores ut Galenus atteſtatur.Si quis parum audiat inquit.M.Cato in re ruſtica terat cum uino braſſicam ſuc

Apiana
Cyma
Prototomus
Caules
Cauliculi
Lacuturres
Sabellici caules
Tyrſi
Seapi
Vinicaulis

cumq; expressum tepidum in aurem instillet:cito intelliget se plus audire: Dioscorides deniq; medicus tradit populũ Romanum sexcentis fere annis medicina brassicæ usũ nõ dum enim ad urbem conuenerant medici: qui pigmenta secum attulissent sed ea tempestate militares uiri gloriosas cicatrices gratuito olere curabant.



Triplex & siluestre & satiuũ est olus: accusatũ a Pythagora tanq̃ faceret hydropicos:morbũ regiũ:& pallorẽ: addidere medici Dionisius & diocles gigni ex eo plurimas ægritudines: nec nisi mutata sæpius aqua coquendũ:Illinitur aũt salubriter incipientibus furũculis siue crudum siue coctũ fuerit:Atriplicis olus græci Atraphaxin appellant:autore Columella in.xii. Decipiuntur profecto qui existimant atriplicem esse spinaciam:Ita .n. nostri temporis medici herbam illam semine spinoso uocitant cum olus hispanum fortassis siue blitum rectius possit & debeat nuncupari.

Attraphaxis


Spinacia

Hispaniũ olus



Littũ herba est iners sine sapore:aut acrimonia ulla: unde cõuitium apud Menandrũ poetam uxoribus faciũt mariti: & Plautus blitteã dixit meretricẽ:Stomacho inutilis est uentrẽq; adeo turbat ut choleram faciat aliq̃bus:Clauis tñ pedũ & lienibus ꝓdesse credit':a saporis aũt stupore apellatã esse ex græco q ab illis βλαξ stupidus dicatur Pompeius existimauit.

βλαξ



Oriandrũ inter siluestria nõ ĩuenit':sed ubiq; fere satũ nascit':ꝓcipuum habet' ægyptiũ:uis magna datur uiridi ad refrigerãdos ardores: simplex edẽdũ nõ est:sed aceto ꝑparandũ ꝓpter inatã malitiã.M.Varro eo subtrito carnẽ ĩcorruptã cũ aceto æstate seruari posse credidit: Xenocrates uero menstrua cõtineri uno die si granũ biberit fœminæ biduo si duo & totidẽ diebus quot grana sumpserit: hic Macer:Xenocrates inq̃t totidẽ cessare diebus mẽstrua:quot mulier coriandri grana uorabit. Prohibet & uapores a capite ut scribit Auicẽnas: In aceto aũt albo p diẽ maceratũ reddit illud aptissimũ ad pulices necandos:si per ædes spargatur.



Vcumeres a curuore nomē autore Varrone acceperunt:crescunt qua cogunť forma:in Italia uirides & q̄ minimi sunt: cū magnitudinē excessere Pepones uocanť: q in cibis īpensius refrigerant:aluūq; molliunt: Sunt & melopepones q nō pēdent sub humo rotundanť:Neoterici mellones appellant: quos etiā p sumā hyemē Galienus īperator exhibuit: Idē recentes uuas trienio seruauit:cucumis ipse tenet & iocundissimus fit:si anteq̄ ponať semen lacte maceretur:nōnulli etiā quo dulcior existat hydromelle id faciunt:Locus autē cucumerariū ut cucurbitariū nuncupať: Hieronymus isaiæ primo:si tamen Hieronymus est: Derelinquetur inquit filia syon ut umbraculū in uinea:& sicut Tuguriū in cucumerario: nam in uineis & cucumerariis fiunt custodiaria: ut uidemus quasi ergastiola temporaria.

Pepones
Melopepões
Melones
Cucumerariū
Cucurbitariū
Custodiarium



Vcurbitarum duo sunt genera:longæ & rotundæ:cōmendanť in cibis longiores:cū rotundioribus p̄sertim uasoꝝ uice utamur.Plinius: Nuper in balneaꝝ usus uenere urceoꝝ uice: iā pridem uero etiam cadoꝝ ad uina condenda: & Columella: de media inquit parte cucurbitæ semen inuerso cacumine ponito ut fiat incrementi uastioris: nam sunt ad usum uasoꝝ satis idoneæ:Cortex non siccis tener est: deraditur tamen in cibis:quos salubriores præstant quæ pēdendo creuere: prolixiori tamē & tenuiori fructu qui maius reliquis inuenit pretium:nam eaꝝ genus est unum quod Camerarium uocant quia cameras & pergulas operit reptantibus flagellis & capreolis īnitentibus:Chrysippus medicus illas damnabat:sed omnium consensu stomacho utilissimæ & interaneoꝝ uesicæq; exulcerationibus medicātur:bonum humorem eas generare & febribus cholericis ꝓdesse Auicennas testatur:Cauendum est autem ne eo in loco quo cucumeres & cucurbitæ consitæ sunt mulier admittatur: nā fere ipsius contactu ut notat Columella uirentium incrementa languescunt: & si in menstruis fuerit etiam uisu nouellos fœtus necabit.

Camerarium


Aphani adeo frigore gaudent: ut in germania
iſantium puerorum ſi Plinio credimus magni/
tudinem æquent. Iidem hiberno tempore uti/
liſſimi in cibis: ructus tamen mouent dentibus
ſemper inimici: eos.n.atterere dicũtur: Androcydes rapha
num contra ebrietates mãdi precepit: mire uenenis aduer
ſari ueteres credidere: Vnde ante alios cibos menſis appo/
nebatur: calidæ eſſe uirtutis omnium medicorum opinio/
ne cõfirmatur: & nobis quoq; ex uſu licet cognoſcere: nã
cum cæteris cibariis in ſtomacho ſolus ructus mouet: Aui
cennas. Raphanus inquit digerit & non digeritur: Alexan
der quoq; Aphrodiſæus in problematis refert calidũ eſſe:
humores exſiccare & attenuare: mouere autẽ ex humori/
bus ſpiritus ac eos exhaurire & exinanire dũ per eos eru/
ctat: Aegyptii propter oliui fertilitatẽ quod de ſemine fa/
ciunt Raphanũ impẽſius celebrant: Genus eſt unũ quod
Armoracia — frõde copioſiꝰ q̃ corpore Armoraciã noſtri appellauerũt.


Staphylinus — Aſtinacæ duo ſunt genera: unum quod agre/
ſte ſponte proueniens Staphylinum græci di/
xere: alterum uero radice uel ſemine primo ue
re ſiue per autumnum: ut ex autoritate Higini
ſcribit Plinius: In cibis hyeme uere etiam primo gratiores
ſunt: & præſertim coctæ mox patinis conditæ: Eſt & e ge/
Siſer — nere Paſtinacæ Siſer: radice ſubruffa: quam olim Tiberius
Cæſar illuſtrauit: flagitans eam omnibus annis e germa/
nia: Gelduba fuit oppidum Rheno impoſitum ubi præci/
Carotola — pua generoſitas: Carotola a neotericis uocitatur.


Apa frigoribus dulciora fiunt: cibi uſum Ro/
manis illis p̃ſertim ueteribꝰ qui frugalitatẽ ut
deam adorabant præſtiterunt: unde a Samni/
tum legatis inuentus eſt. M. Curius cognomẽ
to dẽtatus rapum ad ignem coquere autores Plutarchus
in apophtegmatibꝰ & Cicero ĩ Catõe maiore: Palma dat̃
in nurſino agro naſcẽtibus: Democritus a cibis abdicauit
ꝓpter inflationes. Diocles uero & Dionyſius magnis lau
dibus extulerũt: Folia etiã cibariis ſeruiũt decocta ad minu

taľ qđ Rapaciolũ noíamus Mediolanẽſes uero Rapaciũ. Rapaciolum Rapacium

NApi rapis longitudine ĩ primis differunt quos apud Romanos Amiternum ciuitas in ſabinis laudatiſſimos mittebat: Martialis ĩ Xeniis: Nos amiternus ager fœlicibus educat hortis: Nurſinas poteris parcius eſſe pilas: & Plinius: Palma Romæ Amiterninis datur: inde nurſis: Tertia nr̃atibus: Eſt inter napos genus quddam ſilueſtre ſatiũũ etiam radiculæ perexiguæ ad accetaria non improbatæ: noſtri Raponcium uernaliter dictitant. Bunion græci Napum uocant: unde Pſeudobunion mentitũ napũ: Nam pſeudo falſum notat: Hinc Pſeudoſmaragdus: Pſeudopropheta: pſeudolus: Pſeudographus falſarius in ſcribendo & alia compluria. Raponcium Bunion Pſeudobuniõ Pſeudographus Pſeudoſmaragdus

ALlium in caput: creſcit nucleoſq; membranis quibus ueſtitur includit: aſperum eſt ſapore: & quo plures habuerit nucleos eo aſperius. Tradidere nonnulli interlunio poſitum & item luna ſilente Intermeſtriue euulſum odoris fœditate caritu᷑: oculos hebetat: inflationes facit: ſtomachum lædit copioſius ſumptum: ſitimq; gignit. Somnos tamen prouocat: atq; in totum rubicundiora reddit corpora: gallinis quoq; contra Pituitam prodeſt. Auicennas cum uino dandũ præcepit aduerſus ſerpentium morſus: Galenus uero Theriacam appellat ruſticorum: At Horatius in Epodis illud execratur: Edat Cicutis alium nocentius: O dura meſſorum Ilia Quid hoc ueneni ſæuit in præcordiis? Theriaca autẽ inter remedia eſt præſentaria contra uenena fere omnia: ſic dicta ꝙ uenenis beſtiarum aduerſetur: alii ꝙ e uipera᷑ carnibus conſtet quæ naturalem quendam mutuum affectum habent quam Anpathiam uocant aduerſus quoduis animal uenenoſum: admiſcetur præterea Dictamus herba cui proprietas cum corde: Epatorium cum Iecore: Scolopendrium cum liene: Petroſelinum cum uentris orificio: Hyſopus cum ſepto & pulmone: Seſſeli cum ueſſica urinæ: Helenium cum renibus: Ruta cum colo: & cum cerebro Gentiana. Luna ſilens Intermeſtris Theriaca ruſticorum Anpathiam Dictamum Epatorium Scolopendriũ Petroſelinum Hyſopus Seſeli Helenium Rura Gentiana



Epe plura sunt genera: nobilior est Ascalonia ab oppido iudeæ: Nam ut refert Strabo i .xvi. Ascalonensium regio præcipue fert cepas: optimæ rotundissimæ: item ruffe acriores q̃ candidæ: siccæ q̃ uirides: crudæ q̃ coctæ: Cepa oculos mordet: unde a græcis nomen impositum crõmion quasi pupillã oculi cõprimi cogeret: ut scribit Aristoteles in Problematibus: Vnde lachrymosa dicitur a Columella: reuirescit & congerminat decedente luna: innarescit crescente: quam ob causam sacerdotes ægyptii credũt Pelusiotas cepis abstinere: quia solum olerum cõtrarias lunæ uices habeat minuendi atq; augendi. hinc Diuus Hieronymus: Impelle siuales pelusioten ut edat cepe: Adde q alium & cepas inter deos iureiurando habet ægyptus: ex quo exiit illud Satyrographi poetæ Porrum & cepe nefas uiolare & frangere morsu O sanctas gẽtes quibus hæc nascuntur ĩ hortis numina: Cepis caput grauatur: cerebrũ ĩfestatur. somnusq; grauis inducitur: Hæmorhoidibus tamen tritæ impositæ uehementer prosunt. In cibis aluum molliunt: & appetentiã faciunt: Earũ soliculum taliam appellamus: nam Talea lignum est præcisum ex utraq; parte sed cuspidatũ in ima: plantãdi gratia: a quibusdã etiã ponitur p Tessera: hoc est ligno cõplanato quo numeros notant rustici Idiotæ mechanici: & ĩprimis apud nos pagorũ magistri.

Ascaloniæ
Crõmio
Taliæ
Talea
Tessera
Magistri pagorum



Vlbus haud dissimilis cepæ uenerem impendio excitat: ut scribit Dioscorides: unde epigrãmatarius poeta: Cum sit anus coniunx cum sint tibi mortua mẽbra: Nil aliud bulbis qu ã satur esse potes: & Columella in . xi . quæq; uiros acuunt armantq; puellas: Iam Megaris ueniant genitalia semina bulbi: Quibus adstipulantur. M. Varro & Apicius scribentes: Nuptiis legitimis Bulbos sponsis apponi solitos cum nucleis pineis aut erucæ succco & pipere ad usum ueneris: Megarici a megaris urbe græciæ in disciplina rustica a Catone celebrantur: Est bulborũ genus Epimenium & per diminutionem Epimenidiũ e Scylla: Bulbos autem scito ge

Mons nuptialis
Eipimenium
Epimenidiũ
Scyla

neraliter dici radices rotundas tunicatas:quales sunt croci Narcissi & harundinum.

PОrri duo hñtur genera sectiuũ & capitatum:sectili Nero iperator autoritatẽ dedit cũ eo uocis gratia ꝓsertim æstiuis mensibus uteretur:uiscositatem nãq; habet lenitiuã qua confert arteriis pulmoniq; est Trachea ne exsicetur:Præterea purgatiuum esse gutturis testat̃ Arist. Capitatũ uero in caput cresit Vñ nomen: Id fiebat supposita tegula uel silice: frequenti etiã trãslatione i caput rotundat̃: succũ loetiferũ esse oñdit Plinius Qui scribit Melã equestris ordinis reũ ex ꝓcuratione a Tiberio Cæsare accersitũ in summa desperatione succo porri ad triũ denariorũ argẽteorũ pondus hausto cõfestim sine cruciatu animam exhalasse. Trachea Succus porri

MAluæ gñra duo Plinius posuit:quæ foliorũ amplitudine discernant̃:i satiuis maiorẽ græci melopen:alterã ab emoliendo aluo Malachen dixere:siluestrẽ cuius foliũ grandiusculũ est & albæ radices Altheã & ab excellentia effectus Aristaltheam apostemata fere oĩa resoluentem ut est apud Auicennam. Malua ipsa quæ septimo mense in arabia arborescere & Scipionũ idest baculorũ usum ꝓbere credit̃: aculeatis ictibus medet̃. Ventrẽ quoq; soluit uel clysteribus ĩfusa uel in cibis sumpta. Cõmẽdant̃ i primis ex ea cauliculi surgẽtes a radice quos derasis prius foliis i modum asparagorũ coctos i cibariis cũ acceto oliuo sale & aromatis nõ imꝓbandos ipse dixeri:nã gustu iocundi aluũ salubritet emolliẽtes bonã per æstates ualitudinem præstare creduntur. Melopes Malachis Althea Aristalthea Scipiones

ASparagi siluestres ac horridi natura fuerãt:uerũ al tiles facti.ternisq; libris in solo rauenacio spectantnr. Coruda inquit Cato in hortis serenda est unde fiãt asparagi: de quibus epigrãmarius poeta in xeniis:Mollis in æquorea quæ creuit spina rauenna:Nõ erit icultis gratior asparagis : sic aũt ideo dicti ꝙ ex asperis uirgultis legnntur autores Pompeius & Varro : In aqua citule cõquuntur : hinc:Augustus ad exprimendam Coruda

in rebus celeritatẽ dicebat ut ſcribit Trãquillus: uellocius q̃ aſparagi coquantur. Aſparagorum altilium Satiuorũq; radices Spongias uocamus.

Spongiæ



CAparis herba calida & ſicca in cultis terris nõ facile prouenit: multi enim ſunt experti: ſed in caſſum radices transferentes & ſemina ſerẽtes ut tradit Ariſtoteles in Problematibus: Contra in aridis: in Incultis: & præcipue in parietinis hoc eſt muris ueteribus ſine tecto luxuriat ſpargens per terram frutices: Coitum auget & ſpleneticis impenſius prodeſt: ueluti & Tamarix mirabilem habens Antipathiam cõtra lienẽ: ita ut ſi ex ea alueis factis bibant ſues ſine eo uiſcere inueniantur: & ideo homini ſplenetico cibum potumq; dedere in uaſis ex ea factis: quæ expertus in me teſtari audenter & uere poſſum eo remedio lienis duritia liberatus.

Parietinæ
Tamarix



ERyngion herba aculeatæ mordacitatis ſpinoſa ueluti carduus: ſatiua in cibis probatur radice tãtum: quæ melle Cinamomo & Cariophilo condita guſtui non iniocunda non inſuauis uenerem emortuam excitare creditur.



CArduus ſatiuus cibis adhibet᷑: de quo Plinius certũ eſt inquit carduos apud carthaginẽ magnã Cordubãq; precipue ſextertia ſena milia e paruis his reddere quoniã portẽta quoq; terrarũ in Ganeã uertimus etiã ea quæ cõſciæ quadrupedes refugiũt: Mãducatus Carduus oris cõmendat odorẽ: Ad eſcã tener habẽdus eſt aliter improbat᷑: Scolymos græce dictus ĩ latino ut ait Dioſcorides Strobylus uocatur quia nucis pineæ ſpeciẽ habet: ut uidemus: uuluis etiã conferre dicitur & maxime radice ad mares generãdos: hinc eſt q᷑ matronæ cõplures ut uidimus efflictim carduos appetũt: nec fortaſſe fit ob uenerẽ quã excitãt: Vini quoq; appetẽtiã faciũt: Elixi ĩ patinã ponunt᷑ mẽſiſq; ĩferunt᷑: eſſe autẽ eos cũ Cinamo & ſale cõſueuere plurimi addũt qdã mel & acetũ: Carduis ſiccatis utunt᷑ fullões: unde Serenus: carduus & nundũ doctis follonibus aptus: ue℞ ut opinor &

Scolymos
Strobylus

ita est hi fullonarii inter siluestria numerãtur:eoꝝ nãq; plura genera notauimus quorũ florem Pappũ nominarunt. Pappus



ROsas inter coronamẽta hortẽsia: uiolasq; pene inquit Plinius nostri nouere: de his igitur liliiq; floribus paucula dicemus:Postquã &.M.Cato in hortis coronamẽta seri precepit: Rosa semine uel uirgulto ponitur scrobibus aut sulco breuissimo:In seritur & ocellis radicis ut harũdo:semina autẽ non existimemus medios flosculos crocei coloris quos ferunt: nam baccas purpureas nutriũt : quas in piruli formã plenas seminibus post uindemiã maturas ostendũt:Rosam præcocem habere qui uoluerit duobus palmis ab ea in gyrũ fodiat:& aqua calida rigabit:calice germinare incipiẽte:Eius plura sunt genera:odoratius est quod in spinetis per arua nascitur:utunt illo ad unguẽta oliuũ & medicamina pigmentarii:Validiora etenim habẽtur omnia siluestria : q; ut ĩquiũt his terra perinde ac mater est:cæteris nouerca:Ego uero primã odoris laudẽ potius dederim rosis quas nunc passim Damascenas dicimus non solũ biferas sed toto fere anno florescẽtes:Rosis consita loca rosaria ut Violaria: & Roseta ut lilieta uocitamus:Græci rosam Rhodon appellant:Inde Cynothodos & Rhododaphne deducta:Et Rhosinũ oleũ e rosis: quod rosaceũ nostri nuncuparunt. Rosarũ in coronis usus prope nimius est:Cũ e floribus fierent serta a serẽdo seruiæ uocabant:coronas uero tenuiores quibus usi sunt antiqui Strophia inquit Plinius dixere unde nata strophiola:uersicolores Sycionii ex ĩgenio pausiæ pictoris inuenerũt post olympiadẽ cẽtesimã. Floribus autem per hyemes deficiẽtibus ramẽto e cornibus tincto coronas hibernas fecerũt:paulatimq; & Romæ subrepsit appellatio:corollis inter initia propter gracilitatẽ nominatis:mox & corollariis:postq̃ e lamina ærea tenui auro oblita dabantur hæc ille.Qui coronas facit coronarius a nostris Stephanoplocos a græcis dicitur:nam Stephanos est corona:Sed & uictores ĩ ludis:& uiri fortes in bellis opera strenue nauata coronas uirtutis premia reportarũt . Quæ

Semen rose
Siluestria ualidiora
Damascenæ rosæ
Rosarium
Violarium
Rosetum
Lilietum
Rhodos
Rhosinum
Rosaceum
Coronæ
Seruiæ
Strophia
Corollæ
Corollaria
Coronarius
Stephanoplocos
Stephanos
Bellicæ Coronæ


ut plurimum ex auro & frondibus fuere:Bellicæ celebrā-
Auræ corona- tur oualis:naualis:muralis:obsidionalis: castrensis: ciuica:
rium & triumphalis quod aurum etiam coronariū: de quibus plura Plinius & A.Gellius.



Iolæ plura sunt genera: purpureæ luteæ croceæ & albæ:purpuream sponte nascentē apricis & macris locis e radice exeūtem Iacynthū
Iacynthus appellant: ab Iacyntho qui delitiolum fuerat apollinis in huiusmodi florē mutato:ut mythicorū quidā fabulantur:inde uestis Iacynthina:alii Iam:unde uestis ianthina.& papinius uiolantillam dixit ianthida:nam iacyn-
Lutea thi eadē illis sunt uaccinia. Satiuis maior autoritas luteæ
Flammea ut scribit Plinius quæ & flammea flox & luteola nomina
Flox tur:Inter uiolas ipse posuerim florem odoratum:cuius fra
Cariophilus grantia haud dissimilis Cariophilo de quo inter aromata iam dictum est merito nomen ab illo sibi uendicauit.



Ilium rosæ nobilitate proximum est cognatione olei & unguenti quod lilion uocant:cādor floris eximius: foliis foris striatis. & ab angustiis in latitudinē paulatim sese laxantibus effigie calathi:resupinis per ambitum labris tenuiq; filo & semine stantibus in medio crocis:similem producit in frute-
Cōuoluulus tis Conuoluulus herba:sed sine odore:nec crocis intus:Cādorē tantū referens:ac ueluti rudimentū naturæ lilia face-
Narcissus re cōdiscentis:Est & purpureū lilium: Narcissum uocant
Narce a puero narcisso: Plinius in.xx.a Narce deducit: Narcen
Crynon græci torporē dixere:odor quippe illius caput agrauat:Est
Iris & rubēs Crynon appellant. Quidā inter genera liliorū & irim posuere:radice tantū cōmendatur nobilissimi odoris
Saliunca ut Saliunca:floret diuersi coloris specie sicut arcus cælestis unde nomen accepit:sed de his hactenus. Iam ad arbores transeamus sine quibus horti nec esse nec dici possunt.



Rbores in maximo precio habuit rudis illa ueterum antiquitas: utpote e quarum fructibus ante fruges inuentas alimēta:e libro ante uelle-
Liber arborū ra uestes ministrabantur: & ante chartas uolu-

mina texebantur: ex his quoq; oleum corpora liquor recreans: uiresq; potus uini: tot deniq; annui sapores indies maturitate ꝓuenientes: & mensas secundas replentes: tot medicamina e frondibus: Ligno:floribus.radiceq; proueniētia:Innumerabiles præterea sunt usus earũ sine quibus uita duci uix posset:Arbore agros arbustamus:arbore caua currimus equor:aduehētes piper:ebenũ:uniones:gemmas:aromata:Reubarbaꝝ:casiam:cōpluriaq; alia ad usus nostros:Balsamũ & thus ad cultus diuinos arcanaq; mysteria:arbore fundamēta in uliginosis palustribus & aquosis locis firmamus:arbore cōstruimus tecta: arbore mēsas dolamus:hinc acernæ & citreæ olim preciosissimæ:arbore sedilia fulcra arculas paramus: arbore ualidissimũ elementũ quo cibaria ad alimoniã præparantur seruamus: habent & arbusculæ propria numina.Ioui deorũ ut dicebant maximo Esculus.Apollini Laurus:Mineruæ olea:ueneri myrtus: Herculi populus: Plutoni cupressus:Baccho uitis:& cybeli siue pani Pinus dicatæ sunt. Quin & Siluanos Faunosq; siluis dedit antiquitas: & Dryades Hamadryadesq; nymphas adfinxit.In hortis autē ponēdæ sunt arbores & ad uoluptatem & ad fructuũ utilitatem:quarũ culturam Eumolpus athenis primus ostendit. Sed quoniam plurima earum sunt genera ita ut uix numerari possint: omissis quæ conuenire non uidentur de quibusdam & quidem breuiter dicemus: primũq; de frugiferis: mox de his quæ uel umbra umbrosa uel Topiario opere uarias species representantes impensius delectant. Cultura arb. primo



Itibus principatum inter arbores esse dandum existimauerim:postq̃ arboris appellatione illas cōtineri Vlpianus & pleriq; ueterũ uoluerunt. Nulla enim quæ suauiorē uberioreq; fructum producat arbor inuenit̃.In hortis uel Maleolo:hoc est nouello palmite: seu Viua radice serenda est ad uoluptatem magis: q̃ ad prouentum: subdiales namq; deambulationes umbrosis operculis opacat in fornicatis salignis pedamētis:sic enim uitis adminicula dicimus clauiculis pāpinis

Meleoli

Viuiradix

Pedamenta


capreolisue adhærens atq; luxurians racemosq; demittens

Pergula

structuram ipsam & latine & elegáter Pergulam dicemus: Nam plinius Vitiū generosaꝝ pergulas precepit quinqua tribus esse putandas: Subdiales autem ambulationes græci hypæthras uocant: Crescunt attamen uites ad arboris iustæ crassitudinem: Metaponti templum Dianæ uitigneis columnis sustinetur: scalisq; tectū Dianæ ephesiæ scandit uite una Cypria ut memorant: & Iouis simulacꝝ populoniæ conspicitur inquit Plinius e uite una pluribus æuis incorruptum: Non est enim ligno ulli æternior natura: e uite Parmulæ texuntur ad usus bellicos: ex eadem insigne centurioni gestamen dedit Senatus.

Subdiales
Ambulatiões
Hypæthræ

Parmulæ



Lea ex cuius baccis trapeto pressis utilissimus oliui liquor educitur: in hortis seri potest: & maxime collinis: huic honorem dedere Romani. & turmas equestres idibus sextilis: & in minoribus triumphis ouantes coronando: Athenæ quoq; ex oleagina fronde uictoribus coronas proposuere. Græcia uero in Olympiis oleastro coronauit: Locū ubi cōsitæ fuerint oletum siue oliuetum appellabimus: Ibi oleas digestas in ordinem græci Stœchadas uocant: unde septum quoddam militare Stœchada passim dicimus. Poni debent in hortis & Persicus: Prunus: Cerasus: Ziziphus: Celsus: Citrꝰ: Ficus: Apirinus: Amygdalus: Pinus & reliqua Pomiferaꝝ Nuciferaꝝ genera: de quoꝝ fructibus in secunda mensa sum dicturus Ad hoc necessaria erunt Plantaria hoc est seminaria in agris: e quibus plantæ sumptæ tranferantur: ut adultæ postea suum fructum ꝓducant: uel ut quibusdam opus est: per insitionem alienum & quidem mitiorem: Plātaria etiamnum ueteres filiarum dotem dixere: quia plantatæ arbores tam fœlices q̄ infœcundæ ueluti: Salices populus: Vlmus: Iuglans: Cerasus: Sorbus & id genus cæteræ ac post aliquot annos uenditæ maximum quæstum exhibent. Voluptati quoq; conferet impensius nemusculum habere ad amussim positis arbusculis: in quo per æstates ī umbra cū libuerit spatiari: legere: exercere corpus mensas

Stœchades
Oletum
Oliuetum

Plantaria

Nemusculum in ædibus

ad cibos ponere licebit: Discurrentibus hinc inde damis timidulis:& lepusculis auritis tripudiãtibus. Per arborum uero fastigia nitidulo Carduele:Philomena attica canoris auiculis modulatim occinẽtibus. Disponetur & locus ad cursum equorum idoneus quẽ iccirco Hippodromũ græca dictione nuncupabimus.Nec procul inter umbrosa uireta:lateritia marmoreáue sedilia ambulatione interdũ fatigatos iuuantia:De hippodromo meminit Plinius Cecilius in epistola ad Apollinarẽ de uilla quã in thusculis posuerat.Adiacẽtis hippodromi nemus comasq; prospectat Item hãc dispositionem amœnitatẽq; tectorũ longe præcedit hippodromus medius patescit: statimq; intrantium oculis totus offertur.Platanis circuitur.Illæ hedera uestiũtur:utq; summæ suis:ita imæ alienis frondibus uirent.

Hippodrom⁹

PLatanus nunc Italiæ fere incognita umbræ tãtum gratia ex alienis uecta regionibus in precio Romæ habita.Petronius arbiter in satyris.
Nobilis æstiuas platanus diffuderat umbras:
& Apuleius in Cosmographia. Platani ut ait poeta umbras potantibus ministrantes: hinc Licinius mutianus ter consul Lyciæ legatus prodendum etiam putauit intra platanum quæ illic clara habetur se epulatum esse cum duodeuicesimo comite:Primũ celebrata est in Academiæ ambulatione athenis cubitorum triginta sex: ad mirabilem namq; altitudinem crescit.Commendantur & Chameplatani coactæ breuitatis sic serendi genere & recidendi excogitatæ.Primus autem Cn.Macius ex ordĩe equestri Aug. Cæsaris amicus nemora tonsilia constituit.

Chameplatãl
Tõsilia nemora

LAurus Apollinis est arbuscula propter Daphnem quã amauit in ea deformatã: siue ꝙ spectatissima nascitur in parnaso: Eusebius uero scribit eam soli dicatã quoniam ignea est: unde odio maxime a Dæmonibus habet:siue ꝙ plurimum sonat si uratur quod prædicẽdi artẽ designat: Diuinatiõis autẽ deus Apollo existimatur:Ianitrix quoq; cæsarũ est & Pontificũ triũphisq; dicata:coronã capite & ramusculum

Delphica
Cypria
mustax

tenẽtibus manu triũphantibus: & præsertim e Delphica qua & Delphis coronabãtur uictores: unde nomen. Nam Cato genera duo fecit hanc & cypriã: Pompeius Leneus adiecit quã mustacẽ uocauit: q mustaceis eius folia subiicerẽtur. Sola arborũ fulmine nõ tãgitur: hinc cõtra fulmina ferũt Tiberiũ Cæsarẽ tonãte cælo ea corõari solitũ: Lauro cõsita loca Laureta q̃ græci daphnonas: Nam Daphne laurus: Petrõius ĩ Satyr. & Baccis redimita Daphne: folia uero laureã uocam⁹. Perpetuo uirẽs topiario opi accedit.

Laureta
Daphne
Laurea

BVxus semen suum producit & granum quod Cattegon dixere: præterea uiscũ & hiphear: autor Plinius. In topiario opere cõmẽdabilis est: Laudatur & leni minimeq; crispante uerũ pallidula materie: ex qua fiunt Tibiæ multiforatiles: & pectines dente multifido ad capillos explicãdos: & pyxides ad usus mortaliũ plurimos: freqũes nascitur ĩ Cythoro: hinc Catullus buxiferum eum appellauit: est & ipsius copia copiosa in corsica ut Diodorus in.yi. attestatur: A Buxo buxeta loca buxis cõsita dixere. Sicut a Salice uel pticali uel uiminali saliceta: a Pinu pineta: a cornu corneta: a populo populeta: a Cupresso cupressa: Pruno pruneta: Persico psiceta: a Ceraso cerasetas: a Corylo coryleta: ab Aesculo æsculeta: & a Fico ficeta.

Buxeta
Saliceta
Pineta
Corneta
Populeta
Cupresseta
Pruneta
Persiceta
Ceraseta
Coryleta
Aesculeta
Ficeta

CVpressus natu morosa excisa nõ renascit̃ quã ob causam Plutoni sacra habet̃: & ideo funebri signo ad domos defunctorũ illam posuere maiores. Petronius in satyris. Gaudẽt ferali circum tumulata cupressu. In hãc Cyparissus Siluani delitiũ mutatus dicitur in fabulis: Odore nõ improbat̃ quamuis uiolẽto: ex ea scãdulæ asseres tabulæ fiunt e quibus loculos: mẽsas: fulcra & capsas producunt fabri lignarii: quos Plautus materiarios nomĩat a materia: cuius nomĩe ligna ad fulciendũ ædificandũq; necessaria idonea ue signãtur: ut notat iuriscõsultus de legatis tertio. Cariẽ & uetustatem nõ sentit. ualuas e cupresso in Dianæ ephesiæ tẽplo durate Mutianus scribit iã quadrigentis prope annis materiã

Materiarii
Materia

habẽtes nouæ similẽ. Nux autẽ eius conum quã uocitant in aceto decocta dentiũ tollit dolores ut scribit Auicénas: Trahit arbor ipsa in species uarias tõsilis opere Topiario. Conus

SAbĩa herba frutexue folio fere cupressi perpetuo uirẽs Topiariis nõ improbat: Loco thuris ꝓpter odoré ad suffitus adhibet: Illita ulcera purgat: miscét quidã folia eius in Attocis medicamẽtis quæ spẽ partus intercipiũt: nã tocos partus est. Atocia
Seritur propagine & ramo ut Rosmarinus: quoniã neutri semen: Sabinæ uero uirginis inter Diuas receptæ corpus in hac urbe quiescit: est & Cynoglossos lingua canina topiariis operibus gratissima. Cynoglossos.

IVnipetus arbuscula ĩ harenosis frequẽs: nascit coma uirẽs ꝑpetua: unde fit ut Topiario operi impẽsius Idonea habeat: durat & eius materia diutissime incorrupta: quippe quæ senectã cariemue nõ sentit. Quod ostẽdit ex tẽplo Dianæ e Zazintho aduectæ anno ducẽtesimo ante excidiũ Troianũ In quo Plinio asserẽte ex autoritate Bocchi adhuc durãt trabes ex Iunipero: huic Carthaginẽsis Hãnibal inductus religione pepercit: Iuniperus gumi ad nihil utile eodẽ autore ꝓducit: Hoc tamen mola trusatili in pollinẽ redactũ simile est thuris Pollini: Vtũturq; illo scriptores pennarii ad papyrũ exasperandã: Medici Sandaracã Indoctuli Vernicem appellãt: cuius fumus præ cæteris dolorẽ leuare dentium dicitur: ut est apud Auicennã: cũ ex arboris ipsius ligno factus p ædes in peste cõferat: grana uero siue Baccæ cõdimẽtis ad farturã seruientes & matrici & doloribus. Sandaraca Vernix Baccæ Iunipi

HEdera semper uirẽs sine adminiculo per se stare non potest: hæret ergo arboribus illas quodã modo brachiis amplexans: hæret & muris quos sæpicule rumpit: Vnde & nomẽ accepit: ut scribit Pompeius: siue potius ꝙ edita petit: uel edat omnia quibus adhæserit: Est tamen genus illius quod per se stans arborescit Dendrocinos appellatur: Est & quæ nunquam nisi humi serpit nomine Chamecissos: Hedera inquit Theophrastus in libro de plantis omnium maxime Dẽdrocissos Chamecissos.

uiuax est:siue arbores scandens amplexu suo pstringat:seu in terra abdita ima subeat:species aūt præcipuæ tres ponū tur: Nigra cādida & quæ Helix uocatur: Celebratur nigra in poetaꝝ corollis:quam & Nysiam & Bacchicam dixere quoniam uictor Bacchus ex India cū rediret coronā hede raceam capite gestauit: Id quod exemplo ipsius Alexādrū macedonem fecisse legimus apud Plinium hæc paucula de hedera subiungentem:Cuius dei & nunc adornāt Tyr sos galeasq; etiam ac suta ī thraciæ populis solemnibus sa cris:merito igitur hedera libero patri dicata coronabantur poetæ: ut nunc lauro:sub cuius tutela etiānum fuere:Race mos eius i orbē circūactos corymbos uocamus:hinc poe ta Diffusos hedera uestit pallente corymbos.

Helix
Nysia
Corymbi


Yrtus ueneris existimatur arbuscula:hinc myr tea dicta quæ nunc Murtia:Liuius Ad murtiæ datæ sedes:Peregria est:ut refert Plinius primū in Elpenoris tumulo:ut inquiunt uisa:Loco pi peris hac ueteres usos ante piper ad uectū memorant nam odorem illius reddit:ut Piperitis herba hortensis : Cato ei us tria genera protulit nigram candidam & a cōiugiis for tasse coniugalem:satiua quoq; est & siluestris: Topiarii ge nera satiuaꝝ fecere.hi sunt qui naues:Insignia principum: serpentes:& compluria alia formant ex arboribus herbis fruticibus opere delectabili:quod Topiarium a Topiis:uo camus: Vlpianus iureconsultus Topiarii inquit erunt fun di instrumenta si etiam uiridaria sint. Item Topiarium or nādi causa paratum:Ex myrto fuit ouantiū corona postq̄ Posthumius Tubertus consul de sabinis uictor primus ouans urbem ingressus quoniam leuiter sine cruore rem gesserat myrto Veneris uictricis coronatus incessit. M. ta men Crassus de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus est fuit & ouantium ut diximus oleagina corona:Myrto con sita loca Myrteta uocitamus:sed iam herbaꝝ arborum & coronamentorum reliquis innumerabilibus fere generi bus omissis: Piscinas quæ in hortis habendæ sunt prose quamur.

Murtia uēus quæ
Myrtea
Piperitis
Tropiarii
Tropiarium
Myrtea corona
Myrteta

PISCINA CAPVT VI.



ISCINAS appellamus Lacus: & stagna quæ piscibus uiuis cohercentur clausa: ut scribunt Gellius & Varro: Hinc Martialis Piscina Rhombum pascit & lupos uernas: Viuaria quoq; dicunt quibus pisces inclusi pascuntur: Plinius Ostrearum inquit Viuaria primus Sergius orata in Baiano inuenit. L. Crassi oratoris ætate: & mox eadem tempestate prior Licinius Murēa reliquorum pisciū uiuaria īuenit. Apud romanos etenim piscinarum studia celebrata sunt pciosissimisq; piscibus referta Ichthyotrophia habuerunt: adeo ut & Cato tutor Luculli grandi ære sestertiū milium quadringētorum autore Columella pupilli sui piscinas uēditauerit: & uelut ante a deuictis gentibus Numātinus & Isaricus: Ita Sergius orata & Licinius Murena a piscibus cognominarentur. M. quoq; Tulius Cicero. L. Philippum & Hortensium piscinarios appellauerit a piscinis: Quarum quidem genera duo sunt dulciū & salsarum: & ut uerbis. M. Varronis utar ex rei rusticæ tertio: alterum apud plebem & sine fructu ubi Lymphæ aquam piscinis nostris uillaticis ministrant: illæ autem maritimæ piscinæ nobiliū quibus Neptunus aquā piscibus ministrat: magis ad oculos pertinent q̄ ad uessicā & potius marsupium exinaniunt q̄ replent. Primum enim ædificantur magno secundo parantur magno: tertio aluntur magno: Hirtius circum piscinas suas ex ædificiis duodena milia sestertia capiebat: eam omnē mercedem escis quas dabat piscibus consumebat: nec mirum: uno tempore enim hunc Cæsari memini sex milia murenarum mutua dedisse in pondus: & propter piscium multitudinem quadragies sestertio uillam uenisse. Pisciū uero species sunt septuaginta quatuor præter crustis testisq; intecta quæ sūt triginta ut autor est Plinius: De singulis non dicemus quia superfluum uidetur: de quibusdam tantum quæ nobis occurrent & quidem paucula notabimus: Piscis autem ipsæ

Viuaria piscium

Piscinarii

Pisciæ dulces

Salsæ

Pisciū species.

Ichthys
Ichthyotrophia
Ichthyophagi
Ichthyopoliũ
Ichthyocolla

græce Ichthys ĩde Ichthyotrophia apud Columellam loca in quibus aluntur pisces: Ichthyocola gluten ex piscibus: Ichthyopolium forum piscarium: & Ichthyophagi populi q pisc bus uescerentur tum ipsi ut inquit Strabo tum eorum pecora. Domos Idem ex cetorum & ostrearum conchis operiunt: Vsum trabium costæ: portaq; maxillæ præstare creduntur: de his multa Diodorus: Piscibus eos uesci prohibuit cum per ea loca iter faceret Rex macedonũ Alexander Capiuntur pisces hamo in esca latente a quo hamiotæ piscatores: & pisces inescati: Nassa etiam uiminea: Rete sagena siue Euerriculo ac fuscina tridentata: Tragula quoq; ut plurimum ex undis trahuntur: Non improbantur & septa ex harundinibus uiminibusue cõtexta in fluuiis quas Plinius Excipulas appellat ab excipiendo: ueluti decipulas laqueos a decipiendo & tendiculas a tendendo ut aues ut feras capiamus: quas etiã mos est inescare: Nero ut scribit Suetonius piscatus est rete aurato purpura coccoq; funibus quos Epidromides uocitãt nexis: At ĩperator Diuus Aug. laxãdi animi gratia hamo piscabatr.

Hamus
Hamiota
Nassa Rete
Sagena
Euericulum
Fuscina
Tragula
Excipulæ
Decipulæ
Tendiculæ
Epidromides



Vrenæ singulo mense pariunt: laudantur iu sicilia flutæ quæ græce Plotæ: Flutæ aũt ideo q in summa aqua præ pinguedine fluitent: cum sole torrefactæ in aquam se mergere desinant: Martialis in xeniis: Quæ natat in siculo grandis murena profundo: Non ualet exustam mergere sole cutem: Et cũ cæteris pennæ ad natandum sint uel quatuor ut auratæ & lupo: uel binæ ut anguillis: nullas id gẽus piscis habere manifestarium est: ita autem undis utitur: ut terra serpentes: nã serpit in humore: ut Aristoteles in primo hist. animalium attestatur: Murenas alterius notæ piscibus in uiuariis misce re Columella damnauit: quia rabie quæ his ueluti canino generi accidit uexatæ seuissime persequuntur squãmosos plurimosq; mandendo consumunt: Primus. C. Hir. Murenaria excogitauit.


Elutæ
Plotæ

Murenaria

m Vstellam piscem murenæ fere similem: si non primas saltem secundas nostra tempestate ĩ cibis par

tes adeptum dici posse nonnulli existimarunt: ipse tamen hirudinem potius appellandam esse crediderim a quadã hirudinis palustris quæ sangui suga est similitudine: laudatur impensius e Rhetiæ lacu brigantino: Neoterici a lambendis petris lampetram dixere. habent & suam cõmẽdationem pisces extra Italiam cũ alii tũ Coracinus princeps nilliaci macell (ut ille inquit) & Salmo in Aquitania fluuiatilis prælatus omnibus marinis auctore Plinio.

Sanguisuga
Hirudo
Lampetra
Coracinus
Salmo



Nguillæ piscium solæ exanimes non fluitant: Non ouo nõ coitu eas procreati affirmat Aristoteles. nascuntur ergo ex his quæ terræ uocant. Intestina sponte in luto: humescenteq; humore prouenientia: tum in mari tum etiam in fluuiis stagnisq; putredinis ratione: sed in mari qua algæ sunt: in stagnis & fluminibus iuxta ripas: calor enim eas subiens partes facit ut putrescant. Vescuntur certis locis limo & eduliis si quis apponat: sed plurimæ dulci humore uiuũt. Idq; uiuariis Anguillarũ dantes operam seruare consueuerũt: ut q̃ maxime pura sit aqua afluens semper & efluens: Quẽadmodum est ĩ piscinula nostra Bugolesiana: breui namq; nisi ea fuerit lympida astrangulatæ intereunt. Branchias etenim quibus maior pars piscium spirat exiguas habent: hinc turbare aquam soliti sunt qui illas piscantur. De lacu ĩ piscinam per æstatem translatæ uiuere non possunt: hyeme uero facile tolerant sedis mutationes: sic autem ideo dictæ uidentur q̃ specie anguem representent: unde. M. Varro de uocabulis aquatilium: Ex parte inquit a similibus aliqua rebus sunt translata ut anguilla & Lingulaca: quæ ab Aritotelæ. Glotis Anguillas ad tricennos pedes lõgas educat ganges Indiæ ut scribunt Plinius & Solinus in collectaneis.

Intestia terræ
Anguillarium
Bigolesiana piscina
Branchiæ
Lingulaca
Glottis



Vgilis piscium omnium squammis intectorũ uelocissimus est: At omnium animalium tum terrestium tum aquatilium uelocissimum esse Delphinem Aristoteles historiæ animalium ultimo scriptum reliquit: Huius natura deridetur: nam

Delphin


abſondito in metu capite totum ſe occultari exiſtimat: id quod de Phaſiano plurimi tradiderunt: a capite græci cephalon appellant: Inter fuſaneos numeratur: ex argumento ſic uocitatos ꝙ fuſim retibus capiunt: Veluti & Tynni Lupus: Limariæ: Spuriæ: Monedulæ: Cromis: & Paſſeres: ut ex Ariſtotele hauſimus hiſtoriæ animalium quinto: in ſexto uero ſunt inquit qui omne mugilum genus ſponte oriri opinētur: ſed non recte: nam & oua eorum fœminæ & ſemen genitale mares habere cernuntur: Genus quidē illorum eſt quod non ex coitu: ſed ex limo arenaue naſcatur. Piſcium autem omnium fere mares pleni ſunt ſemine genitali lacte nominato: Heliogabalum imperatorem ſcribit Lampridius in locis mediterraneis murenarum & luporum lactibus ruſticos pauiſſe.

Fuſanei piſces
Lupus
Limariæ
Spuriæ
Cromis
Lacte piſcium



MVllus quem Barbonē ideo uocitant barba gemina inſignitur inferiore labro: hinc Cicero in Paradoxis Barbatulos mullos nūcupauit: græce Trigla dicitur: quo nomine nūc romani utūtur: In uiuariis & piſcinis non creſcit: eſt illi maxima gratia ſicut magnitudo modica: nam libras duas raro admodū exuperat: illud mirum eſt quod Mutianus prodidit: mullū octuaginta librarū in mari indico fuiſſe captū: nec minus quod ſequitur: Mullū Aſinius celer uir cōſularis ut refert Macrobius ex Samonici ſereni autoritate ſeptem milibus numum mercatus eſt: octonis uero ut Plinius teſtatur: ſimile Iuuenalis de Criſpino: mullum ſex milibus emit æquantem ſane paribus ſeſtertia libris. Veſcūtur mulli & alga & oſtreis & aliorum piſcium carnibus. Nomen eis Feneſtella a colore Mulleorum calciamentorum datum exiſtimauit: mullei autem fuerūt calcei regum albanorum: poſtea patriciorum a millando ideſt ſuendo nominati.

Barbo
Trigla
Mullei



LOligo inter molliū piſcium genera numerat̄: pedes duos habēt quibus ori cibos admouet: hi aſperi & lōgiores ſunt: cæteri cirri cum quibus uenatur: ſic autē ideo dicta ꝙ extra aquā uolitet littera īmutata quaſi Voligo ut ſcribit Varro; hinc

Cirri

Plinius Loligo etiã uolitat extra aquã se efferens: quod & pectunculi faciũt sagittæ modo: Mollia uero genera pisciũ dixerunt quæ sanguine carẽt & foris carne molli obducta solidũ intus modo sanguinei generis continent: ut Sæpia etiam: & Polypi a multitudine pedum nomen adepti.

Pectunculi
Pisces molles
Sæpia
Polypi

LVpus piscis ĩ capite lapidem habere credit: ut referunt Plinius & Aristoteles: Præcipuã huic autoritatem fuisse Cornelius Nepos tradidit: ĩter pisces quidẽ Tyberinos apud romãos primum locũ tenuit: & Is præsertim qui esset captus inter duos pontes ut repetit Macrobius ex Varronis rerum humanarum undecimo: & Columella. M. Philippi uelut urbanissimum quod erat luxuriosissimum factũ ac dictũ referens: Is enim apud hospitẽ Cassini cũ cœnaret appositũq; e uicino flumine lupum degustasset atq; expuisset improbum factũ dicto ꝓsequutus Pereã ĩquit ni piscẽ putaui: Ex hoc est facta multorum gula subtilior: quibus fastidio fuit lupus fluuiatilis: nisi quem Tyberis aduerso torrente defatigasset unde Horatius in sermõibus: Lupus hic Tyberrinus an alto captus hiet pontes ne inter iactatus & amnis ostia sub thusci: lupus alias rapax est animal: at lupa meretrix etiam dicitur. inde lupanar quod primum in Cypro insula Venerem instituisse fabulantur.

Lupa
Lupanar
primo

AVrata piscis ab auri colore nomen accepit: Cuius amator sergius: Orata cognomĩatus est ut refert Macrobius: nam orata prius dicta: quasi Aurata ab oro quod uulgo etiã ꝓ auro dicũt: hinc Orichalcũ ab ære & auro qdam falso putarũt cũ sit a mõte & ære nominatũ: In cibis cõmẽdant auratæ optimæ ex lacu lucrino: qbus propriũ fuit cõchis pinguescere: unde Epigrãmatarius poeta in Xeniis. Non omnis præciũ laudẽq; aurata meretur: Sed cui præcipiuus cõcha lucrina cibus: coeunt ut cæteri pisces uentris attritu & oua cõcipiũt sed non oĩbus contingere in tanta copia ut fœtum educãt manifestariũ: alioquin replerent maria & stagna cũ singuli uteri innumerabilia contineant.

Orata
Aurum
Orum
Orichalcum

Coitus pisciũ
Oua piscium


Enæ breues sunt:colorem mutant:hyeme can didæ æstate fiunt nigriores. Arist.histo.animalium.viii.Mena inquit grauis melior est:forma rotūdior fœmīe:porrectior mari & latior. Euenit ut cum fœtu impleri fœmina incipit maris color in nigredniē mutetur:& caro deterima cibo efficiatˀ: per id tēpus a nonnullis Hirci uocantur. De mena quam Alecem etiam dici posse quidā credidere meminit Persius & Martialis cum inquit: & caudam Cybii breuesq; menas. M. quoq; Cicero de finibus bonorum & malorum. Qui enī uoluptates contemnunt eis licet dicere se acipenserem menæ anteponere.

Hirci

Alec


Carus quo carpathium pelagus abūdat adeo littoribus Italicis Ignotus fuerat: ut nec latinū nomen haberet:uerum Optanus classis præfectus sub Claudio principe copiā scaroꝝ copiosam nauibus aduectā in mare sparsit īter cāpaniæ littus & ostiam: Autores Macrobius & Plinius:qui sua tempestate huic pisci principatū dari scriptū reliquit: Herbis uesci & pisclum solus ruminare creditur teste Ar.st.hic Oppianus Hic scarus saxa frequentat: qui mites inter pisces clamore tremēdo Intonat:& solus pallentes rumīat herbas: hoc uno nāq; excepto pisces cæteri serratis sunt dētibus: id est acutis & more serræ pectinatim sese stipantibus.

Serrati dentes


Cipenser piscium olim nobilissimus est habitus ut scribit Plinius. Verum Traiani temporibus in magno pretio non fuit:ut idem testatur de ipso loquens cum inquit. Nullo nunc in honore est quod equidem miror:cum sit rarus inuentu: Cōmendatur tamen a Martiale & synchroni creduntur: Ad pallatinas Acipensera mittite mensas ambrosias ornent munera rara dapes:Contra aquā nando meat:Squāmasq; piscium solus habet ad os uersas ut repetit Macrobius ex P.Nigidio figulo rerum naturalium maximo indagatore. Primus epulis hunc apposuit Callonius preco si Porphirioni credimus apud illud Horatianum Calloni præconis

Callonius


erat Acipenser mensa ni famis.

PAsser & solea pisces plani sunt: Passer optimus in cibis iudicatur a passere auicula nomen ut ferunt adeptus: Solea quoq; quæ lyeni imposita medetur iter lautiores pisces numeratur: hæc a Solea ut opinor nomen mutuatur: ea autem solo pedis subiicitur: Martianus capella. Calcei admodum furui quoq; maxime Soleæ atræ notis nigredine corolátur: Aulus Gellius omnia ferme in genus inquit quibus Plantarum calces tantum in fine tegũtur cætera parte nuda & teretibus habenis iuncta soleas dixerunt non nunquam uoce græca crepidulas: hinc soleatus soleas indutus: & solearius sutor earum. Quin & materia robustea super quam craticius paries extruitur solea nũcupatur. Certissima est autem ut scribit Plinius securitas planos pisces uidisse ĩ mari quia nunq̃ sunt ubi maleficæ bestiæ: qua ex causa Vrinatores sacros illos appellant: inter quos Raia & pastinaca cõnumerant̃. — Solea — Crepidulæ — Soleatus — Solearius — Sacri pisces — Raia — Pastinaca

RAna nutissima est: græce Vatrachos: unde ex parte Vatrachomyomachia Hometrica: & adagium apud græcos: Vatrachos Seriphii: in eos qui nimis taciturni sunt: quoniam in seripho mutæ sunt ranæ: alibi uero garrulæ coaxattrices. Inter cartilaginea numerantur: ut Raiæ: Torpedines: Squatinæ Buglossa & psitta quæ passer Rhumbusue: Mares ipsi cum maxime coaxant ad coitum fœminas cientes Ololyzontes dicentur: pariũt minimas carnes nigras quos Gyrinos uocant oculis & cauda insignes: quæ mox findit se in pedes posteriores. — Vatrachos — Squatinæ — Passer — Gyrini — Ololizontes

RHumbus qnoq; Rauennæ delicatior inter planos ponitur: eius magnitudinem innuit Iuuenalis: & epigrãmatarius poeta in Xeniis. Quãuis lata gerat patella Rhõbum Rhumbus tñ est latior patella: marinus piscis est: Cassius autem Hemina tradidit pisces marinos ĩ usu fuisse protinus a Roma cõdita. Rhumbus alias instrumentum est incantatorium rem magicã adiuuans in quo significatu accepit Martialis: Cũ — Pisces marini

secta colcho luna uapulat rhumbo. Ouidius in amoribus Scit bene quid gramen quid torto cõcita rhumbo Licia: quid ualeat uirus amantis equæ: & Propertius Staminea rhumbi ducitur ille rota. Theocritus quoq; ĩ pharmaceu-tria ægloga mulieri ueneficæ rhumbum dedit inter cæte-ra quibus sibi amantem alliceret.



Acertus piscis est idoneus ad salsamenta: de quo Martialis: cum sexitani ponitur tibi cau-da lacerti: & satyrographus poeta: cõchen æsti-ui cum parte lacerti: est & lacertus animal ter-restre: Vergilius nunc uiridos etiam occultant spineta la-certos: Plinius in. viii. Lacerti arabiæ cubitales in India ue-ro in Nysa monte. xxiiii. in longitudine pedum: colore ful-ui: aut punicei: aut Cerulei: Indoctuli stellionem dixere: cũ Stellio sit minor lacerta: quem græci Ascalabotem Neo-terici Tarantulã appellant: quo nomine genus quoq; ara-nei nũc peculiare apuliæ signatur: Id stupidos morsu suo uel ridentes saltantesue & tremulos reddit: hinc Aristote-les in hist. animalium. viii. scribit in Italia fore locis quibus-dam morsus stellionum exitiales: est & Thurio piscis fre-quens in Sicilia cõmendatissimus salsamentis.

Stellio
Ascalabotes
Tarantula
Thurio



Obius siue gobio uel Cobius ex græcis per .κ. piscis est quo Veneti antiquiores cœnæ princi-pio utebantur: hinc exiit distichon: in Venetis sint lauta licet conuiuia terris principium cœ-næ gobius esse solet: Paruulus est: unde Columella. Nam & alecula modo capta & cãtharus exiguusq; gobio: quis-quis denique est incrementi minuti piscis maiorem alit: gau-det arena gregatimq; degit: hinc gregales inter pisces nu-merat: Vt Thynni: Aleces. Lacerti: Coruuli siue graculi: Dẽ-tices: mulli: malleoli: Ellegini: Scari: Aristule: lolii: papaueræ Iuliæ: Limariæ: Scõbri e qbus liquamẽ garũ quod dixere: & monedulæ: ac Trichiæ quas Sardas uocamus & alii.

Alecula
pisces
Gregales
Dentices
Coruuli
Aristulæ
Scari
Scombri
Garum
Monedulæ
Trichiæ
Sardæ



Strea duriore concha teguntur in cibis nõ uul-garem gratiam adepta. Primus sergius Orata optimum saporem lucrinis adiudicauit: pri-mus omnium Ostrearia ut diximus in baia-

Ostrearia

no locauit ante marsicum bellum. L.Crassi oratoris ætate: Martialis de ostreis lemmate præposito Ebria baiāno ueni modo concha lucrino: circeis etiamnum laudatissima nascebantur: Horatius. Ostrea circeis miseni oriuntur echini: Britanica quoq3 optimi saporis iudicata: & prelata lucrinis: utpote dulciora: de singulis aquinas poeta satyrographus circeis nata forent an lucrinum ad saxum: rutupino ue edita fundo Ostrea callebat primo depræhendere morsu. Omnia autem tunc meliora in cibis existimantur: cum oua appellata habuerint: quæ tamen nihil ad generationem conferunt: sed indicio sunt melioris nutrimenti: ueluti pinguedo in sanguineis ut Aristoteles asserit de generatione animalium tertio. Pinguedo



Onchæ oculis carent omniq3 alio sensu q̄ cibi & periculi: illarum genera sunt: Purpuræ: Buccinum & murices: quæ cōchilia: equorum sanguine uestes antiqui infectores tinxerunt: sunt & Dactyli a similitudine humanorum unguium dicti: atq3 alia compluria: quæ omnia celerrime adolescunt: & præsertim Purpuræ: quæ uerno tempore eundem in locum se se colligentes conducunt quam fauaginem nominant: ea est ueluti fauus apum Aristoteles in quinto hist. animaliū quomodo generentur recenset. In. viii. uero ostrearia īquit & cōcharia crustaq3 etiam intecta tunc optima cum grauida sunt: ut late patet i locustis & id genus cæteris: at mugilis lupus & reliqui fere omnes squāmosi cum ferunt deteriores habentur: ut etiam de Siluro dicitur: cuius mas quoq3 fœmina peior in cibis creditur: cum in cæteris piscibus mares fœminis sint meliores: licet in genere anguillarum iucundiores multi existimēt fœminas: cum fœminæ uere non sint: sed quia aspectu discrepant fœminæ appellantur: In mari indico potissimum nascitur genus concharum ut scribit Solinus & Ammianus: quod margaritas unionesq3 cōcipiūt pro qualitate roris quem sitientes certo anni tempore hiatu quodam hauriunt: si purus influxit candicant: si turbidus subnigricant aut pallescunt: hoc de

Purpuræ
Buccinum
Murices
Conchilia
Dactyli
Fauago
Squāmosi pisces
Silurus
Anguillæ
Margaritæ

niq; creditur:matutini aeris femine clariores:uefpertini obfcuriores uberiore hauftu fieri maiores: Si tonuerit cõprimuntur conchæ:uitiaq; cõtrahentes abortiua faciũt:quæ paruula:aut inania:Phyfemata dixere:ꝑducuntur & margaritæ facie una rotũdæ altera planæ ob id Tympaniæ a tympani forma nuncupatæ: & proceriores quas faftigiata longitudine Elenchos uocitãt:alabaftrorũ figura in pleniorem orbẽ defmentes:hos digitis fufpendere inquit Plinius & binos ternofq; auribus fœminarũ gloria eft: cũ id fecere Crotalia appellãt: ceu fono quodã gaudeãt ex ipfo collifu margaritarum:Præcipua eft autem Vnionibus pre cæteris autoritas nunq̃ duobus fimul repertis unde nomen:fumma laus in candore magnitudine orbe leuore & pondere: Duo per omne æuum maximi celebrati. Vtrũq; Cleopatra regina poffedit. Romam uero primum Syllanis temporibus illatos fuiffe uniões ueteres tradidere: Nafcuntur margaritæ & in Taprobane infula:In perfico finu maris rubri circa Arabiam:In littore etiam Britanico: ueluti Iulius Cæfar ex infcriptione teftatus eft fubdita Thoraci:quem e Britanicis margaritis Veneri genetrici dicatũ in templo eius pofuit.

Phyfemata

Tympania

Elenchi

Crotalia

Vniones



TEftudines tardigradæ & domiferæ:ĩ cibis fumptæ Pthificis lienofis caducifq; opitulãtur. Ex earũ autem carne ut in prouerbio eft: uel multum edendũ uel nihil edendũ:quoniam modica in cibis dolores mouet in Inteftinis: copiofa purgat & fanat. Vere & eleganter illas defcripfit Pacuuius: quadrupes tardigrada:agreftis:humilis:afpera:capite breui: ceruice anguinea:afpectu truci. Tantæ magnitudinis in mari Indico nafcũtur ut fingularũ fuperficie habitabiles cafas integant: & circa mare rubrũ his tanquã cimbis nauigent. Chelonophagi oriẽtales populi teftudinibus uitam agũt: unde nomen:eaꝝ quoq; tefta uaforũ uice & nauium utũtur domos eadem fibi cõtegentes:fic autẽ ideo dictæ funt ꝙ tefta tegantur:autor. M. Varro: Earum genera funt marinæ paluftres terreftres & Lutariæ quæ in dulci aqua di

Chelonophagi

Lutariæ

uersant: has græci Aemydas appellãt terrestres uero cher/ sinæ dictæ in operibus: nam ut scribit Plinius: Testudinũ putamina secare in laminas lectosq; & repositoria his ue/ stire Caruilius pollio instituit. Testudo quoq; lyra dicitur quoniã Mercurius Apollinis cytharam de testudine sicca meditatus est ut Aratus & Higinius referunt. Hinc Hora/ tius illum curuæ lyræ parentem nũcupauit: & ad citharã apostrophans inquit: O decus phœbi: & dapibus supre/ mi grata testudo iouis: O laborũ dulce lenimen. Aemide Chersinæ


Ochleæ terrestres sunt & aquaticæ exerẽtes se domicilio cornuaq; protendẽtes: quibus teriti olim Narnienses (ut dicitur) pontem celeberri/ mũ ad illas arcendas sunt demoliti: oculos nõ habent. Ideoq; corniculis iter explorãt: Pompeius a Limo limaces appellat: & ut sentio terrestres intelligit: quæ terra per hyemem dellitescunt: uere prodeũtes. Columella. Im/ plicitus conchæ Limax hirsutaq; campe. Earũ uiuaria in/ stituit Fuluius Hirpinus in Tarquiniensi paulo ante ciuile bellum: quod cum Pompeio magno actum est: Saginam quoq; cõmẽtus sappa & farre aliisq; rebus: ut cochleolæ etiam altiles ganeam implerent. Limax Altiles co/ chleæ


Ancri petrosa amãt: brachia bina denticulatis forcipibus sortiti: qbus ori cibos quoscũq; ce/ perint admouẽt. in pauore retrorsum mira ce/ leritate decurrũt: ueris initio senectutẽ anguiũ more exuũt reuocatiõe tergorũ: ac plenilunio ut ostrea im/ plent: brachia uero in piscibus qbusdã modo cirros mo do accetabula ab accipiendo uocamus: Eorũ genera sunt Carabi: Astaci: Paguri: Maiæ: Heracleotici: & alia ignobilio ra: Aristoteles. iiii. hist. aĩaliũ Crustatorũ genus primũ ponit Locustas: proximũ huic Cammarũ: tertium Squillam: & quartum cãcros: mox singulorũ differentias prosequitur: quorũ etiam quarto de partibus animaliũ meminit: singu la quoq; genera in suas species diuidũtur: Omniuora sunt omnia: utpote quæ limum: lapillos: & algam deuorent atq; etiam stercus: ut Cancri saxatiles: De pisciũ generibus Cirri Accetabula Carabi Astaci Paguri Maiæ Locustæ Cãmarus Squilla Cãcri saxatiles

& natura compluria traduntur a plinio Aristotele & Opia no:ex quibus hæc paucula dicta sufficiant: Breuitate náq; delector plura coarceruare nec potui iure nec debui: Adde q; multa piscium nomina apud autores inueniuntur qui nunc nec in prætio:nec quidem cogniti sunt:cõtra hac nostra ætate genera piscium habentur:de quibus miror nullá in ueteribus scriptoribus memoriá extare ueluti Temulus. Barbulus.Persicus.Truta.Merlucius.Strigillis.Botulus.Caueduius.Carpani.Scardua. Carpiones qui in Benaco lacu nascuntur:Sturio in pado licet Silurus a nõnullis perperá credatur:Nam Attilus ĩ ipso amne alius est a sturione qui græce modo hysca modo hicca nominatur : ea uox porcum significat unde nostri Parmenses paruulos sturiones porcellas appellant: atq; alii complures : Verum ut dicam quod sentio uel non hisdem apud ueteres nominibus fuere:quibus nũc sunt:uel de illis qui in prætio ea tempestate habebantur mentionem uilioribus postpositis fecere : Videmus enim tempus per ætates & sæcula ĩ rebus fere omnibus precium decus auctoritatem nunc uni minuere:nũc alteri augere.Hinc Lucretius.Nunc iacet æs aurum in summum successit honorem: Sic uoluendo ætas cõmutat tempora rerum.Quod fuit in prætio fit nullo deniq; honore. Hinc ab aquaticis in leporario ad terrestia animalia notiora diuertamus.

Temulus
Barbulus
Persicus
Truta
Botulus
Carpani
Scardua
Carpiones
Sturio
Silurus
Attilus

LEPORARIVM CAPVT .VII.



EPORARIA Appellantur nõn ea tantum quæ maiores nostri dixere ubi soli lepores sunt: & græcis Lagotrophia uocantur : sed omnia septa ædificia quæ sunt: & habent ĩclusa animalia quæ pascuntur.Roboraria eadem a tabulis roboreis quibus septa fuerunt ante quam macerias & mœnia noscerent : autor Gellius ex Varro.

Lagotrophia

Roboraria

Viuaria autem aprorum cæterorumq; siluestrium primus Romanorum instituit Fuluius Hirpinus: qui in Tarquiniẽsi feras pascere delectatus est locis conclusis: quæ ex græco proprie Theriotrophia nuncupamus. Qualia nostri tẽporis princeps ad uenationum sæpicule uoluptatem: raro ad pugnam in harena antiquioribus usitatam parare consueuerunt. sed tu comprimis Princeps omnium principũ optime & optimorum magnificentissime posuisti adhærentia hortis oppidi tui quod munitissimum & splẽdidissimũ loco Cremonẽsis agri fertilissimo ædificasti: & a lauro quã mereris Castro laurũ: ut laurẽtũue merito nũcupasti.

Viuaria siluestrium

Theriotrophia

Lauretum

Laurentum

Castrolaurum



ELephantes maxima omnium animalia facile mãsuescunt: sunt.n.autore Aristo.a natura mites & mansueti: ita ut ad rationale animal proxime accedãt: horum quidã aurigas suos qui in preliis ceciderãt exemerũt: quidã anterioribus pedibus utero subiectos seruauere. Pudore nunq̃ nisi clanculũ coeunt: Adulteria nõ nouere: nullisue propter fœminas inter se prelia cæteris animalibus pernicialia: Biennio utero grauescũt: ut alii sesquianno alii triennio: hinc ad exprimendã hominis tarditatẽ in rebus peragẽdis eleganter dicere cõsueuimus. Citius parient elephãti: semel nec amplius quã singulos pariunt: sunt enim uniproles: Iuuenta eorũ sexagesimo incipit: utpote annis plus ducentis aliquãdo & trecentis uiuentiũ. Nare pro manu utuntur: qua cibos & siccos & humidos colligẽtes ori admouẽt: unde manum nomine peculiari latine dicimus quã prælongam & in anfractum flexibilẽ græci Proboscidẽ: nostri etiã Promuscidẽ. Dentiũ magnitudo in quibus Ebur perfectissimũ est inde cognoscitur: q in extremis africæ postiũ uicem in domiciliis prebent: autores Plinius: Diodorus & Solinus: adde q non potius dentes q̃ cornua teste Aphrodisæo appellãda sunt. Ebur ipsum a Barro nomen accepit qui Elephãtem notat: ex uoce: quæ est Barrire ueluti Rugire Leonum. Frẽdere aprorũ: rictare Leopardorũ: Blacterare camelorũ: ululare luporum: Gannire uulpiũ: Hinnire equorum: Mugire

Vniproles

Dictũ ĩ pigros

Manus

Proboscis

Ebur

Barro

Barrire

Rugire

Frendere

Rictare

Blacterare

Vlulare

Gannire

Hinnire

Mugire

Rudere
Ballare
Grunnite
Latrare
Voces aīaliū
Luca bos

boum:Rudere asinorum:Ballare ouium:Grunnire porcorum:Latrare canum:Elephātes autem quibus bælua nulla prudentior est ut refert Marcus Cicero de natura deorum primo uidit Italia Pyrrhi regis bello in lucanis & boues lucas nominauit: boues equidem a magnitudine: lucas a lucanis: Ausonius: Vt lucas Boues olim resumpto præferoces prœlio fugit iuuentus Romula. Neuius atq; prius Locusta pariet Lucam bouem. Iūcti primum Aphrico triumpho Magni Pompei currum subiere quod prius India uicta libero patre triumphante factum memorant: At primus uicto Pyrrho Curius ille dentatus continentiæ Romanæ singulare exemplum Romam quattuor duxit Elephantes ut scribit Eutropius. Nascuntur in India maiores: generat eos & Africa: Arabia: Mauritania Aethiopia: Troglodytia: & Italia: quod ne cuipiam incredibile uideretur Columella ex rei rusticæ quarto uerba subieci: India perhibetur molibus ferarum mirabilis: pares tamen in hac terra uastitate bæluas progenerari quis neget: cum intra mœnia nostra natos animaduertamus Elephantes. Pugnam illorum primus omnium in circo dedit Cn. Pompeius ludis quibus a se factum Theatrum dedicauit ut testis est Asconius Pedianus.

LEo solus ex feris clementia in supplices utitur: prostratisq; parcit: percussorem agnoscit: & ex obseruato inuadit. Animi īdex cauda sicut aures equorum. Ignem formidare impendio creditur quod Homerus sensit cum dicat Ardentesq; faces quas quamuis sæuiat horret. Ossa adeo dura habet: ut his percussis ignis quasi e silice prodeat. Ad currum iūxit eos primus. M. Antonius & quidem bello ciuili cum dimicatum est in pharsalicis campis. Primus quoq; Leonem manu tractare & mansuefactum ostendere ausus est Hanno carthaginensis: damnatusq; illo argumento: quoniam nihil non persuasurus uir tam artificis ingenii uidebatur: & malle committi libertas ei cui in tantum cessisset feritas: autor Plinius: Symandium etiam regem ægyptiorum fe-

Leo māsuefactus

runt Leonis domi enutriti opera in pugnam uti ſolitum fuiſſe ad uictoriam ut ſcribit Diodorus bibliothecæ ſecũdo. Nõ mãſueciores factos exarmare cõſueuerãt:ut olim Heliogabalus: qui dentibus & unguibus exectis tricliniis etiam epulantibus conuiuis eos inmitebat:Sed exarmare pro mãſuefacere quidam dixerunt:pugnam eorum ſimul plurium Romæ primus dedit.Q.Scæuola.P.F.in curuli ædilitate.Centum autem Iubatorum primus omnium.L. Sylla qui poſtea dictator fuit in prætura:Naſcuntur in Europa:& ea præcipue parte quæ eſt inter Acheloum amnẽ & Neſum cæteris fortiores:Peculiare nãq; eſt Europæ beſtias producere robuſtiores ueluti Aſiæ efferatiores. Africæ multiformiores:hinc Prouerbio quodam dicitur:Semper aliquid noui africam afferre:Cauſa eſt aquarum penuria:qua fit ut bibendi deſiderio ad unum fontem concurrant alienigenæ feræ:& quæ ante diſcrepabãt inter ſe fiãt mitiores:atq; ita coniungantur:Leænarum partus adulterinis coitibus Pardorum degeneratur: & Leones quidem procreantur ſed in plebe remanent ignobiles & Iubarũ inopes ut autor eſt ſolinus in colectaneis:Leopardos dixere: Pardi uero qui mares ſunt & Variæ quæ Pardales & Pantheræ in africa Syriaq; copioſius naſcuntur macularum uarietate inſignes: ueluti Tigrides: Camelopardalis: cuius meminit Plinius Albertus magnus & Solinus: nũc Gyrapha:primum Romæ Cæſaris dictatoris ludis circenſibus uiſa.Et Lupus ceruarius quem chaũ Thoem quoq; ſi idem eſt tamen uocitant tantæ obliuionis:ut illi etiam in fame mandenti ſi retro aſpexerit cibi ſubrepat obliuio:hominẽ & diligit & neq; ualde metuit neq; offendit ut apud Ariſtotelem nono hiſt.animalium legimus.

Exarmatus
Leo
Prouerbium
Leopardi
Pardi
Pardales
Variæ
Pantheræ
Camelopardalis
Gyrapha
Lupus ceruarius
Chaus
Thoes



TYgris a uelocitate nomen accepit:nam lingua medica tigris ſagitta eſt. Vnde Plinius Tygrim inquit hircani & Indi ferũt animal uelocitatis tremedæ: Tantæ pernicitatis ſunt, ut nihil ſit quod nõ aſſequantur quamuis longe antecedat: hæc tũc

præcipuæ probatur cũ catulorũ suorũ raptoribus insistunt Diuus Augustus primus romæ tigrim in cauea mansuefa-ctam ostendit. Q. Tuberone Fabio maximo cõss. quarto nonas Maias in dedicatiõe Theatri Marcelli. At postea di-uus Claudius simul quatuor: & Philippus Cæsar decem exhibuit: Nitent fuluo colore qui nigrantibus segmentis i-terundatus impẽsius oblectat. Dicuntur autem Catuli fœ-tus ferarũ & complurium animalium Plinio & aliis: Lucre tius: At catuli pantherarũ Scymniq; leonũ ut sint hi ꝓprie leonum: nam Scytalia græce aliarũ ferarũ nuncupantur.

Tigris Mansuefacta — Catuli — Scymni — Scytalia — Syagros



Per græce syagros: dicitur ꝙ in asperis locis sen ticetis & mõtibus infõsis uersatur: ut refert. M. Varro ĩ libris linguæ latinæ. Primus romanorũ P. Seruilius Rullus pater eius Rulli qui in cõsu latu Ciceronis legem agrariã ꝓmulgauit aprũ solidũ epu-lis apposuit: ad quod respiciens Iuuenalis & sua notans tẽ-pora exclamat. Quãta est gula quæ sibi totos ponit apros animal propter cõuiuia natum: Plurimi est nutrimenti: & facilis digestionis: melior quam domesticus: quia leuioris substantiæ ut est apud Auicẽnam: ꝙ autem in uiuariis ha-berentur apri ostendit. M. Varro in re rustica. Cum emisti fundum tusculanum a. M. Pisone in leporario apri fuerũt multi. Item Nunc ut habeant multos apros complura iu-gera maceriis cõcludũt: Castrati maiores & ferociores eua dunt: hinc Homerus nutriit exectũ siluis horrentibus aprũ Instar non bruti sed dorsi montis opaci: castrantur autem ꝙ recentioribus adhuc morbus pruriens incumbit ĩ testes: quo atterentes eam partem ad arbores testiculos extingũt ut Aristoteles hist. animalium. vi. attestatur: In portentis nu merantur tres apri: Erymãtheus quẽ sustulit hercules: Ap in olympo mysiæ in cuius uenatione cecidit filius Crœsi uulneratus ab Adrasto: de quo Herodotus: & Aper Caly-donius: quem Altheæ & Oenei filius Meleager interfecit.

Aper in epulis — Caro — Aper castratus — Aper Erymãthes — aper ĩ olimpo — aper chalydo-nius — Elaphos



Eruus græce Elaphos cornibus insignitus est quæ solida sunt autore Aristotele unde nomẽ accepit. γ. ĩ κ. mutato quasi geruus quod cor

nua gerat:ſiue απο των κερατων hoc eſt a cornib⁹ quæ primum bimis oriũtur ſimplicia quidem & tecta ad ſubu larum ſimilitudinem:quam ob rem ſubulones per id tem pus appellantur: In imis cornibus:nam ſenes his carent:ra mis ad uſum pugnæ ante frontem pendentibus quæ ad minicula dixerunt.Cornua ipſa ſingulo anno menſe apri li amittunt locis difficilimis & qua inueniri nequeãt:unde prouerbium illud emanauit:qua cerui relinquunt cornua: cauent enim ne inermes reperiantur:tãq̃ cum cornibus ar ma ſua amiſerint:uitam uiuunt longiſſimam hic Poetæ il lud eſt:uiuacis cornua cerui: & Columella rei ruſticæ deci mo:ceruus cõpluribus annis ſuſtineri poteſt:nam diu iuue nis poſſidetur:q̃ æui longioris ſpatium ſortitus eſt: Cõſtat enim ut ſcribit Solinus aliquos poſt centum annos cum torquibus aureis quos Alexauder magnus addiderat fuiſ ſe captos:adopertis iam cute in magna obeſitate nec dum indicium ſenis præferentes:febrem non ſentiũt: quin huic morbo medentur: Quaſdam nos inquit Plinius Princi pes fœminas ſcimus omnibus diebus matutinis carnem eam deguſtare ſolitas longo æuo caruiſſe febribus.Naſcũ tur interdum colore candido: qualem fuiſſe tradunt. Q. Sertorii ceruam: quam eſſe fatidicam hiſpaniæ gentibus perſuaſerat: ut eſt apud Plutarchum. Animal eſt ſimplex & omnium re℞ miraculo ſtupens: adeo ut uenatoris arcũ & ſagittas in ſe directas miretur: In fabulis celebratur cer ua cornibus aureis eximiæ pernicitatis:quam arte & inge nio Hercules cepit: etiam ſi Ariſtoteles de partibus anima lium Ceruas fœminas cornua non habere rationibus oſtẽ dit:Cõſtat equidẽ ex Callimacho in hymno delphi e q̃nq; ceruis ſecus Parrhaſii montis radices inuentis quarum e cornibus ſplendebat aurum quatuor ipſam ſine canibus cepiſſe curruq; adiunxiſſe: fugientem aliam Iunonis uo luntate Herculi ut certamen fieret rupem excepiſſe Ce rauniam.

Subulones

Adminicula

Prouerbium

Viuax ceruus

Contra febrẽ

Caro cerui

Ceruæ candidæ

Cerua cornibus aureis

u Rſorum partus primo candida eſt informiſq; caro muribus paulo maior:ſine oculis & abſq; pilo quam

lambendo paulatim figurant:hinc Ouidius in ultimo metamorphoseos. Nec catulus partu quem reddidit ursa recenti:Sed male uiua caro est:Lambendo mater i artus fingit:& in formam quantam capit ipsa reducit: In ualidissimum est his caput sicut leonibus firmissimum. L.Domitius Aenobarbus curulis ædilis Messala consule Numidicos ursos centum & totidem æthiopas uenatores in circo romano exhibuit:quod spectaculũ inter memorabiles titulos ãnotatum est ut tradit Solinus:Adeps ipse defluuiũ capillorum inhibere creditur.



Epus qni omnium animalium predæ nascitur i cibis palmam pre cæteris quadrupedibus obtinet:& septẽ diebus formosiores epulones facit:hinc epigrãmatarius poeta.Inter quadrupedes Mattia prima lepus:Item ad Gelliam: Cũ mittis leporem dicis mihi gellia semper formosus septem Marce diebus eris: quæ carmina a Lampridio repetita sunt in uita Alexandri Seueri qui Lepusculis delectabatur:Saginari lepores institutum esse ostendit.M.Varro i re rustica his uerbis:quæ a Macrobio in Saturnalibus recitãtur:Hoc quoq; nuper institutum est:ut lepores saginarẽtur cum exceptos e leporario quondam in caueis & loco clauso faciant pingues:Nos leporem obturatis auribus surdum celerius piguescere legimus: Lælius putauit dictum a celeritudine q; leuipes esset. at Gellius ex Varrone Lælium culpans a uerbo græco antiquo quo Aeoles Boetii leporim appellabãt Dormitiunt oculis patentibus lepores multiq; hominum quod Corybantian græci dixere: Dasypodes eosdem esse classicorum & primariorum scriptorum quidam uoluere: Plinius negat: Est inter eos genus quoddam nonnulli Lepusculos:hispania Cuniculos nominat:quod sub terra Cuniculos ipsi faciãt:ueluti mures quas dicunt Myopias: ubi latitant in agris.Martialis in Xeniis:Gaudet in effosis habitare cuniculus antris:Monstrauit tacitas hostibus ille uias. ut Camillo ad Veios capiendos in ethruria: fœcunditatis sunt eximiæ:hic oppidum in ea suffosum a cuniculus fuis

Corybãtian
Dasypus
Lepusculi
Cuniculi
Myopiæ

ſe ſcribit Plinius in.viii. Quin & Balearici olim auxiliũ militare ab Auguſto petere coacti ſunt cuniculis eorum regionem populantibus: auror Strabo: Inter ſemifera animalia cõnumerantur: quæ nec placida nec fera ſunt ſed mediæ inter utraq; naturæ: Non enim feritatem habent & ideo feræ dici non poſſunt: neq; manſueſcunt unq̃: quo fit ut nec placidi nec cicures habeantur: Timidiſſimi quidem ſunt ueluti & Damæ cæteraq; id genus animalia quibus dilutus eſt ſanguis: ut refert Ariſtoteles: hinc ſunt quos puſillanimes latini: græci micropſychos nominarunt. Timida animalia Puſillanimes Micropſychi



Apreæ quæ Dorcades acutiſſime uidentes a ſimilitudine quadam capræ dicuntur: unde capreoli: Capræ ipſæ uel a carpendo ſumma uirgultorum uel a crurum crepitu: Caprearum genera compluria enumerat Plinius in octauo: Sunt Ibices maximæ pernicitatis: Eſt Dama quæ raro manſueſcit nebros etiam appellata: unde Nebrides pelles damarum quibus in liberi patris Orgiis uſi ſunt antiquiores: Sunt Rupicapreæ: ſunt Pygardi: ſunt Oryges ſoli contrario pilo ueſtiti & ad caput uerſo: Sunt Strepſicerotes: & Platicerotes: hi a cornibus latis: illi a contortis nomen adepti: multaq; alia haud diſſimilia: quorum quædam alpes quædã tranſmarini ſitus mittunt. Dorcades Capreoli Capræ Ibices Dama Nebrides Pygardi Oryges Strepſicerotes Platiceros



Erinacei ſpinis cõtecti ſunt: Ariſtoteles hiſt. animalium primo: Pilos effigie aculei ſpiculatos genus quoddam pilorum eſſe exiſtimandum eſt quales herinacei aut hiſtrices gerunt: uicem enim uilloꝝ non pedum ut echinoꝝ aculei præſtant. hi & herices q; ſpinis horreant dicti in ſepibus dumoſis & uineis per autũnum præcipue diuerſantur: conduntur in arboribus hyeme & cibis per æſtatẽ paratis ueſcuntur: Vbi ſenſere uenatores contractis ore & pedibus conuoluntur ĩ formam pilæ ne quid compræhendi poſſit præter aculeos: ſunt e genere eoꝝ maiores Hiſtrices quibus lõgiores aculei & cum tendunt cutem miſſiles: Herinaceoꝝ caro uentrem leniens euſtomacha eſt ut ſcribit Auicẽnas. Herices Hiſtrices


Lires paruula animalia cum latēt ī arboribus hyeme somno pinguescunt: ut Aristoteles autor est: hinc epigramatarius poeta in Xeniis: tota mihi dormitur hyems & pinguior illo tempore sum quo me nil nisi sōnus alit: Inter ganeatos cibos numerabant apud maiores adeo ut Cēsoriæ legis prīceps Q. Scaurus & Marcus in cōsulatu illos cænis ademerunt: At Fuluius Hirpinus uiuaria eorꝫ in doliis excogitauit.

Viuaria gliriū


Imiæ hominū figuris proxima animalia apud nos in delitiis habentur omniū fere rerum imitatrices. Cauda hæ carent: sunt tamen in genere earum caudatæ Cercopitheci ut scribit Solinus: quorū Martialis Simii lemmate præposito meminit in apophoretis: Callidus emissas elidere Simius hastas: Si mihi cauda foret cercopithecus eram: Nā Simio mira est solettia: græci Pithecon uocant: Latrūculis fictis cæra hūc lusisse Mutianus autor est. Simias fert Libya ut testimōio Possidonii refert Strabo libro. xvii. Et. xv. Indiæ siluam supra Hemodos montes abundare cercopithecis: Cebū alii caudatā Simiam interpretantur: In simiarū genere numerantur & Sphynges mammis ꝑminētibus ac dociles ad feritatis obliuionē: & Cynocephali a capite canino: & satyri ex libidine nomen adepti quos ægypanes nōnulli uocitant. Simiæ ipse ꝙ simæ sint idest naribus depressis: Simi autem cōtrarius est Silus: unde Silæ galeæ. Alii tamen dictas uoluere quasi mimias: hoc est imitatrices: quæ in Leporario rarenter tenentur: Sed catenula in qualibet fere ædium parte ligantur ut conspici possint atqꝫ delectent: & cum hæ turpissimæ bestiæ uocentur ab Ennio: credunt tamen suos catulos esse omniū formosissimos. id quod plerisqꝫ nostrū qui scribimus euenit. Et de Roborario hactenus: Cærerorꝫ namqꝫ animalium ut Bisontis: monocerotis quem Vnicornē latini: Rhinocerotis: Lupi: Vulpeculæ: mellis idest Taxi: Lincis: Vri: Hyenæ: Castoris qui fiber: Mustellæ aucupibus cū mitescit seruientis: Viuerræ quæ Pholita: muris alpini qui Armellinus: & lutræ aquaticæ: quorꝫ

Cercopitheci
Pithecos
Cebus
Sphinges
Cynocephali
Satyri
Aegypanes
Simus
Silus
Silæ
Bison
Lupus
Vulpecula
Vnicornis
Monoceros
Mellis
Linx
Vri
Hyena
Castor
Lutra
Rhinoceros
Viuerra q̄
Pholita
Armellinus

ſpecies uarias Solinus Pli. Alber.magnus & Ariſt.tradide/ re nihil attinet formas referre: qm̃ eoꝝ quædá apud nos nűq:uel raro uidentur:quædá aút cú ſint uel menſis explo duntur:uel minime manſueſcunt: quod ſi forte contigerit paꝝ uel nihil delectát:His igitur omiſſis ſtabulű ſubiungi/ mus:in quo mulú equű aſinum aïalia homini ïpenſius ne/ ceſſaria: Camelúq; & ſi Italiæ fere incognitus ſit Canẽ de/ niq; ut cuſtodiá ponemus:cæteraq; quæ cõuenire uidebű/ tur ánotabimus: Boué uero Tauꝝ & ex his Vitulos ac Iu/ nices:Bubalos colore nigro:Suem: Verrẽ & inde Nefren/ des:Maialeſq; materiá numeroſam ganeæ:Sincipita:glan/ dia:Abdomina:Iecuſcula:Vuluas: lúbos callű exhibentes: Ouem pecudẽ ue & arietẽ e qbus agni puriſſimi & uerue/ ces.Capram: Hircű : unde hædi cibis gratiſſimi:& reliqua ſi quæ ſunt greges & armenta Quoniam urbanam domű non uillam deſcribimus pretermittemus.

Armellinus
Vituli
Iunices
Bubalus
Agni
Hædi

STABVLVM CAPVT. VIII.



TABVLVM Vbi greges & armẽ ta clauduntur locű generaliter ap/ pellamus:ná ubi equi tenentur ſpe cialiter equile: ubi oues ouile : ubi ſues haram dixere : Bobile quoq; a bobus : Caprile a capris hædile ab hædis:Agnile ab agnis nomina traxerút.Stabula ipſa & deuexa & aut glarea aut ſabulo ſaxoue ſtra/ ta eſſe oportet:ut humorem reſpuere aut exſorbere & tráſ/ mittere ualeant:ſpectareq; ad meridiem ut facile ſiccentur: & frigidis uentis non ſint obnoxia: Vnde apud nos ea ma xime parte qua equi ad preſepia ſtare ſoliti ſunt Silicantur ideſt Silice lapide uulgari ſternunt quæ ex lateribus quoq; uocant Silicata:ut Delapidata lapide ſtrata: ſed præ cæte/

Equile
Hara
Ouile
Bobile
Caprile
Hædile
Agnile
Silicata
Delapidata
Fœnile

ris operæ pretium est & tutissimum aduersus ignem Sta/bula per testudinem concamerare : propter fœnum pale/as & stramenta quæ in illis habentur parte superiore: qua fœnile recte appellabimus. Dicuntur & stabula homi/num diuersoria & hospitia: in quo significatu accipit sæ/piculæ Petronius Arbiter in satyris: & Apuleius ac diuus
Stabularius Hieronymus in euangelio Stabularium pro hospite uiato/res prætio recipiente posuerunt: Vlpianus iureconsultus Caupones inquit & stabularios eos æque accipiemus: qui
Prostibulæ cauponam & stabulum exercẽt: Vnde & prostibullæ pro
Prosedæ sedæq; meretrices dictæ: q quæstus copiosioris gratia con
Magister currentibus illuc aduenis mansiones ante stabula habent
stabuli Stabularii dicuntur magistro stabuli obtemperantes.



Quos annis quinquagenis uiuere: fœminas mi/nore spatio creditum est: Scythæ fœmininis ut nunc nostri qui sunt cursores caballarii uti ma/luere: sed in præliis: q uti nam cursu non impe/dito reddant: hinc ab Historicis celebrantur equæ Cymo/niæ: quæ tres uictorias olympicas reportarunt & mortuæ athenis sepultæ sunt. Item Euagoræ laconici: quæ etiam/num in ludis æleis uictrices fuere: Libidine ex fœminis po/
Equire tissimum incenduntur: mox uacchæ ut scribit Aristo. Equi/unt itaq;: Vnde id uerbum ab hoc uno animali trahitur maledicto in uirosas mulieres & libidinosas: Euentari quo
Subare q; per id tempus creduntur: ita affectæ currunt relicta so/
Catulire cietate: Simile est hoc uitium quod subare in suibus dici/
Hippomaries tur: in canibus catullire: Cursus fit non orientem uersus aut occidentem: sed ex aduerso austri aut aquilonis. Idq; emit/
Apria tunt quod Hippomanes uocitatur: ueluti sues quod apriã nuncupant: Equarum uirus a coitu in Lychnis accensum Anaxilaus prodidit equinorum capitum uisus representa/
Equitium re monstrifice: Libido extinguitur uel iuba detonsa: uel
Mandra equo admissario ex equitio idest mandra equorum ad/misso: Iuba certissimus autor posteris etiam prodendum putauit a Semiramide Nini regis uxore equum ad coi/

tum usq; adamatum: Fidelissimi hominibus sunt. Vnde & ob amissos dominos tristantur: & lachrymas interdum fundunt. Interfecto Nicomede rege equus qui illius fuerat inedia uitam finiuit. Vulneratus item in prœlio equus Magni Alexandri Bucephalus regem in alium transcendere minime passus est: Idem regiis instratus ephipiis neminem q̃ ipsum dorso excepit: ut referunt. Q. Curtius: Solinus: Plutarchus: & Iustinus. Nec Cæsaris Dictatoris equum quemquam alium dorso excepisse legimus: eundemq; priores pedes hominis similes habuisse locupletissimus testis est Tranquillus: Qua effigie ante ueneris genitricis ædem positus est: Equorum autem alii Gradarii: Asturcones & Veredi: Gradarii molli gradu & sine succusatura incedunt: contra Succusores: quos alii Succusatores Succussones ue frequenter sessorem inquietant: Vnde nomen sortiti: Nam marcello autore succusare est frequenter excutere: Asturcones molli gressu alternaq; glomeratione incedentes equitem minime concutiunt: Plinius scribit in hispania esse gentem asturiam equorum feracem: Tieldones appellant: minori forma asturcones gignentes quibus in cursu non uulgaris fit gradus: sed mollis alterno crurum explicatu glomerato: Inde Equisiones & arulatores siue mauis Cociones arte & industria talem postea gradus glomerationem equis dederunt: nonnulli Tollutares uocant Ab asturia regione Asturcones nuncupati: Martialis Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues: Venit ab auriferis gentibus astur equus: & Sillus Italicus punicorum tertio de asturibus populis loquens. His paruus sonipes nec marti notus at idem: aut in concusso glomerat uestigia dorso. Seneca tam̃e epistola.xiiii ad Lucilium: Ita ĩquit non omnibus obesis manis & asturconibus & Tollutariis præfers illũ unicum equũ ab ipso Catone defrictum: ut Tollutares & Tollutarii dici possint: at Veredi uelocissimi in cursu dicentur quibus maiores usi sunt ĩ uenatione hic exiit illud apigrãmatarii poetæ: Stragula succĩcti uenator sume Veredi. Talibus nostra tẽpesta-

Fidesequoꝝ

Bucephalus

Gradarii

Succussones

Asturcones

Tieldones

Arulatores

Cociones

Tollutares

Veredi

Stratiociti

Cantherii

te utuntur Lancearii equestres Stratioticos quos dicunt:
Lanceas manibus reciprocantes: commendantur ad hoc
Turcorum caballi testiculis ut plurimum ademptis(Can/
therios uocant)pernicissimi:nam cantherius equus castra/
tus est: A ueredis cursores siue mauis tabellarios equestres
Veredarii celeri celeritate litteras perferētes Veredarios ut a caballis
Caballarii alii caballarios appellant : qui teste Iulio firmico sub equi
Equulei cælestis sidere nascuntur:Sunt & equulei equi pusilli mani
Mani & diminutiua uoce manuli de quibus Plinius Cecilius &
Manuli Horatius meminerunt:Hos etiam Buricos nomināt ut est
Burici apud Acronem & Porphirionem'. Omnium pedibus so/
leas e ferro addimus: At Nero olim mulis suis ex argento
Et Plinius in.xxxiii. Vasa inquit coquinaria ex argēto Cal
uus orator fieri conqueritur: Sed nos Carrucas ex argēto
cælare inuenimus:Nostraq; ætate Poppea coniunx Nero:
Soleæ nis principis delicatioribus iumentis suis Soleas ex auro
Currules quoq; induere solebat : nam ad currum equi iunguntur:
Biiuges Hinc currules & Biiuges & a caruca carrucarii:a carpento
Carrucarii carpentarii: a Rheda rhedarii : & a cisio fere quod currus
Carpentarii Cisarii nomina traxerunt. Sed mulos primū cœptos cur/
Cisium ru uehiculoq; adiungi creditum teste Pompeio:Equos au
Cisiarii tem Neptunum primo domasse existimant Cretenses ar/
Equi temq; ab eo equitandi institutam : ex quo Hippius sit co/
Rhedarii gnominatus:unde Papinius ĩ Thebaide . Neptunus equo
Equi primo domiti si certa priorum fama patet primus teneris lesisse lupatis
Ora & littoreo domitasse ĩ puluere fertur:alii Amazonas:
Plinius equo uehi Bellorophontem instituisse autor est:&
ex equo pugnare thessalos qui Cētauri sunt appellati:Ca/
Ex equo pu/gnare balli namq; bello aptissima sunt animalia.Hinc Lucretius:
Lanigeræ pecudes & equorum duellica proles:hic est Bel
Centauri lorophontes qui aduersus chimæram pegaso equo alato
usus est ad uictoriam ut mythici fabulantur: Is in Helicōe
boetiæ monte uugula saxum feriens fontē eduxit Hippo/
crenē ut Aratus & Higinius tradidere:Ex historia est equi/
Pegasi dē aligeros in æthiopia equos nasci:quos Pegasos nomĩa
uit Plinio in octauo & Alberto magno in.xxii. autoribus.

MVlus qui græce ημιονοσ.ex equa & asino ut notissimum est gignitur animal uiribus ĩ labore eximium:optimus ad generationem asinus habetur qui equam pullus suxerit:Hinc admittunt de industria:quos hippothelas uocãt tanq̃ equimulgos:qui uiribus bonis modo equorum superuenientes in pascuis coeãt:at ex equo & asina genitus pullus hinnulus uocatur ut scribit Plinius & Varro:Mulum octuaginta annis uixisse atheniensium monumẽtis apparet: Mulæ ipsæ non pariunt:quoniam ex differentibus specie animalibus constant: & non hisdem per naturam & temperamẽtum seminibus ut sentire uidetur aphrodisæus in problematibus:Sũt tamen in Syria quæ pariant:sed sui generis ut refert Aristoteles hist.animaliũ primo.At mulus ipse septennis implere potest:cum equa etiam coniunctus Hinnus ꝓcreauit:Mulorum ductor mulio nuncupatur.sicut equisio equorum:bubulcus boum:qui & bubsequa : nam Agaso ab agẽdo generale uerbum est:Plinius in.xxxv. Athenion Agasonem cum equo pinxit:Apuleius in metamorphosi: An te nos tractamus inciuiliter:qui nostrum Asinum furatus abducis : quin potius effaris ubi puerum eiusdẽ Agasonem necatum silicet occultaris:Opilio ouiũ quasi ouilio Suarius suum qui porcarius : & Aepolus ex græco quasi Aegolus caprarum.Muli calcitrones idest calcibus infestãtes uitio arcentur uini crebriore potu.

Hippothelæ
Hinnulus
Mulæ steriles
Hinnus
Mulio
Equisio
Bubulcus
Bubsequa
Agaso
Opilio
Aepolus
Suarius
Porcarius
Calcitro

ASinum quadragẽtis numis emptũ. Q. Asinio senatori haud scio an omnium præcio animalium uicto ĩquit Plinius:Plagarum & penuriæ tolerantissimus negligentiam custodis fortissime sustinet:tardiusq; reliquis armentis deficit.Nam ut notat Columella:Laboris & famis maxime patiẽs raro morbis afficitur:frigore tamen obrigescit utpote natura frigidus:unde & in ponto & in scythia non nascitur ut Aphrodisæus & Aristoteles tradidere:Pullos asinaꝝ epulari Mœcenas instituit:multum eo tempore prælatos onagris:post eum interiit autoritas saporis:Onagri ipsi e siluestri genere

Pullus asinus
Onagri

unde nomen:in phrygia & lycaonia præcipui cum uenat bus agitantur ita eminus lapides calcitrando emittunt uti insequentium perforent pectora:aut perfactis ossibus capita ipsa displodant: hinc in re bellica tormentum quoddã onagri nomen accepit ut scribit Ammianus:Pullis eorum ceu sapore præstantibus Africa gloriatur:quos Lalisiones appellat:Martialis in Xeniis.Cum tener est Onager solaq; Lalisio matre pascitur:hoc infans sed breue nomen habet In græcia Asini arcadici nobilitati:in Italia Reatini. Marcus Varro rei rusticæ secũdo scriptum reliquit sua memoria Asinum uenisse Sestertiis milibus sexaginta: & Plinius de asinis hæc protulit:Quæstus ex his opima prædia exuperat:notum est ĩ celtiberia singulas emi quadragenis milibus numorum.Quartos in his dentes adiiudicanda ætate gnomones dicemus ut ex Aristotele hausimus: apud quem etiam ad quadrupedum ætatem dinoscẽdam hoc scitu dignum & experiẽtia cognitum legimus:cutem prætentam maxillis detractam & mox relaxatam ilico in suũ locum redeuntem indicium præbere recentioris quadrupedis:at diutius rugatam ꝑmanẽtem ueteris signum ostẽtare.

Lalisio

Gnomones dentes.

Signum equi senis




Amellos ĩter armenta pascit oriens Bactrii eos mittunt & Arabia ut scribit Diodorus: sed in hoc differunt: ꝙ arabici bina in dorso habent tubercula:singula bactriani. Ad ministeriũ duplex habentur:onerum enim salmas iumentorũ uice dorso ferunt:ut tradit Caius Iurecõsultus ad.L.aquiliã ideoq; inter dorsuaria animalia numerandi: & equitarũ præbent in prœliis perniciores:sed in primis fœminæ:coituri solitudines petunt ut Elephantes:matres nunq̃ superueniunt:si quis etiam cogere uelit non patiuntur: Cum de industria custos in uenerem cum matre miscere camellum fecisset: Is recognita sceleris commissi anxius camellarium paulo post morsu interemit ut refert Aristoteles historiæ animalium nono.Sitim quatriduo tolerant: potu non gaudent nisi aquam prius turbauerint: equos impẽsius adere:for

Salmæ Dorsuaria

Inceste nota Camelarius

midat & equus Camellum adeo quidem ut ſpeciem eius intueri nec odorem ſentire ſuſtineat ut autor eſt Herodotus: Durant in annos quinquagenos quidam & in centenos teſtibus Plinio in octauo & Solino in collectaneis: Primum auté camellos uidere romani qui cum Scipione Antiochum deuicere: atq; iterum qui cum Archelao ad Orchomenum & chæroniam dimicarunt ut Plutarchus in Lucullo atteſtatur: Núc paſſim Dromedarios appellamus inter ueterina animalia numerandos: qua dictione ut nomen indicat notamus animalia ad uecturas idonea: hinc Veterinarii curam ueterinorum profitentes: qui & Cteniatri .i. Iumentarii a medella iumentorum dicti apud nos cõſueuere etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtum. Vnde equos mulos aſinos meritorios uocitam⁹ ſicut ſcorta meritoria & tabernam meritoriam: Oroſius: E taberna meritoria fons olei terram exundauit.

Dromedarii
Veterina
Veterinarii
Eq meritorii
Cteniatri
Scorta meritoria
Taberna meritoria



Canis qui græce κυν ad totius domus ſed præcipue ſtabuli cuſtodiam tam in oppidis q̃ pagis eligendus eſt: familiam namq; & pecora abſeruat latratu fures indicando: Quis famulus inquit Columella amantior domini: quis fidelior comes: quis cuſtos incorruptior: quis excubitor inueniri poteſt uigilantior: quis deniq; ultor & uindex conſtantior. Garamantum regem canes ducenti reſiſtentibus ſeſe opponentes ab exilio reduxerunt: Colophonii & caſtabalenſes ad bella canum agmina & cohortes habuere: Volcatium etiá nobilem qui autore Plinio ius ciuile Caſſeliú docuit e ſuburbano aſturcone redeuntem cú adueſperauiſſet canis a graſſatore defendit: Soli canes nomina ſua recognoſcút: Itinerum meminerút: uocé domeſticá agnoſcunt: dominos æqualiter & fideliter oés diligunt: hinc Lucretius: Canum fido cú pectore corda: Liſimachi regis canis flámæ ſe iniecit rogo domini accéſo & pariter igne eſt abſumptus: Iaſonis quoq; licii interfecti canis inedia uitá finiuit: alútur etiamnum canes ad uenationem: hinc uenatici dicti: quorú alii lepores capreolos & id genus cætera

Canum fides
Canũ mẽoria

cursu præuenientes mordicus appræhẽdunt atq; ĩterimũt Alii sagaces odore ferarũ uestigia scrutantur: & uenationes retiariam accipitrinã & cursoriam adiuuant. hi pendulas

Venatici cães

& ampliores aures sortiti Plaudorũ nomen acceperũt: Si q

Sagaces cães

aduersus apros spumantes: lupos rapaces: Vrsos ĩformes:

Plaudi

& ferociora aĩalia emittuntur: collũ corio cum clauis acu

Millus

tis & eminentioribus cui millus nomen est uestiti prodeũt

Venãdi mos primo

Venandi uero modum Curetes induxere ut est apud Dio dorum: suscepere postea cæteri: & ĩ primis persarum reges tanq̃ uerissimam rerum bellicarum meditationem: commendatur a Platone in libro septimo de legibus cum fit canibus equis & corporeis uiribus: quicumq; habuerit horoscopum in quarta parte leonis erit uenator: ut Firmicus testatur: Sunt & canes sponte ĩ uenationem exeuntes prædamq; domum referentes Vertagi nuncupati: Martialis:

Vertagus

non sibi sed domino uenatur Vertagus acer illæsum lepo

Mellitei

rem qui tibi dente feret. Sunt præterea mellitei a loco paruuli in deliciis olim fœminarum ut nũc præsertim religioni addictarum celebrati.

PRæsepium dicitur ubi iumentis cibus ministratur: hinc Poeta aut intus clausos satura ad præsepia seruant: Apuleius Metamor. VI. Præsepium meũ ordeo passim repleri iubet fœnumq; bactriano camelo sufficiens apponi. Columella. In stabulo sint ampla præsepia super quæ transuersi asseres in modũ iugeri a terra septem pedibus elati confingantur ad quos

Præsepe

religari possint Iuuenci. At Præsepe ipsum proprie stabu

Capistrum

lum dicetur: Lignum uero ad quod equos cæteraq; iumé

Vacerra

ta capistris ita.n. ipsa Lora dicuntur religare solemus non

Lora

aliter q̃ ad ansulam uel uncinum uacerra nominatur: Co

Ansula

lumella clatrorũ genus uacerras appellat: quibus e robore factis caueæ muniuntur.

FVrculæ siue furcillæ dicuntur q̃bus & frumenta cilẽtur idest mouentur: nã cillere est mouere ut scribit Seruius: & quibus fœnum palea & id genus reliqua iumentis ministrãtur: hisdem

rustici in fœno colligendo utuntur: Marcus Varro rei rusticæ primo: Herba cũ crescere desiit & æstibus arescit sub secari debet & quod ad parerescat furcillis uersari. Furculæ ipse uidentur a furca hypocoristicos deductæ. Furcilles quoq; e ferro dicimus bidentatos uel tridentatos quibus utuntur stabularii ad excrementa iumentorũ paleis mixta (fimum appellant) unde fimeta quæ Sterquilinia e stabulo eiicienda: Sed furcilles quoq; siue furcilla dixerunt quibus homines suspendebantur auctore Pompeio. Furcilles Fimus Fimetum



Astelli proprie quibus per fœnisecia fœstucas abradimus: a quo abrasu Rastelli sunt nominati ut autor est. M. Varro in libris linguæ latinæ: & rei rusticæ primo Tum de pratis inquit stipulam rastellis eradi atq; addere fœnisecio cumulum: quo facto sicilienda prata idest falcibus consectanda quæ fœnisecæ præterierunt: Verũ & stabulariorum usibus deputãtur. Hisdem quoq; terram effodiunt. Vnde Suetonius in Nerone: Tubaq; signo dato primus rastello humũ effodit & corbulæ congestam humeris extulit: colligitur autẽ fœnũ per fœnisceces & cæteros ĩ metas strues uel cumulos: quas Columella uidetur Strigas uocare. nã Strigæ ordines sunt rerum inter se compactarum. Sicilire Strues Strigæ



Oeno aluntur iumenta: datur & stramentum: equos uero generosiores & ad cursum præsertim paratos quos barbaricos dicimus: paleis & Zeaticio hordeaceoue cibario qui sunt principum equisones alere consueuerunt. At uerno tempore equis iunioribus ĩprimis per continuos dies plusculos Farrago exhibetur: qua & purgantur & obesiores euadũt: de hac Plinius in. xviii. Pompeius & Marcus Varro in re rustica meminerunt: hoc scitu dignum est quod refert Aristoteles hist. animaliũ octauo: Farraginẽ pilum expolire: cũ frugibus grauida est: inutilem cũ duris iam aristis inhorrescit. Fœnũ autem ipsum & fœstuca autore Pompeio a fœtu nomĩa traxerunt: a fœno Fœnisecæ qui fœnariis falcibus fœnum in pratis secant: Columella rei rusticæ secundo: Ita Fœstuca Fœnisecæ

necubi ferramentũ fœnisecis possit offendere:alii fœnũm a fœnore deducũt ꝙ nil aliud sine aliqua cura tantum fœnoris præbeat:Vnde prata:e quibus fœnũ: antiqui dixere quasi parata:Fœnũ mense maio primum secant fœnisecæ tum etiã postea maximeq; si prata sint irrigua quod sero natũ & fere autumnale Cordũ nuncupamus.Plinius:Rursus inquit desecta rigari oportet:ut secetur fœnũ autũnale quod Cordũ uocant: Veluti corda frumenta tarde maturescentia dicuntur autore Põpeio: Item cordi agni qui & socordes post tempus cum remanscerint inuoluis intimis ut tradit.M.Varro rei rusticæ secundo.

Fœnariæ falces
Prata
Cordum fœnum
Corda frumenta
Cordi agni
Socordes



Tramentũ e stipula culmisq; faciunt: sed optimum cũ nundum pluerit & ante spicilegium: quo relictas spicas colligũt:sicut Racemos relictos Racematiõæ:Plinius in.xviii.Vbi fœnis inopia stramento paleam querũt.Item alibi de hordeo loquens:Palea ex optimis strameto uero eius nullũ comparatur:& Marcus Varro rei rusticæ primo:infra manũ stramentũ quod terræ hæret postea subsecatur:Contra quod cum spica stramentũ hæret corbibus in areã defertur:ubi discedit in aperto loco palam a quo nominata potest esse palea:stramentũ a stando ut stramen dictum putant:alii a stratu ꝙ pecori substernatur:Palea ipsa e culmis & stipulis tenuioribus impendio probatur: Plures gentiũ ea pro fœno utũtur:optima est e milio:proxima ex hordeo:pessima e tritico:præter ꝙ̃ iumentis opere laborantibus:nostri subtractu animaliũ illam præcipue seruare cõsueuerũt.Datur & per hyemem interdũ armẽtis:Cæteris præfertur Viciæ palea ĩ cibariis si mature fuerit collecta:hoc unũ addimus Culmum dici calamũ: stipulam uero folia quæ ambiunt culmum:Virgilius:culmũq; leuem stipulasq; uolantes.

Spicilegium
Racematio
Stramen
Palea
Stipula
Culmus



Iscina a ferendo nomen accepit ut scribit.M.Varro:ea nanq; feruntur paleæ fœnum frondes & id genus reliqua. Ouidi⁹. Vnde data est ægræ fiscina frondis oui:Et Plinius frondarias fiscinas quatuor implere frondatorem iustũ esse autumat

Sed Virgilio cũ dixit aut facilis Rubea texatur fiſcina uir/ga: a Rubo qui Vitilium uſu cõmendatur Plinio Rubea eſt:quando Rubeus a colore non eſt a doctis receptus:niſi legas Rubia ad oppido cápaniæ: nam Rubia alias herba qua infectores utunť. Inde fiſcella uas e iuncis aut uimine qua caſeus formatur: Diuus Hieronymus ad ruſticũ: Vel fiſcellam texe iunco uel caniſtrum lentis plecte uiminibus. Tibullus. Tunc fiſcella leui dextera eſt uimine iunci:raraq; per nexus eſt uia facta ſero: ab ea fiſcellus ut opinor caſei mollis appetitor nuncupatur: Eſt & fiſcella e uiminibus fu niculiſue contexta qua boum ora: fauceſq; mulorum ca/piſtrantur. Plinius in.xviii. Fiſcellis capiſtrari boues opor/tet ne germinum tenera præcerpant: Fiſcina item olei fa/ctores utuntur ut idem.xv.oſtendit.

Rubeus
Rubia
Fiſcella
Fiſcellus

STrigilis inſtrumentum e ferro dentatũ a ſtrin/gendo quod radere ſignificat dici poteſt: quo equos & id genus iuméta expolire ſolent equi ſones e corpore ſordes abradédo: Vnde Equo tribas appellabimus qui equos: ut Mulotribæ Plauto: qui mulas fricant: apud antiquos proprie ad uſus balnei ſtrigi les fuere ut dicemus: Strigiles etiamnum ſermone uerna culo piſciculi quidam dicuntur quorum frequens fit ca/ptura per hyemes: hi ueru toſti ſale aceto oliuo pipere & Cinamomo cõditi paropſide: in cibis non improbantur.

Equotribæ
Mulotribæ

FRena quibus equi cohercẽtur. Seneca: hippo/lytus arctis continet frenis equos: Ea inuenere peletronii qui & ſtrata equorũ primi monſtra uerunt: Oreas quibus ora frenantur: ſicut au/reas quæ ad aures religantur autore Pompeio dicemus. Aſt poſtomis ad cohibendam tenaciam naribus imponiť ut tradit Nonius Marcellus. Eſt & iter frena lupus quem lupatum nonnulli: hinc Poeta: duris parere lupatis: & Pa/pinius in Achil. Non aſpera prebet ora lupis. Eſt & Cha/mus quo Dauidis Pſalmo.xxxi. uſus eſt Diuus Hierony/mus. Niſi potius hi fuerint ſeptuaginta Interpretes quorũ Pſalterium per horas cantatur: ut quibuſdam placet.

Strata equorũ primo
Oreæ
Aureæ
Poſtomis
Lupus
Luparum
Chamus

Retinacula


Abenæ quæ & retinacula frenis ãnexa sunt lo ra: manuq; tenentur ut equum in gyros flecte re impellere & retinere ualeamus. Vergilius de turno manibus mollitur habenas. Silius Itali cus punicorum septimo. Ferrato calce atq; effusa largus ha bena cunctantem ĩpellebat equũ ubi per calcem ferratum calcaria e ferro intellexit quibus equos cõcitamus: non ali ter q̃ flagellis e summis arborum partibus: e loris: e neruo tau rino. Freni uero ipsi a frontalibus pendent quæ caput equi hinc inde uinciunt & additis bullis interdum auratis gem misq; uenustant: Plinis in. xxxvii. de Comide gẽma Quon damq; tantæ magnitudinis inquit fecere ut equis regum ĩ oriente frontalia atq; pro phaleris pensilia facerent.

Calcaria
Flagellum
Frontalia

Cingulæ


Phippium sella dicitur quæ equis ad molliorẽ uecturam imponitur & loris canabinis quæ ci gulas uocitant uentrem cingentibus ne difluat continetur: Martialis Ephippii lẽmate præposi to in apophoretis. Stragula succincti uenator sume ueredi Nam solet a nudo surgere ficus equo: Inde equi ephippia ti quorum contrarii sunt a nostris desultorii nuncupati quod ex his facile desiliant desultores: qui teste Manilio in quinto astron omiæ fiũt sub signo Eniochi. At gñraliter oĩa quæ mulis equisue ĩsternunt Strata dixere: & equos stratos ac instratos eis ornatos. T. Liuius de secundo bello punico: Armatos deinde instratisq; equis signum expectare: ab ur be condi. libro. vii. Mulis strata detrahi iubet: Seneca ad Lu cilium: Stultus est qui equum empturus non ipsum inspi cit sed stratum eius & frenos. Silius: Stratũq; ostro quem ceperat ipse cornipedẽ. Ephippio autem dextra ac sinistra loris quibusdam ferreæ machinulæ adduntur: quas Stra pedes eleganter & latialiter appellabimus: quia in his sesso res dum terga premunt equorum pedes habere cõsueuerũt: apud maiores ut in statuis equestribus apparet non fuere Ephippium ipsum dicitur quod supra equum ponatur: nam græci Hippon equum nominãt: unde Hippodromus: Hip piatros equomedicus; hĩppocampus piscis: hippomanes

Ephippiati equi
Desultorii
Desultores
Strata
Strapedes
Hippos
Hippiatros
Hippocãpus
Hippomanes

& caruncula & uirus: hippona dea equo℞ ſicut Bubona boum:Hippoconii uero mangones ab equis cõponendis colorem fuco:robur inani ſagina ut ait Quintilianus mẽtiẽtes:& Hippiades ſtatuæ mulie℞ equeſtres qualis Choclíæ íter obſides Porſenæ Poſita dicit̃: ac Hippagones naues tranſuehendis conuehendiſq; caballis aptæ Hippona Hippoconii Hippiades Hippagones

MOnile non ſolum mulie℞ ornatus dicitur: ſed equo℞ etiam pendens a collo in pectus ut ſcribit Pompeius:Ouidius in faſtis Dat digtiis gẽmas dat longa monilia collo: Aulus Gellius in noct.atti.equitatum inquit frenis ephippis monilibus phaleriſq; prefulgentem:quæ uerba apud Macrobium ĩ saturnal.recitat pretextatus: & Poeta de equis latini Aurea pectoribus demiſſa monilla pendent.


POſtilena incuruum lignum ſiue craſſius lorum dicetur quod ſub iumento℞ cauda poſuere:eo ꝙ apoſteriore parte habeatur: Plautus in caſina Ita te a gerunda aqua curuum faciam probe ut poſtilena poſſit ex te fieri:hinc per contrarium Antilena qua pectus cingitur ut pectorali:ſed & cingulas laterales legibus a lateribus quæ cingunt: adduntur fere omnibus bullæ ex oricalcho ĩ primis orbiculatæ extuberãteſq; ad ornatum & ſplendorem Antilena Pectorale Cingulæ laterales

PHaleræ equo℞ ornamẽta dicunt̃ a uerbo græco ꝙ illuſtrare ſignificat. Verg.Primus equum phaleris inſignẽ uictor habeto:& poeta ſatyrographus magno℞ artificũ frãgebat pocula miles ut phaleris gauderet equus:Inde phaleratus:Suetonius in Claudio; Craſſus frugi equo phalerato & in ueſte Palmata.

HElcium dicitur ante pectus equorum & id genus aĩalium ab armis ideſt humeris pendens ĩſtrumẽtum quoddam tractorium quo & molæ illi per machinulam ĩnexæ uerſantur:& curricula per temonem trahuntur: Vnde & nomen accepit; Helco &.n.græce traho latine interpretantur: hinc helcia Armi

Helciarius

rius apud Martialē qui fune canabino nauem trahit aduersus undas: Sidonius curuorum hic chorus helciariorū de Helcio meminit Apuleius metamorph. nono Defectū alioquin me helcio sparteo dimoto nexu machinæ liberatum applicant presepio: & paulopost: helcio tandem absolutus refectuiq; secure redditur.



Litellæ appellantur quibus colligatæ sarcinulæ mulis & id genus ueterinis portātur ut scribit Pompeius: Horatius in satyricis Sermonibus: hinc muli capuæ clitellas tempore ponūt: Inde muli clitelarii: Plautus in mustellaria: Muliones mulos clitellarios habent: ego habeo homines clitellarios magni sunt oneris qcquid īponas uehunt: operiméta uero q̄bus mulorum boumq; & equorum dorsa conteguntur: Dorsualia uocant: At sacculi scortei ad ferenda numismata siue cætera ad iter peregrinationemq; necessaria bulgæ dicuntur autore Pompeio: alii uulgas uocitarunt: Seneca ab equis quibus portantur hippoperas: Ipsius hæc uerba sunt ex libro epistolarum ad Lucilium tertio decimo. M. Cato censorius quem tam necessarium Rei publ. fuit nasci q̄ Scipionem alter enim cum hostibus nostris bellum alter cum moribus gessit Cantherio uehebatur: hippoperis quidem impositis ut secum utilia portaret: sunt & māticæ ac per diminutionem manticulæ perulæ uiatoriæ. Aesopus ille festiuissimus Apologorum scriptor duas māticas singulis dedit hominibus Anticam & Posticam in illa aliena in hac nostra reposta sunt uitia: Sed utinam obuerterentur ut sua quisq; uitia intueri possit: aliena nō tam facile posset: Verũ nemo uidet ut ille inquit manticæ quod in tergo est.

Clitellarii muli

Dorsualia

Bulgæ quæ Vulgæ

Hippoperæ

Mantica

Manticula

AVIARIVM CAPVT VIIII.


Rnithões Loca appellamus omnium alitũ quæ intra parietes domus solent pasci: ut ex.M. Varro scribit Au. Gel.noct.atti.secundo: Auiaria quoq; dici possũt:q aues ibi pascunt̃ iclusæ q̃ primus instituit clausis oium generũ auibus. M. Lælius Strabo brũdusii equestris ordinis:ex eo cœpimus inqt Plinius animalia carcere coherce re quibus natura cælum assignauerat: Vbi uero opinabãtur altilia Saginarium a sagina dixere: Vnde.M.Varro scribit ĩ re rustica pullos anserinos ĩcludi saginario:Est & Cors quam cohortem quoq; dicimus locus cinctus parietibus quo gallinas anates & id genus reliqua habere in Villa solemus:Vnde cohortales apud rei rusticæ scriptores galliæ uocantur:Ouidius abstuletat multas illa cohortis aues: & Varro:Cors in aqua pascebantur gallinæ: Græci ornithotrophion nominant a gallinis pascendis quas ornithas nũcupant:præ cæteris in eo Includi solitas: nam & alias aues hinc ornithogonia de Auitii natura commentarios legimus: In urbana quoq; domo cortem facere poterimus in qua pascere ciconias grues Pauones gallinas anseres & similia dabitur ad usus quottidianos.Excremẽta aũt Purgamenta tritici minuta ad cibos cõmode dabuntur gallinis & cæteris auibus cohortalibus:& maxime cum Annonæ caritas fuerit.

Auiaria

Saginatium


Cors

Ornithotrophion

Ornithæ

Ornitagonia

Excreta


Quilæ ut refert Aphrodisæus in problematis oculorum acie acutissima inter aues principatum sibi uendicant:nunquam bibunt ueluti & cæteræ uolucres aduncæ carniuoræ: quod faciunt genera auium rectunguia:fulmine non tanguntur:Vnde armigeri Iouis nomen acceperũt.C.Marius secundo cõsulatu romanis aquilam legionibus solam dicauit cũ eam

Hirundo
Chelidon
Chelidonia
Glottis
Ortus
Ortygometra
Cinchramus

Paruæ sunt Auiculæ:& cum ad nos uenerint potius terrestres q̃ sublimes:nam aduenæ sunt: ut hirundines per uer uenientes ad nos: flare incipiente fauonio: quem ob id chelidoniam uocarunt a uisu hirundinis quæ græce chelidon. Hinc chelidonia herba: qua oculis pullorum in nidulo uisum restituunt: Aristoteles historie animalium octauo scribit Coturnices abire ducibus glottide otto & ortigometra atq; etiam Cinchramo a quo & noctu inquit reuocamus.

Hæmatopodas
Rostrum



Orphy rio auis est laudatissima in comagene: nobilior tamen balearica ut tradit Plinius: Cui inter aues Hæmato podas a colore pedum sanguineo numerandæ rostrum quod pro maxillis aues habere testis est Aristoteles & prælonga crura rubent: Auium sola morsu bibens cibum omnem aqua tinctum ad rostrum pedibus ueluti manu affert: de illa disticho meminit Martialis ĩ Xeniis. Nomen habet magni uolucris tã parua gigantis:& nomẽ Prasinus Porphiriõis habet Hanc ego crediderim esse quã Siculi & Romani uernacula lingua Coturnicẽ appellant. Nã aliã esse a phœnicoptero ex pennis rubentibus nomen adepto certo certius est.

Coturnix
Phœnicopterus



Rues: quæ a sono uocis: excubias nocte diuidunt: capite subter alam condito dormiunt: alternis pedibus insistentes: Dux ipse detecto capite ꝓspicit & quod senserit ore significat: nã de lapide quod dicitur falsum esse Aristoteles hist. animalium. VIII. existimauit: Abeunt ex ultimis in ultima flatu secundo uolãtes. Hinc ex scythicis campis ad paludes ægypti superiores unde Nilus profluit uenire dicuntur: quo in loco cum pygmeis bellãtur: Non.n.id fabula est: Sed certe genus tũ hoĩum tum etiã equoꝝ pusillũ ut dicitur est. deguntq; in cauernis ex quo nomen Troglodytæ a subeundis illis accepere: Aetatem in his ĩdicat color nã senectute furuescũt autore Solino: cuius rei causam reddidit Aristoteles ultimo de generatione: uolantes aũt ordine quodam Y. litteram faciunt. Id quod Palamedem deprændisse

Pygmei

Y littera

legimus. Diuus Hieronymus ad Rusticum de uita monastica Grues inquit unam sequuntur ordine litterato: Martialis. Turbabis uersus nec littera tota uolabit: unam perdideris si Palamedis auē: & Claudianus: Pendula ceu paruis moturæ bella colonis
Tracia cum tepido permutant strymonia Nilo
Ordinibus uariis per nubila texitur alis
Littera: pennarumq; notis inscribitur aer:
Plinius In Balearibus inquit insulis in honore mensarum esse Vipiones: sic enim uocát minorem gruem: at Pipiones pulli sunt columbini.

Vipiones
Pipiones

Ciconiæ lingua carere dicuntur: Sonum enim quem edunt oris potius q̄ uocis esse existimarunt: maxima est his nec uulgaris pietas senectuté genetricis uicissim educantes ut Aristoteles nono historiæ animalium autor est. Tantus his præterea honos in thessalia serpentum exitio ut capitale fuerit Ciconiam occidisse ut refert Solinus: Cornelius Nepos q sub diuo Augusto cæsare decessit: cū scriberet Turdos paulo ante cœptos saginari: addidit Ciconias magis placere q̄ grues: cum hæc nunc teste Plinio ales inter primas expetatur: illam nemo uelit attigisse: Ciconiæ autem pulli in cibo lippitudini impendio medentur: hos apponere mensis instituit Ruffus prætorius ut apud Porphirionem legimus: Ciconia ipsa græce πελαργοσ.


Pulli
Ciconiæ

Annser natura est ad sensus & strepitus ales acuta & sollicita: eidē uigil inest cura defenso Capitolio maxime celebrata: quo tpore Galli senones urbe capta & icensa duce Breno capitoliū noctu ascēdentes anser strepitu ac clangore excitato Mālio deiecti fuere: ut scribunt. T. Liuius. v. ab urbe condita: plinius. & Plutarchus ī camillo hinc Lucretius Romulidarū arcis seruator candidus anser: Apud ueteres cōmendabantur ī cibis anseres præsertim iociniore quod fartilibus quibusdam in uentre ut cresceret excogitatum est exemptum q; lacte & mulso magis augeri: Horatius: non sine farre

Iecur anserinū

pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi: Scipio: an Metellus: an. M. Sessius tantum bonum inuenerit incertum est Cotta quidem Messalinus palmas pedum ex his torrere: atq; patinis cum cristis gallinaceorꝝ cõdire monstrauit: cõmendant apud nos & plumæ qbus culcitras farcire consueuimus: & Adipe: Liquamine etiam ide excogitato quo præcipue hebræi in condimentis utuntur: locus autem ꝓprie ubi anseres aluntur: chenoboscion græci appellauere: nam χαν χηνος anser est.

Pluma anserina
Adeps
Liquamen
Chenodosciõ



ANas quæ græce νησσα a natãdo nomẽ accepit: Cicero. serpere angues: natare Anaticulas: uolare merulas: cornibus uti uidemus boues: nepas aculeis: suã deniq; cuiq; naturam esse ad uiuendum ducẽ: in aquis. n. libentius q̃ ĩ terra uersantur: Ex quo inter Amphibia numeratur: quæ græci uocant auium genera uitæ duplicis cũ non tantum terrestria sed aquatilia desiderent pabula: ut Varro Plinius Columella & Ammianus scripsere. Aristoteles histo. animalium. viii. refert circa lacus & amnes uersando uictitare anates: olores: Phalarĩ: Vrinatricẽ: Boscam anati similẽ sed minorem: & anseres: quemadmodum Gauiæ: Mergi: Fulicæ: Cæteris auibus domesticis calidior est & plurimi nutrimenti ut est apud Auicennam: A gulosis & pectore & ceruice cõmendatur in cibis: Vnde epigrãmat. poeta in Xeniis: Tota quidem ponatur anas sed pectore tantum & ceruice sapit cætera redde coquo. Vbi anates clausæ pascuntur Nesotrophion græci dixere

Amphibia
Phalaris
Vrinatrix
Bosca
Mergi
Fulicæ
Cauiæ
Nesotrophiõ
Holor



CYcnus græce ut inqt Higinius olor latinæ auis est tota candida: quæ morti proxima cantum flebilem canere dicitur: quasi diuinans meliorẽ esse mortẽ q̃ uitã: Ideoq; Apollini uaticinationũ deo erat dicata: ut scribunt. M. Tullius & Plato: Martialis. Dulcia defecta modulatur carmina lingua cantator Cycnus funeris ipse sui: Cycnus Phaetõtis amator post illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus esse dicitur in fabulis: Aduenientes e longinquo olores colla præ

cedentibus imponunt: & fessos ad terga recipiunt: autor Plinius: sic dicti ut quibusdam placuit ꝙ in totum candicant: ueluti holocaustum uictima quæ integra ignibus imponebatur: holographum testamētum sola testatoris manu scriptum & holophanta in omnibus mendax. Holocaustum Holographū testamentum Holophanta

STruthiocamelus auis est magnitudie reliquas excedens ita ut bestiarum pene generi sit adnumeranda: nam a terra non tollitur: pedibus pugnat quibus hominem etiam prosternit: concoquit deuorata quantūuis durissima ut clauos quoqꝫ ferreos: Cōmendantur oua ipsius propter amplitudinem recepta pro uasculis: & pennæ ad cristas galearum conos adornantes ut Plinius autor est. Struthiocamelus

GAlli gallinacei sydera nouere ternas distinguētes horas interdiu ipso cantu: quem generosissimi ferarum leones extimescunt: ut scribunt Solinus & Lucretius: Mortales ad opera excitant somnos abrumpentes: nam ante lucem in crepusculo canere solent diem aduentare nuntiantes: cuius rei causam reddit .M. Cicero de diuinatione ex Democriti autoritate: canere autem desinunt castrati: De his Plinius in decimo Horum inquit sunt Tripudia solistima: hi magistratus nostros quotidie regunt: domosqꝫ ipsi suas aut claudunt aut reserant: hi fasces Romanos impellunt aut retinent: iubent acies aut prohibent: uictoriatum omnium toto orbe partarum auspices: hæc ille: moris enim fuit Romanis ducibus pugnam inituris aduocare pullarium & offas Gallis obiiceret ad augurium captandum: si uescerentur ratum erat auspicium cum aliquid ore excidisset terripudium dicebatur solistimum: mox tripudium dictū: quoniam silicet esca in solo cadebat. M. Tullius de diuinatione libro primo. Cum terripudio Flaminius auspicaretur Pullarius diem prœlii committendi differebat: Gallus græce αλεκτωρ unde Alectorius lapis qui i uentriculo ipsius inuenitur. Pullarius Tripudium solist. Alectorius

Capones
Maialis
Cantherius
Veruex
Caper



Api siue capones galli gallinacei castrati dicuntur ut scribit. M. Varro & Columella: differunt ergo a gallis: ut maialis a uerre: Cantherius ab equo admissario: Veruex ab ariete: & caper ab hirco: At in cibis gratiores sunt utpote remoto ueneris usu facti pinguiores & salubrioris nutrimenti: Martialis in Xeniis: Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus amisit testes nunc mihi gallus erit: Plinius Desinunt canere castrati: quod duobus fit modis: lumbis adustis candente ferro: aut imis cruribus: mox ulcere oblito figlina creta: facilius ita pinguescunt: Aristoteles historiæ animalium nono Castrantur gallinacei parte nouissima sui alui quæ cum coeunt concidit: hanc enim si duobus aut tribus ferramentis adueseris capos facies: perfecte castratis crista pallescit & ipsi cucurrire desinunt: neq; rem uenercam repetunt: castrata autem omnia auctiora q̄ non castrata euadunt: E gallis apud nos euulsis testiculis per posteriora modico uulnere capones fiunt: Hinc nostrum distichon.

Cucurire
Castrata pia
Distichon

Pinguior ut fierem dempsit genitalia lumbis
Rustica: sumq; capus: antea gallus eram.

Tutundæ

Piuguescunt autem milii farina cum melle presertim: & turundis in cibo datis: Nam Plinius eo nomine uocat Bucceas quibus farcire saginareq; gallinas: anseres & capos solemus.

Loculamenta



Allinæ omni tempore in loculamentis dispositis: aut ab ipsismet electis loco abditiore oua pariunt præterq̄ duobus mensibus hyemis brumalibus: Sed non omnia ad prolem apta: egerunt namq; irrita q̄ plurima quæ a græcis Hyppenemia quasi subuentanea: a latinis zephyria dicuntur: & minora & minus iuncundi saporis: quædam geminos includunt uitellos Pumilionum genus fœcunditate laudatur: Aristoteles hist. animalium. vi. Adrianæ gallinæ inquit paruo quidem sunt corpore sed quottidie pariunt: nam quod incremento corporis deest in excrementum seminale exū

Hypenemia
Ziphyria
Gallinæ
pumiliæ

dat ut idem refert de generatione libro tertio. Vulgares etiam gallinæ fœcundiores sunt generosis: patauinas cõmendat magnitudo. Saginatæ libras sexdecim pondere exuperant. Primi deliaci Saginare docuerũt: Exceptæ cœnis fuere interdicto legis. C. Fannii consulis annis .xi. ante bellum tertium punicum. Pinguescunt autem in tenebris farina mulso conspersa in cibis addita autore Columella: Martialis in Xeniis de altili gallina præmisso lemmate: Pascitur & dulci facilis gallina farina: Pascitur & tenebris Ingeniosa gula est: Puluere impendio delectantur in quo sese uolutando quodammodo scabunt: Sunt enim pulueratrices ueluti ex humiuolis Alauda Perdix & attages Ionicus laudatissima: de Gallinarum generibus ouis & incubatu: ac de Gallinariis constituendis Plinius in decimo: Columella in nono scripsere: hoc unum minime prætereundum: pullis exclusis matrices glocitatrices sub caueis ex salice cæterisq; uitilibus concinatis Includendas cum pullis: quoad illi firmiores fuerint: nec illud quoq; omittendum quod scribit Iulius Pollux: caueam ĩ quá se chortis alites cubitum ituræ recipiunt dici Petauron.

Saginare gallinas

Pulueratrices aures

Atragema

Gallinaria

Petauron

PVlli gallinacei dicuntur fœtus gallinarum ut nomen præfert ad huc tenelli: pullastrum & pullastram neoterice uocamus. M. Varro rei rusticæ tertio: Chors in qua Pascebantur gallinæ: & earum fructus erant oua & Pulli: de his quoq; disticho meminit Martialis in Xeniis: Si libycæ nobis uolucres & Phasides essent acciperes: at nunc accipe chortis aues: Pullus autem generale uocabulum est omnium alituum. Sed quadrupedum etiam quorũdam fœtus pulli dicuntur: ueluti pullus equinus & asininus: a quibus pullini dentes quos primum eiiciunt nomen adepti: Pullus item puer eius a quo obscœne esset amatus: Vnde. Q. Fabius cui eburno cognomen fuit propter candorẽ: q; eius natis icta esset fulmine pullus Iouis est appellatus: Pullus quoq; ater collor dicitur: qui græce est a carbone Anthracinus: hinc pullatus atratus & nigra ueste indutus.

Gallinacei pulli

Pullus

Pullini dentes

Anthracinus

TVrtures uerno tempore occultantur pennasq amittunt: menstrua foetura albæ inter illas cõmendantur: Illud scitu & admiratione dignum est quod traditur: Turturem amisso uiduam marito arborem uiridem non petere: sed siccis ramalibus & truncis semper insidere: ac fluenta lympida ad potum turbidare: Pinguior ĩ cibis probatur: & cura quidem leuiore q̃ cæteræ aues saginatur: nam in tenebris milio pinguescit: habitat æstate loca frigida hyeme tepida: at Fringilla tepidis æstate: per hyemes frigidis delectatur: Dysentericis in cibo turtures mire prodesse dicuntur utpote uentrem sistentes: sed efficatior ad hoc illarum sanguis habetur.

Fringilla

FIcedula auis paruula sic dicta uidetur q ficub⁹ pinguescat: ut autor est .M. Varro in libris linguæ latinæ: Vnde Martialis: Cum me ficus alat cum pascar dulcibus uuis cur potius nomen non dedit uua mihi? græci quoq Sycelidem q ficubus uescatur appellauere hoc nomen autumno tantum possidet: nam postea a nigro uertice melancoryphos uocatur latinæ atricapilla. hoc situ dignum: naturam auibus neq uessicam urinæ receptaculum neq renes elargitam esse: quia multa indigebant humiditate ut oriri pinæ atq inde crescere possent: neq omnino quidem mingunt: cum uero bibunt stercus immodice humidum deiiciunt.

Sycelis
Melancoryphus
Atricapilla

TVrdos inter reliquas aues in cibis laudauit antiquitas: unde Horatius Nil melius turdo nil uulua dulcius ampla: & epigrammatarius poeta ĩ Xeniis Inter aues turdus si quis me iudice: certet: inter quadrupedes mattia prima lepus: præfertur eorum genus quoddã reliquis maiusculum pectore albo nigrantibus maculis uariegato quod merulæ magnitudine per hyemem iuniperi baccis enutritum præsertim montana mittere sub Pillaris nomine consueuerunt. Turdi autem paulo ante Diui Aug. Cæsaris principatum in turdario Saginari cœpti sunt ut ex autoritate Nepotis diximus: Columella rei rusticæ nono de educandis ĩ ornithone tur

Pillaris
Turdarium

dis hæc scribit: Hac impensa curaq; .M. Terentius ternis sæpe denariis singulos emptitatos esse significat auorum temporibus: quibus qui triumphabant populo dabant epulum: at nunc ætatis nostræ luxuries quottidiana fecit hæc præcia: Sermone humano edocti loquuntur: Agripina coniunx Claudii principis turdum habuit quod nunq̃ ante inquit Plinius imitantem sermones humanos cum hæc proderem.

Merulæ dictæ q̃ meræ idest solitariæ uolitant: ut sentit.M.Varro ĩ libris de lingua latina hinc merulatim solitarie dicemus: E nigris ruffescunt: canunt æstate: hyeme balbutiunt: circa solstitium mutæ: rostrum anniculis maribus in ebur tráffigurantur Circa Cylenem arcadiæ nec aliubi cãdidæ nascũtur: Primæ auium pariunt & partum non educant: at fœliciter secundum ducunt ad fidem ut aristoteles histo: animalium quinto testatur. Merculatim

Sturni nigri albis distincti maculis propriũ habent cateruatim uolare: Vnde sturnatim sicut graculatim: humanum sermonem ipsi ac lusciniæ cantu imittantur: Papinius: Auditasq; memor penitus dimittere uoces Sturnus: & aonio uersæ certamine picæ. Et Pli. Habebãt inquit Cæsaris iuuenes Sturnum: Item luscinias græco sermone dociles: præterea meditantes in diem & assidue noua loquentes longiore etiã contextu: In luscinia perfecta musicæ scientia modulatus editur sonus: & nũc distinguitur conciso: copulatur intorto: promittitur reuocatur infuscatur ex inopinato: Auspicio efficaci in ore Stesicori cecinit infantis: Albicantibus pennis nec quidem arte olim luscinia dono data est Agripinæ Claudii Cæsaris uxori: Philomena ut fabulæ tradũt cum per uim a Tereo esset uiolata & e linguis facta satis decẽte metamorphosi hanc alitem sibi induit: Vnde Martialis in apophoretis: flet Philomena nephas ĩcesti Tereos & quæ muta puella fuit garrula fertur auis: nam armonia cantus & uarietate modulati soni commendatur. Sturnatim Graculatim Luscinia Philomena

PSitacus auis est tota uiridis torque tātum pur-
pureo in ceruice distincta: India & orientalis
plaga hac abundat: Papinius in siluis: Psitacus
ille plagæ uiridis regnator eoæ: Plinius: India
Psitacus
auem hanc mittit Psitacen uocant uiridem toto corpore:
torque tantū miniato in ceruice distinctam: Imperatores
salutat: & quæ accipit uerba ꝓnunciat: In uino præcipue
lasciua: capiti eius duritia eadem quæ rostro: hæc cū loqui
discit ferreo uerberatur radio: non sentit aliter ictus: cū de-
uolat rostro se excipit: illi innititur leuioréq; se ita pedū in-
firmitati facit: cui adstipulant Aristoteles Solinus & Apu
leius floridoꝝ secundo: meminit etiā de illo Martialis: Psi-
tacus a uobis alioꝝ nomina discā: hoc didici per me dice-
re Cæsar aue: Macrobius in saturnal. de Augusto: Saluta-
tus similiter a psitaco emi iussit eū: Idem miratus in pica
hanc quoq; redemit: nā & picæ humana uoce sermocinā
Aues sermocinantes
tur: hoc autem constat aues quæ litteras proferre possunt
lingua præ cæteris esse latiore: nā lata lingua ut refert Ari-
Lata lingua
stoteles de partibus animalium secundo absolutior est.

PIcæ adamant uerba quæ loquūtur: nec discūt
tantum sed diligunt: meditanteséq; intra semet
cura atq; cogitatione intentionem non occul-
tant: constat emori uictas difficultate uerbi: ue-
rum addiscere facilius putāt qbus glans cibus est & quoꝝ
pedibus ut hominis quini digituli numerantur: non .n. id
omnibus insigne: sed illud omnibus proprium: q cātu elo
quuntur ita ut uocem si audias hominem putes: nec miꝝ
cum Pieri filiæ cum musis ausæ cantu decertare in id ge-
nus auis sint mutatæ: Statius & Aonio uersæ certamine
Picæ. Nup inquit Plinius cœpere picaꝝ genera quæ
Variæ pitæ
longa insignes cauda Variæ appellātur: His proprium est
A q̄tici corui
omnibus annis cum seritur rapa caluescere: ut corui om-
Phalacrocoraces
nes aquatici caluescunt: ob id phalacrocoraces nominati:
nam phalacros caluos græce dici satis notum est: Pica au-
Phalacri
tem eadem est quæ Citta græcis: Vnde cittan in pregnanti
Citta
bus dicunt: quoniam auis illius uariæ modo solent uaria

appetere:nam & crustas (ut cætera taceam) ex fluminibus in escam petunt non nullæ.

Coruos qni græce Coraces ore coire & parere uulgus arbitratur : ad quod respiciens epigrã mararius poeta in apophoretis scriptũ reliquit Corue salutator quare fellator haberis : In caput intrauit mentula nulla tuum:Id tamen Arist. de generatione animalium tertio negauit.Imperatores salutant ut scribunt Plinius : & Macrobius historiam illius corui referentes:qui sub Tiberio principe sermoni assuefactus omni nibus matutinis euolans in forũ Tiberium deinde germanicum & Drusum Cæsares nominatim : mox trãseuntem populum Ro.salutabat : Hunc Sutor siue æmulatiõe siue iracũdia subita ductus propter maculam calceis excremẽto eius positam interemit tanta plebis cõsternatione ut Sutor interemptus sit:fumus uero cliti celebratum constrato lectulo super duorum æthiopum humeros præcedente tibice ad rogum usq;:qui cõstructus dextra uiæ Appiæ ad secundum lapidem fuit.M.Seruilio.C. Cestio consulibus ad.v.Kalendas aprilis:Corui rarenter cibos uenantur : sed carne morticina hoc est animalis per se mortui uescuntur: ut uultures qui & Vulturii & aquilarũ plura genera : apud ueteres futura significare putabantur cantu & uolatu : Inde Phœbo aues dicatæ deo diuinatiõis:ex eoq; a Silio Italico Phœbea ales coruus nuncupatur. Corax Hist.Corui Morticina Vulturii


Cornix & ipsa uoces humanas imitatur:Papinius ĩ Siluis . Quæq; refert iungens iterata uocabula cornix:oẽs tamen fere codices Perdix habent:quod etiãnum legi posse ipse crediderim propter perdicis fabulã ouidianã:Adde q; Serenus illã garrulã appellat.i.canorã:aut ouum illitũ tulerit quod garrula perdix.Cornicem uero uocalẽ inueniri & nos liquido scimus & Plinius locupletissimus testis accedit in decimo sic scribens . Nunc quoq; erat in urbe Roma hæc prodente me equitis Romani cornix e betica : primum colore mira admodũ nigro deinde plura contexta uerba exprimẽs: Perdix

& alia atq; alia crebro addiſcens:Cornicis uita longiſſima: utpote cui nouem noſtras ætates dedit Heſiodus.Hinc Iuuenalis de Neſtoris ætate polycronia longæui : Exemplũ uitæ fuit a cornice ſecundæ.



Raculi ut ipſe exiſtimo dicuntur a uoce quam primæ nominis ſyllabæ correſpondentẽ emittunt.M.Varro ĩ libris linguæ latinæ dictos credidit ꝙ gregatim & agminatim uolitant: eſt illis hoc nãq; peculiare & genuinum ut quottidie uidemus Non deſunt qui a gerendo deducant:ꝙ iacta furmentoꝝ ſiue leguminum ſemina gerant : eſt præterea his & auri & argenti cõpluriumq; aliꝝ reꝝ mira furandi natura:ex quo nonnulli monedulas appellauere:exprimunt etiam ſermonem humanum quo impenſius delectant: & caueis emiſſi reuertuntur. Quidam attamen inter genera monedulaꝝ quæ tria faciunt Graculum poſuere & lupum cognominatum paruum & ſcuram.

Monedulæ
Lupus



Lauda auis eſt quam & galeritam dicimus cũ plumula ellata in capite:huic ſimilis eſt Terraneola : niſi ꝙ apicem non habet ſic dicta quoniam in terra non in arboribus diuerſatur:nidificaturq;:ambæ ſuauiſſime cãtillant caueis cluſæ : Alauda neoterice nomen retinet : Terraneola apud nos triuialiter Regius appellatur:Græci alaudam a galea Corydalum dixerunt:eſt enim apud illos κορυς galea : unde etiam noſtri galeritam:niſi potius a galero:hanc & Pariſitã uocant.

Terraneola

Corydalus
Galerita
Paraſita



Aſſita quibuſdam eadem auicula eſt quæ in ſegetibus diuerſatur & nidulum ſtruit : id ferme temporis cum meſſis inſtat pullos habens iam iã plumantes:de qua Aeſopus phryx ille egregius fabulator luſit apologũ quem hic noſtris ĩſerere operæprecium duximus.Ea caſſita itura cibum pullis quæſitũ monet eos:ut ſi quid audiant id cum redierit ſibi referant: Interim aduentat dominus ſegetis illius & filio matura ĩquit hæc operas poſtulãt:iccirco in craſtinum amicos adibis:& roga ueniant operam mutuam daturi ut meſſis pe

agatur: Vbi rediit mater: renũtiauit omnia: & trepidũ orãt ut se auferat: iubet illos cassita bono animo esse: nam si dominus ait ad amicos messem reiicit crastino seges non metetur: Die igitur postero cassita ad pabula euolat: dominus frustra amicos prestolatur: tum ille rursum ad filium: Amici nulli ueniũt quin potius imus & cognatos affinesq; nostros oramus ut ad sint diluculo ad metendum: nunciant hoc itidem pulli pauidi Cassitæ: ea hortat' sint a metu ocio si: futurũ ut necessarii ferme nulli obsequiales sint: Aduertant modo si quid denuo dicetur: Orta luce proxima & auicula in pastum profecta affines operam non prestant: Hinc dominus filio Valeant inquit beniuoli cum propinquis: nosmet ipsi cras metemus: Id quod ubi a pullis mater accepit hora inqt iam est abeundi: nunc dubio procul messis peragetur: in ipso enim iam uertitur quoꝝ est negotium non in alio a quo petitur: Atq; ita Cassita cum pullulis facessit & seges demetitur: Et hic est Aesopi apologus de amicoꝝ & propinquoꝝ ut Gellius notat leui plerumq; & inani fiducia: Vnde audenter dicere possumus: o amici amicus nemo: o affines nulli affines: & illud ex oraculo quasi Delphico exiisse: Ne quid expectes amicos ne quid cognatos quod tu per te agere possis.


Arduelis auis minima est a carduo herba spinosa nomen adeptæ: legimus apud Aristotelẽ spinam appetere ligurinum & carduelem: de illa hæc Plinius l.x. Minimæ auium cardueles imperata faciunt: nec uoce tantum: sed pedibus & ore pro manibus: Acanthis græca dictione a quibusdam nominatur: hinc poeta Littoraq; halcyonem resonant & acanthida dumi. Caphurnius in bucolico ludrico Astile credibule est ut uincat Acanthida cornix: ipse tamen aliam a carduele crediderim: ut sit quæ spinus dicitur. Carduelis autẽ passer solitarius suauiter cãtãtes luscinæ psitaci & reliquæ aues: quæ cantu delectãt caueis clausæ habẽtur: inde apud Papinium in siluis Cauea cui cõplexus ebori uirgaꝝ argẽteus ordo psitacum Metioris custodiuit: & epigrammat.

Ligurinus

Acanthis


Solitarius passer

Cauea

poetæ de cauea eborea diſtichon eſt apophoretis. Fiunt caueæ a noſtris ut plurimum ordine uirgarum ænearum paruulis aſſerculis lignei s complexo: Cõmendatur & uitex ſalicis genus naſcens in arenoſis Sanguen ĩter frutices: ameria ſalix & id genus cætera utilia ad uirgas cauearum: Et hæc ſunt quæ ex multis auium generibus paucula ne opiſtographus liber exiret breuiter omiſſis Galbula uel ut alii Galbero: Regulo ſiue Regaliolo & trochilo omnium minimo: Motacilla ſemper caudam mouente: Stardis nõ inſuauibus ad eſcam: Noctua Oto aurita Bubone quibus ad aues capiendas utuntur aucupes: Pico Martio: Paſſerculo ſalace: Vpupa criſtata: & Apodibus: quæ cypſelli: uſu pedum carentibus: Cuculo: Herodio Ardea ue quam Garzam dicunt: Salo ſiue Aegitho fœcũdo ut perdices & gallinæ: ac platea quæ platelea Ciceroni & Ariſtoteli Pelecanis: cõgeſſimus: Iam thermas & præſertim cum bruma anni pars frigidior nunc ſit ingrediamur.

Galbula
Galberus
Regulus
Trochilus
Motacilla
Stardæ
Noctua
Otus
Picus
Vpupa
Cypſelli
Ardea
Platelea
Pelenanus
Herodius
Aegithus

BALNEARIA CELLA CAPVT .X.



HERMAE locus ppellatur q lauãdi ſudãdiue uſibus deputatur: aut calidis aqs: aut fornice tantum igne calefacto: nã thermon græci calidum dixere: inde thermopylæ ĩ græcia trãſitus a calidis a qs nomẽ accepit: Quæ aũt ꝓprie ad ſudãdũ loca hñtur ea ĩ epiſtolis Seneca Sudatoria nũcpat: Quid inquit cum ſudatoris? Omnis ſudor per laborem exeat: Inquibus uero deſcendimus ut lauemur ante cœnã: aliis ue diei noctiſq; horis: nam Cõmodum Antoninum ĩperatorem ſepties uel octies per diem lauiſſe legimus: Balneas uoca

Sudatoria

Sudatoria

mus & balinea : nam græci quoq; balanion : quarum qui curam habent Balneatores dicuntur aliquando mediastini. Dispositioné docet Vitruuius in .v. Thermæ balneaq; apud romanos uoluptatis & munditiarum gratia constitutæ sunt tam publice quam priuate : nec tantum in solo : sed etiam pensiles: quas Sergius orata primus istituit : Sed thermæ præsertim publice quarum multitudo & magnitudo quanta Romæ fuerit docent ruinæ: & P. uictor in eo libello qui est de regionibus urbis: Ammianus Lauacra in urbe inquit in modum prouinciarum extructa : Fuere autem in multis Italiæ locis & extra Italiam balnea quæ aqs medicatis morbos curarent : quemadmodum puteolis & in Ethruria: ut scribit Varro: & Sinuessa : quibus narcissus Claudii cæsaris libertus olim morbo leuatus est: ut refert Tacitus : nam multis ægritudinibus medebantur : autore Strabone: Item in uilla quam Cicero academiam appellauit Ciceronianæ aquæ oculis : & iuxta urbem albulæ uulneribus plurimum conferentes. Baiis quoq; uitiorum: ut ĩquit Seneca: diuersorio in campania erant balnea calidaꝝ aquarum: & ad uoluptatem: & ad sanãdos morbos aptissima ab omnibus celebrata: Commendantur & ceretana ualitudinis curandæ gratia: ut strabo testatur: & ad Chalcidis campum aquaꝝ callidarum ægritudinibus accomodatissima: quibus Cornelius Sylla fœlix. ut ipse dici uoluit: usus est. Habuit & lypara siciliæ balnea ad ualitudinem bonam & ex usu uoluptarem præstandam ut optima iudicata autor Diodorus in. vii. Expertus sum ipse hac proxima æstate Lixignani pagi Parmẽsis balnea: quorum unda salutari intra pauculos dies uegetus exurgens ex accerrimo iũctaraꝝ dolere cõualui: testis est Bartholomeus Anselmus medicoꝝ optimus opitimoꝝ archiatrus: cui me tã tum debere fateor quantum : Aesculapio Viribus ex Hippolyto teformatus. Vigent ac tempestate & alia cõpluria balnea aquis medicatis: luto etiam: ex quo ad ulcera imprimis lutamenta cõmendantur : de quibus quoniam superfluum uidebatur scribere supersedi.

Balneæ
Balneatores
Mediastini
Thermæ
Balnea aquis medicatis
Academia
Ciceronianæ aquæ
Baiæ
Lixignani balnee
Lutamenta

Piscina
Natabulum


Iscina lauacrũ domi erat: ubi frigida calidaue lauabantur atq; natabant ut in natabulo: Cicero latiorem inquit piscinã uoluissem: ubi iactata brachia nõ offenderẽtur. Suetonius ĩ Nerone Epulas e medio die ad mediã noctẽ ꝓtrahebat: refotus sæpius calidis piscinis ac tempore æstiuo niuatis. Et lampridius scribit Romanoꝵ imperatorem Heliogabalum: non nisi unguẽto nobili: aut croco piscinis infectis natasse: frigidis autem lauacris deditũ græco uocabulo: quo utitᷣ Seneca Psicrolutrem appellamus: nã lutra lauacra dicunt quæ ab aquis Nymphea etiãnum uocata.


Psichrolutes
Lutra
Nymphea


Rinarium locus ante balneũ fuerat: ubi urnas ponere solebant: unde nomen: ut sentit. M. Varro ĩ libris linguæ latinæ. Vrna ipsa: ut diximus: uas est aquariũ: hinc Vrnarium genus mensæ quadratæ in culina: de quo latius infra suo loco dicemus.

Vrna


Podyterium latine spoliatorium & spoliariũ locus est ad ministeriũ balnei: in quo se loturi aut sudaturi uestes deponebãt: meminit de illo Plinius cecilius ĩ epistola ad apolinarem pluribus locis: & hoc maxime: inde apodyteriũ balinei luxũ & hilare excipit cella frigidaria: in qua baptisteriõ amplum atq; opacum: ĩ frigidaria aũt cella quod frigidarium: ut nomen indicat frigida ueluti calida in caldaria: ĩ tepidario tepida lauabantur. Qui uero mercede seruanda ĩ balneis uestimẽta suscipiebat capsarius dicebatur: ut refert Vlpianus iureconsultus de officio præfecti uigilum.

Spoliarium
Capsarius


Aconicum sudatio concamerata dicetur formæ orbiculatæ ubi cruditatẽ stomachi excoquimus: locũ igne incluso per spiracula paruula calefaciẽte ꝑfurnio: hoc est fornacula ex terra & tubulis mãmatis quæ & mammæ addito tormento concinnata: quam sub nomine hypocausti multi signauere. nam hypocaustum uaporatium interpretamur. Papinius in siluis: Vbi lãguidus ignis inerrat ædibus & tenuẽ uolunt hypocausta uaporem. Plinius cecilius in epistola ad

Præfurnium
Hypocaustũ

Gallum de uilla laurentina. Applicitum est cubiculo hypo caustum perexiguum quod angusta fenestra suppositum calorem: ut ratio exigit: aut effundit: aut retinet. Alius omnino ab hoc erat Heliocamiuus uaporarium quoddam sola re: Et item Zetæ loca in pluribus ædium partibus modo sole multipliciter accepto modo ignibus tepescebant: Vnde Lampridius indicos inquit odores Heliogabalus ad uaporandas Zetas sine carbonibus iubebat incendi: Sed & præfurnium furni fornacisq; os patẽs dicemus: Columella de laconico: Mox deinde ut aptꝰ ueniamus ad ganeas quottidianam cruditatem lacõicis exquoquimus & exuto sudore sitim quærimus: noctesq; libidinibus & ebrietatibus: dies ludo uel somno consumimus: ac nosmet ipsos ducimus fortunatos: quod nec orientem solem uidimus: nec occidentem.

Heliocamius
Zetæ
Præfurnium

PRopnigeon proprie significat suffucatorium: utar enim hac dictione qnoad melior dabitur: est nãq; locus in balneis in quo ignis inclusus exæstuat: Pnigos græce: latine æstus & suffocatio: & pnigo suffoco dicitur: apud Pli. dictio est deprauata quæ an plinianæ sententiæ accomodari possit uideant eruditiores. Propnigeon equidem optime quadrat. & pro eo quod diximus accipiendũ est: nam balnei partes ĩter quas est propnigeon describens: adiacet ĩquit unctuariũ hypocaustũ: adiacet propnigeon balinei: refellẽdus nõ est illoꝝ ut manifestarius error qui Propylæon lectitant.

Pnigos

SPhaeristeriũ locus est balnei specie rotunda: in quo uaria exercitationũ genera ueteres habuere. Vnde Pli. in epistolis: Apodyterio suppositũ est Sphæristeriũ quod plura genera exercitationis: pluresq; circulos capit: Suetonius ĩ Vespasiono. Valitudine ꝓsperrima usus est quãuis ad tuendã eam nihil amplius q̃ fauces cæteraq; membra sibimet ad numeꝝ ĩ Sphæristerio defricaret. Sed ĩprimis ad exercitiũ pilæ fuit deputatus: quã græcci σφαιραν appellant: unde apud Senecã Sphæromachia pilæ lusoriæ certamen.

Shæriterium
Sphæromachia

Tinctorium
Baptismus

BAptisterium ĩ quo quis lauatur quasi lauacrum & tinctorium ac piscina ipsa: nam bapto intingo: unde baptisma ĩtinctio: Plinius ad gallum inde balinei cella frigidaria spaciosa & effusa: cuius in cõtrariis parietibus duo baptisteria uelut eiecta sinantur abunde capacia: & ad Appollinarem. Cella frigidaria in qua baptisterium amplum atq; opacum. Solium Item dicitur in balneis uas in quo lauamur: græci Pyleon uocãt. Celsus Interpositis duabus horis ĩ soliũ̃ is aquæ calidæ resupinus dimittendus est: sicut a genibus ad umbilicũ aqua teneat: Plinius lib. xi. de lacte Asinæ Poppea certe inquit Domitii Neronis coniunx quingentas per omnia secum fœtas trahens balnea℞ etiã Solio totum corpus illo lacte macerabat: extendi quoq; cutem credens: & alibi. Argento fœmine lauantur: & nisi argentea Solia fastidiant: meminit de illo Suetonius qui scribit Augustum Duretã id dictione hispanica nominasse: At soliũ occeãi primus ĩter princeps Alexander romanus appellauit: Solium Item Sella regalis græce thronos basilicos: Silius Italicus: Consedit solio re℞q; inuasit habenas: inde legimus in Solomonicis prouerbiis. Iustitia firmatur Solium.

Solium
Pyleon

Dureta

LAbrum manifestam ĩ hominis partibus habet significationem. Persius: Nec fonte labra prolui caballino qui uersus Scazon est teste Ruffino. dicitur & uas aquarium hypocoristicos etiam labellũ quo ĩ balneis præsertim maiores utebantur: Cicero Lab℞ inquit si ĩ balneo nõ est cura ut sit: in quo significatu acceperunt Plinius ĩ Epistolis & Statius ĩ Siluis. Labrum item ad oleum habuerũt olei factores Vnde. M. Cato in re rustica: Oleum in labrum primum indito. inde ĩ alte℞ dolium: de his labris amurcam semper fecemq; detrahito: sed & labra uinaria legimus.

Labellum

LIntea & quibus in balneis utimur sudaria territoria. Martialis. Ne tam sæpe teret lintea fullo tibi: & quibus Nautæ utuntur uelis. Vergilius Certum est dare litea retro. His æolus

primus nautas uti docuit ut ſcribit Diodorus:Plinius: ab Icaro uela reperta fuiſſe auctor eſt in ſeptimo. At in. xix. apud Traconem inuenta refert Carbaſa: candida ea fue runt: Candori pertinace potiſſimum gratia permanente. Ad Actium tamen Cleopatra purpureo uelo ueniſſe cum M. Antonio & eodem fuiſſe memoratur. Antea Alexan der Macedo in Indo amne nauigans uerſicoloria primũ in quodam ceramine nauali Naumachiam appellant: lin tea exhibuerat. Tranſierunt & lintea ad ſpectantium um bracula: id quod primus omnium. Q. Catulus campa nam imitatus luxuriam fecit cum capitolium dedicaret: Carbaſina deinde inuexit in theatro Lentulus ſpinter a pollinaribus ludis: mox Cæſar ille dictator totum forum obumbrauit. Vtraq; autem e lino: unde nomina fuere. Naumachia



Vttus uaſis genus erat ab eo dictus q; gutta rim funderet: autor. M. Varro in libris de lin gua latina: eo in balneis uſi ſunt Ro. ueteres ad oleum: quo poſt lauationem eorum corpora in Alipthesio hoc eſt unctuario ita enim locus dicitur un ctor qui græce aliptes & pedotriba ungere conſueuerat. Hinc Apuleius in floridis ampulam oleariam pro gutto poſuit. Fiebat autem ut plurimum e cornu bubalo. No biliores e cornu Rhinocerotis guttum habuerunt. Iuue. magno cum Rhinocerote lauari qui ſolet. Et Epigrã. poe ta in apophoretis Geſtauit modo fronte me iuuencus. Ve rum Rhinocerota me putabis.

Eleotheſium
Vnctuarium
Alipites
Vnctor
Pedottiba
Rhinoceros



Trigiles dictæ ſunt a ſtringẽdo: quod radere ſi gnificat: ut ſcribit Marcellus. Erant enim ĩſtru menta balnearia ideſt qbus utebantur ĩ balne is maiores ad abradendũ ſudorẽ: ut nũc linteis e corpore: & abſtergendas ſordes quas inde ſtrigmẽta ap pellarũt. Perſius. I puer & ſtrigiles criſpini ad balnea defer. Legimus apud Strabonem libro. xv. de moribus indo rum: Illos exercitium præcipue frictionem probare: & ma xĩe ſtrigilibus Ebeni leuibus corpora expolire: reges quo q; corpora ſtrigilum perfrictione curare. Scribit Apuleius

Stigmenta
Frictio

in floridis: Hippiam Sophistam multiscium & rerum ex/
perientia Dædalum sibi concinasse Strigileculam ita fa/
brefactam ut in manu capulo moraretur: & ex ea sudor
Strigilecula
riuulo laberetur: Pergamenæ Strigiles ut optimæ ab anti/
quis celebratæ Martialis in Apophoretis.

Pergamus has missit curuo distringere ferro
Ne tam sæpe teret lintea fullo tibi.

Apoxyomeni
Sordes autem e corpore radendo detergentes græci Apo
xyomenos: hoc est distringentes nominarunt: ut Plinius in
xxxiiii. historiæ nat. ostendit: licet & distringere se dicant:
qui se poliunt exterguntq;: id quod fere post quietem ma/
tutinis solemus omnes: Est & stringilis aluminis genus. Hi
spani uero strigiles uocāt auri natiui paruas massas: quod
super omnia solum in massa auro inuēto capitur: cum cæ/
tera in metallis reperta igni perficiātur: hoc statim aurum
est: consumatamq; materiam protinus habet: cum ita inue
nitur: ut idem auctor est Plinius.

Explicit Liber Primus Incipit
Liber Secundus.

FRANCISCI MARII GRAPALDI DE PARTIBVS AEDIVM LIBER SECVNDVS.



Nferioribus ædiū partibus q̃tum potui diligenter quæue his cōuenire uisa sunt breuiter dispositis: De basilica: cœnaculo coquina gynæcio: cubiculo: ualitudinario: facello: bibliotheca: armamentatio: granario: postremo de turri: ultimaq3 cōtignatiōe siue mauis tecto: quæ oīa superioribus partibus adscripsi: quia ordo id exigere uidebat̃: q̃uis eoꝝ plurima īferioribus quoq3 ad æstatis calores potissimū euitádos ꝑ locoꝝ cōditione & regionū diuersitate architecti addere cōsueuerint Hæc etiam ut ad fastigium domus īcœpta ꝑueniat subnectere cogimur In quis oībus īterpretandis si quid minus elegans q̃ doctrina tua expetebat honori cuius hæc est sacrata editio: si q̃d minus eruditū quā hæc tépora nostra exposcūt: & res ipsa de q̃ agit̃ postulabat inueneris: id omne tribue cū ætati tū negociis & publicis & priuatis. Mallui.n. subdialis promus ueniā deprecari: q̃ umbraticus cōdus uenia carere: Subcisiuis horulis ætatis anno. vi. & uigesimo olimpiadis q̃ngentesimæ sexagesimæ sextæ āno. ii. quod est dñici natalis millesimo quadrigentesimo supra octuagesimū octauū hæc nūq̃ agamus: publicus & priuatus interpres: nunc senator haud ingrata tñ. ut auguror: legētibus futura cōtexui non mediocri q̃dē labore: nō parua difficultate quæ fuere tot tāq3 uaria & uulgo incognita rimati excogitare: obiata locis suis ponere: posita ueteꝝ scriptoꝝ auctoritate firmare: ad illos. n. tāq̃ ad anchorā recurrere operæpreciū duxi: ut & fides locupletior haberet̃: & lector curiosus fontem e quo plurima posset haurire nō ignoraret: quibus causis ueniam apud te non solum: sed apud cæteros facile me adeptuꝝ: ut par est: existimans: ad superiora domus audenter ascendo animo equidē aut delectare iā doctos: aut idoctos (ut ille inquit) manifestius erudire.

Superiora

Subdialis promus

Vmbraticus condus

Scalæ contignatio pauimenta proce ſtrium. Caput .I.



Gradus

Calæ igitur a ſcandendo nomen acceperunt:quod his altiora ſcandimus:Gradus quoq; e ligno marmore laterculis ſunt per quos ad ſuperiora ædium & ædificiorum omnium aſcenditur autore Marcello Vergil. Poſteſq; ſub ipſos nituntur gradibus Plinius in trigeſimo ſexto.Porticuſq; aſcenduntur nonagenis gradibus omnes:nam proprie ex plurimis gradibus ſcalæ conſtant.M. Varro Gradus inquit duplicata ſcanſio. Scalæ uero quibus per gyrum aſcendimus a Cochleæ forma & Cochlides & cochleæ dicuntur. Fiunt & ſcalæ e teretibus lignis perticas uocant gradibus interpoſitis: & e funibus canabinis ambæ portatiles: utuntur illis putatores uindemiatores & nos domi ad plurima: his uero milites etiam ī urbium oppugnationibus ut ſcandentes muros introire poſſint: tales ut eſt apud Vegetium de de re militari Capaneus excogitauit: utuntur illis & fures & amantes ad furta: Aſclapiades medicus pruſienſis nullo unq̃ modo īfirmus ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum ueluti Elpenor morte ſubita exanimatus eſt.

Cochlides
Cochleæ
Portatiles
Scalæ
Perticæ



Solarium

Ontignatio:quæ triuialiter ſolarium: dicitur ſiue ſtrata ſit cemento laterculiſue: ſiue non ſtrata Plinius Sexquipedalis paries non pluſq̃ unam contignationem : tollerat Ammianus Marcellinus:ad contignationem turris tertiā aſcenderunt Prima autem ſi parietis firma ſoliditas patitur per teſtudinem concameranda. A tigno nomen mutuatur; quod in lege. xii. tabularum notat omne genus materiæ: ex quo ædificia conſtant: Inde Tignarius non ſolum qui dolabra lingua complanat: ſed qui ædificat nomen accepit: ut Gaius iureconſul. atteſtatur. Porriguntur autem Tra

bes suppositis mutulis a pariete in parietem ut fiat conti-
gnatio: superponũtur mox Tigilla quæ asseres transuersæ Asseres
illis tabulæ: tabulis rudus nouum siue laterculi uel tesseru-
læ cum calce: Antiqui mutulos e marmore parieti interse- Mutuli
rebant firmissime quibus imponebant capita trabium al-
ligata cum ansis & fibulis æneis ad trabeationem catenan
dam: apud nos e parietibus prominentes ex robore inscul-
pti ponuntur & sæpicule inaurantur Procerũ etiam nomẽ Proceres
adepti: Asseres ipsi e truncis arborũ stridula dentataq; e fer
ro Serra non solum ad hoc opus sed etiam ad compluria
alia mortalium usibus producenda secantur: quẽadmodũ
& Tabulæ: ad arculas: ualuas: fulcra & mensas: asseres etiã Tabulæ
bipenni & dolabra ex unico trunco quadrantur sic dicti ꝙ
trabibus parietibusq; assideãt: texturam coassationem uo-
citamus: ut tabulis tabulationem. Et Tabulata: inquibus si Cossatio
fissuræ fuerint rimæ proprie dicentur: nam & axes tabulæ Tabulatio
sectiles sunt Festo Pom. a quibus etiã assamenta & assulæ Tabulata
Trabes uero duo ligna compacta: qualia nectuntur ferreis Rimæ
clauis cum latitudo triclinii crassitudinem necessariam in Trabes
sola arbore non inuenit: fiuntq; firmissimæ ex robore & Axes
abiete: E iuglande facile franguntur sed id pronuntiant Assamenta
strepitu: quod in Antandro accidit ut refert Plinius cum e Assulæ
balneis teriti sono profugerunt: Ex Vlmo stilla marcescũt
& æuo præ cæteris corrumpuntur: uestiũtur & trabes alie Vestire trabes
na materia arboribus in laminas sectis: quas pulcherrimas
præstat Abies & utraq; populus.

PAuimenta quibus lacunarum nitor respõdere
debet ex ulmo ad cameras primum Agrippa ĩ-
thermis quas romæ fecerat trãstulisse legimus:
hæc fuere ex lapideis figlinisue crustis uitro te-
ctis atq; encausto pictis: quod opus e musaico: ut nunc ap
pellant Tessaltum dicitur ꝙ tessellis .i. paruus quadratis la- Tessellatum
pillis intextum sit: Pauimenta aũt sunt a pauire quod feri- Tessellæ
re significat quia fiebãt ut fiunt e lapidibus & testulis bene Museacum
pcussis addita calce. Pli. fractis etiã testis utẽdo sic ut firmi⁹
durent tusis addita calce q̃ uocant Signina: dicta hæc sunt Signina

Gannea barbarica:& testacea:latini festucas subiiciendo Gãnea nũ/
Grecannica cuparunt: sternũtur & cherostrata a cornibus:scalpturata:
Hypæthra subdialia quæ Hypethra:subtegulanea græcis hypostega:
Subdialia Græcanica:& Pœnica e marmore ut uolunt numidico:ꝑ/
Lithostrota terea Lithostrota e paruulis crustis marmoreis quasi paui/
Asarota menta lapidibus strata: quæ qdem sub Sylla cœptauere.
Subtegula/nea Sternunť & Asarota ĩ quibus Xenodorus primus clatuit:
nã Asarotũ strauit miro artificio paruulis testulis in uarios
Hypostega colores tĩctis:& imagines pictis. Vnde Papinius ĩ primo sil
Saros uaꝶ Tiburtinã uillam Vopisci describẽs:uarias ubi picta p
artes gaudet humus Superátq; nouis Asarota figuris. No
men ab a & saroscopo siue uero mutuanť:Scopa quoq; a
Eusaroton græcis saros dicta:Vnde Eusaroton:Tesserulas aũt quibus
instrata pauimenta uarianť dũ Versicoloria fiunt Emble/
Emblẽmata ta quidã dixere ueluti Sculptiones insertas:cũ Emballo sit
intersero:quæ ĩ lignis etiã fieri decenter uidemus: Materia
Rudus uero pauimenti saxa silicet cõtusa siue testæ fractæ & gla/
Rudus quo/modo rea cũ calce rudus nouũ uocatur. Nã & dirrupti pauimẽti
po stea rudus uetus nuncupať. Plinius cõplanatæ eãt uete
ri rudere uiæ. De nouo Vitruuius architectus: Tunc super
stratũ duces rudus hoc est saxa contusa duabus partibus
Rudetum & una calcis temperatæ constitues:unde Rudetum plenũ
rudere locum:& erudare rudera asportare.


PRocestriũ apud Pli.iunioré ĩ epistolis existimo
locũ esse diciq; apertũ & patulũ quo ꝓceditur
ĩ cubiculis cœnaculis & reliquis partibus supe/
rioribus:ait.n.in epistola ad Gallũ de uilla laurẽ
tina:Post hãc cubiculũ cum ꝓcestrio altitudine æstiuũ mu
nimẽto hibernũ:nã ꝓcestria ut Põpeius inqt ædificia sunt
Procoeton ante castra:uel quibus ꝓceditur in muro. Sunt tñ qui uelĩt
cũ procoetone esse legendũ loco ante cubiculũ nomen ex
græco sibi uendicante. Nemo est qui suam etiã deformem
ne dicã informẽ fœturã non probet. Fit autem Procestriũ
æqualibus columnaꝶ marmorearum lateritiarumue ĩter/
ualis patulum: super quarum epystilia arcus curuantur
Arcus ĩ ædifi. ut spetiosior sit structura: Arcus enim in ædificiis fornicať

in hyemiſculum:quẽadmodum & cæleſtis quem irim ap/pellant:& e cornu hippotoxotarũ uenatorũq̃ cõtenditur: ſpiculis dirrigendis aptiſſimus: hunc locũ ipſe exiſtimauerim dici poſſe pergulam cauedium ſiue hortos & plateas proſpectantem:in quo ambulare cõſueuimus:Vnde a pergendo fortaſſe pergula nominata:cui cõſimiles ſunt patentes exedræ:Vnde Vitruuius lib.vii.Apertis uero ĩquit ideſt Periſtyliis aut exedris aut cæteris huiſmodi locis quo ſol & luna poſſit radios ſuos ĩmittere.Nec me preterit Pergulam proprie locum notare in quo opera ſua uelut in propatulo artifices habebant:hinc legimus Apellem perfecta opera in pergula propoſuiſſe.In primas autem ædibus ſolaria tectaue ſepto ne quis cadat in preceps muniuntur: id loricam loticulam Peribolum ue nominare poſſumus:Nã lorica ſepimentum eſt apud hiſtoricos quo urbem cingũt obſeſſores: Peribolus uero accipitur a Diuo Hieronymo pro ſepto corona & circuitu: Petronins Arbiter lorica inquit ſiue cancellus eſt murus cœnaculorum ſeu quorumlibet ædificiorum oram ab iniuria lapſus inibi incedentis defendens.

Iris

Pergula

Exedræ

Loricula

Peribolus

Cancellus

BASILICA CAPVT .II.



ASILICAM quæ proprie publica eſt Regiã notans: cõmodato uocabulo dicere poſſumus locum domi ampliorẽ ĩ quo dominum id temporis expectant ſalutatores: Cliẽtes patronos diſputando:uel colloquendo:ſeruuli domĩos admiſſos ſedendo deambulãdo ue preſtolantur: fiunt interdũ & conuiuia maiora:choreæq̃ ad citharæ & tibiæ amenos concentus ducuntur:Et princeps ius dicẽs ibi quoq̃ ad tribunal ſedem habebit: cauſas

Pancratiastes
pentathi
Quíquertióes
palestrita
pyxagatus
pyctR
pugil
Funepeus
Schœnobates
Gymnasium
Gymnasi
arches
progymnas
mate
Scholæ
Diatribæ
Lucta
palestra
Discus

cognoscet & iudicabit.Ludi præterea ibidem a Pancratiastis pentathlis quos & quinquertiones dicimus: a Palestritis:Pyxagathis siue pugilibus qui Pyctæ: Petauristis Petamiariis:mimis funiabulis siue Funepedis quos græci schœnobatas: Athletis: præstigiatoribus: & id genus cæteris exhibentur.Verum ipse in ædibus locum peculiarem exercitationibus: ponendum existimauerim quod Gymnasiũ a græcis primo delectationis & exercitii gratia institutũ ut referente Cicerone in secundo de oratore didici græca dictione appellabitur.Hinc Gymnasiarches príceps gymnasii:& progymnasmata præexercitamenta:Licet postea philosophi gymnasia tenuerint & in illis disputauerint: quæ & scholæ & Diatribæ uocitatæ sunt. Exercitabuntur autem lucta quæ Palestra a laconicis Thucidide historico autore nudatis corporibus & oleo delibutis inuenta. Disco quo Apollo Hyacinthũ per imprudentiam interfecit:Haltere Saltu:Cestibus: Fole: pila trigonali. Harpasto:& cæteris ludricis exercitationibus:quæ profecto laudandæ sunt: unde Aristoteles politicoꝶ.viii.monet Ephœbos gymnasticæ disciplinæ exercitationi tradendos esse ut fiant agiliores & firmiores: Dedecet adolescentem iuuenem seniorẽ

Alee primo

etiam: ut sæpicule fit: Tesseris & alueolo tabellis ue pictis & Alea lydorum ut uult Herodotus inuento dies perdere. Legant latina eruditi:Vulgaria agrámatici qui uel propter

Humaniores
litteræ

ualitudinem uel ætatem corpus exercere nõ possunt:Omne tempus amittitur & uitæ non adscribendũ:quod humanioribus litteris nec domi nec foris impediẽtibus:quod artibus ingeniis:quod honestis exercitamentis non impartitur:Ocium sine uirtute mors est & uiui: ut inquiunt: ho


Gymnosophistæ

minis sepultura:Non possum non laudare non præconiis efferre Indorum Gymnosophistas: qui ne torpore animi: desuetudine ocioq; ocioso corrupti uiui atq; uidentes: ut ait Lucretius:uitam perderent:Cum mensa posita ex diuersis locis & officiis ad frugales epulas conuenirent Iuuenes interrogabant: ut a prima luce ad illud diei rationem bene recteq; gestorum cõmemorarent:qui nihil habebat of

ferre unde prandetet Impransus foras ad opus aliquod extrudebatur. Quæ quidem optima consuetudo utinam hac tempestate saltem a nobis reciperetur. Discerent profecto multi laxius tempore tanquam gratuito abutentes illius rationem iuxta Catonianam sentẽtiam reddere: cuius iacturam naucifacientes in crastinum semper differunt sana consilia: dum uitæ nullum maius dispendium sit q̃ dilatio: postq̃ spiritus homini datus est precatio: Ve homini q nullum aliud habet argumẽtum: quo se probet diu uixisse præter ætatem.

Consuetudo optima

COENACVLVM CAPVT .III.



OENACVLVM Locus appellatur ubi cœnamus ut autor est. M. Varro in libris de lingua latina: & proprie in superiore ædium parte: Cœnatio uero aut Dietæ in imaNã & superioris domus uniuersa cœnacula dicta. Vnde cœnacula ĩquit Pompeius ad quæ scalis ascẽditur. Et Suetonius cœnaculum meritorium dixit mercede conductum: cum superiora inquilinis locarentur: Iuuenalis de pauperibus: nam quæ meritoria somnũ admittunt. Item rarus uenit in cœnacula miles. Tricliniũ quoq; quod Cicero Cõclaue: idẽ locus dicebatur: in quo tribus totis mensisue stratis comedebant præcipue conuiuio accepti. Apuleius l.x. Iã deniq; cœnati e triclinio dñi decesseramus: Huius quãta latitudo fuerit bis tanta longitudo esse debet symetrica ratione: ut Vitruuius in.vi. testatur. Inde Architriclinus qui conuiuio præest nomen accepit. Inde mappæ: inde lecti trichlinares. Plau. in bacchidibus a duobus lectis biclinium formauit:

Cœnario
Dietæ


Triclinium
Conclaue

Architriclinus

Biclinium ait.n.Aduortite Mnesiloche & tu pistoclere iam facite ĩ biclinio cum amica sua uterq; acubiltum eatis:ita negotium est: atq; ibidem ubi sunt lecti strati poteris cito κλινη nãq; græce lectus dicitur latine:Hinc Hexaclinos torus discubitorius qui sex capiebat.Martialis.Et testudinẽ mensus quater hexaclinon:Habuerunt antiqui & quæ ab herbis stibadia appellauere:ex marmore postea:ueluti apud Plinium ĩ epistolis:Martialis eo disticho cui lẽma est stibadium ĩquit Accipe lunata scriptum testudine sigma:octo capit: ueniat quisquis amicus erit.

Hexaclinos

Stibadia



FEnestra qua lucem accipere loca cõsueuerunt: Ouid.Qua lumen thalamis patua fenestra dabat.Nonio Transena dicitur: quæ & extẽtum funem notat apud Plautum & Salustium : Cicero ĩ oratore quasi per transenam prætereũtes stricti aspeximus:Ammianus:tãq̃ e trãsena simul emissis:Debent aũt & cubiculis & bibliothecis ut scribit Vitruuius ĩ primo fieri orientem uersus fenestræ:quas etiam Auicẽnas cõmendat:quoniam sol matutinus intrans aerem purificat: Verũ cum pro cõditione tempor̃ loca sint in ædibus disponenda ita ut cubicula ut triclinia habeamus & æstiua & hiberna:ne ciconiæ negrues hominibus prudentiores uideant̃. Fenestræ cõmendabuntur per æstates septentrionem spectantes:hyemales uero aerem meridianalem introducẽtes Nos attamen orientales:si fieri potest: quibuscũq; fere locis impendio laudamus:Necessaria omnibus sunt specularia ut sine aeris nocumento cum uolumus lux admittatur cũ transluceant utpote olim facta e speculari lapide trãslucido:nunc autem e uitreis orbibus uel tessellis plumbo iũctis:hinc Seneca ad Lucilium lib.xiiii. quædam nostra demum prodiisse memoria scimus:ut speculariorũ usum per lucente testa clarum trasmittẽtium lumen:sed charthaceæ etiam scedulæ:& lintea cæra alba & caprino seuo inuncta modo probatur. Vulpianus iureconsultus Specularia inquit & uela frigoris causa imbriũ in domo sunt:instrumẽto domus non contineri Cassius existimabit. Verũ addere

Specularia

Cancelli

prius oportet claustra e tabulis quæ super cardines uelu ti de foribus dictũ est deuoluantur:ea tamen arte cõpacta ut per rimas tabulaꝶ aer nocturnus intrare & dormienti bus obesse non possit:hic Subscudes primis tabulis æque ĩmittuntur: Cancelli nãq; appellantur ligna modicis inter uallis inter se intransuersum annexa:quibus muniuntur fe nestræ. Diuus Hierony: Solomonis Prouerbioꝶ septimo De fenestra domus meæ per cancellos prospexi iuuenem uideo paruulũ: Et cancellis distincta est curis elephantoꝶ: Inde cancellata dicta a Plinio in octauo sic scribente:sed cã cellata cutis & inuitãs id genus animalium odore:ergo cũ extẽti recepere exanimata arctatis ĩ rugas repente cancel lis compræhensas enecant: Antiqui etiam cancros dixerũt Vnde Hyppocoristicos cancelli: a quibus cancellare uer bum deductum ex inductione Linearum transuersarum: & ab eo cancellarii qui scribæ grãmateiq; uocantur: Et cla trii quoq; quibus aliquid munitur aut sepitur nuncupati. His utimur ad fenestras: Inde Clatrata fenestra apud Plau tum in milite cum inqt:mirum est facinus quomodo hæc hic transire potuerit:nam certo neq; solarium apud nos est neq; hortus ullus: neq; fenestra nisi clatrata: Clatri apud M. Catonem in re rustica ligna sunt caueatum quibus hæ muniuntur.

Clatrata fenestra

Subscudes

Cancellarii

Scribæ

Clatri

Grãmatici

Clatrata fenestra



LAquearium siue lacunata lacu trabe ĩ ædificiis plana triclinii cubiculiq; partem superiorem si gnificat:sed lacus etiã dicitur lacunar: Suetoni us in Nerone lacunaria quæ noctu super dor mientem laxata machina deciderent parauit: & Verg. Sũ miq; ferit laquearia tecti. Primus Pamphilus Brietis filius Apellis preceptor Lacunaria pingere instituit: nec came ras ante eum taliter adornare mos fuit:ut scribit Pli. qui lu xum romanoꝶ notans sic etiam in. xxxiii. inquit: Laquea ria nunc & ĩ priuatis domibus auro teguntur:post cartha ginem euersam primo inauratu sunt in capitolio censura. L. Mũmi inde transiere in cameras ĩ parietes quoq;: qui & ipsi tãq̃ uasa inaurantur: Propertius in tertio elegiaꝶ: nec

Lacus

Lacunar

Laquearia picta primo

Lacunaria aurata primo

camera auratas inter eburna trabes: Papinius in primo sil- uaꝝ: Robora dalmatico lucent satiata metallo: Salaucis quoq; regis colchorum aureæ cameræ argēteæ trabes & columnæ: atq; parastatæ fuisse narrant uicto Sosestre ægy pti rege ditissimo: sed imprimis Versatilia admirationi fue- re cum aliam ex alia faciem ostentarent.

Versatilia
Laquearia
Lucerna



POlimyxos lucerna dicitur quæ multos habet angulos & in his funiculos illustrandis cōuiuiis accomodamus unde Mart.ī Apophoretis. Illu strem cū tota meis conuiuia flāmis: Totq; gerā myxos: una lucerna uocor: Lucerna aūt græce Lychnus. Verg. Pendēt lychni laquearibus aureis: & Lucretius Lu- mina pendentes lychni: Lacunaribus.n.eos appendebant ueteres ueluti nos candelabra Orichalcea quæ recte appel labimus Pensilia: ut lychnum pensilē illi dixere: primi ægy ptii lucernæ usum monstrauere ut est apud Eusebium.x.p̄ parationis euangelicæ: a lychno Ellychnium est qui lucer- næ adhibetur: & flāmā nutrit funiculus Pli.ī.xxxv. de Sul phuris generibus. Quartū cauton inquit ad Ellychnia ma xime conficienda q̄uis omnes fere codices habeant lych- nia quod etiam placet: cum lychnia græce sint cādelabra aliquādo & eadem quæ ellychnia: sed meam magis amo fœturam: Demosthenis oratiōes ad lucernam lucubratas dixerūt Ellychnion redolere: sed & thryallida & Phlomō uocant: a lychno quoq; lychnobios ad lucernas uiuentes qui noctibus uice dierum utuntur nominarūt: Seneca epi- stolarum ultimo: Nihil consumebat nisi noctem: Itaq; cre- do dicētibus illum quibusdam auarum & sordidum uos inquit & lychnobium dicetis: lychnuchi autem lychnos amplectuntur: & sane ita nominatur apud græcos quicq̄d lucernas sustinet: ut īter astra ophiulcus id ē ut Columella uertit anguifer: & Daduchus tedifer: Sceptruchi reges Ho mero Sceptriferi: at cliduchus clauiger: Vtilissimi uero lu- cenarum funiculis habentur floculi quidam in pilulis ro- boreis nascentes: Vnde Plinius in decimo sexto de fructi- bus quos robur producit: Nascuntur in eo inquit pilulæ

Lychnus
Pēsilia cādela- bra
Pēsilis lychnꝰ
Cauton
Ellychnium
Lychnia
Lychnobii
Thriallis
Phlomos
Lychnuchi
Ophiucus
Daduchus
Septruchi
Cliduchus

nucibus non absimiles intus habentes floculos molles lucernarum luminibus aptos nam & sine oleo flagrant:sicuti galla nigra:Quo loco a ueritate historiæ recedentes quidam flosculos legitant . Ipsi autem lucernarum candelarumq; funiculi cum nimium exusti flãmam lucidam non emittunt emunguntur quodã instrumento:quod ab emũgendo emunctorium appellabitur:qua dictione in alio tamen significatu utuntur medici . Emungere quidem proprie est nares pituita muco & sordibus superfluis purgare. Vnde in prouerbiis Solomonicis tritum illud adagium : qui uehementer emungit elicit sanguinem:& quemadmodum qui nares habet emunctas acrius olfacit & clarius loquitur : ita candelæ emunctæ super fluitate funiculi in fungos iam consumpti limpidius splendidiusq; lumen emittunt:Plau.lychnium emũge parumper ut uideat anus ubi pedes ponat.

Funiculi

Emunctoriũ



Bacus mẽsa dicitur structoria quam poculis ornare cõsueuimus:ut etiam e marmore Delphicam : quæ cortinam tẽpli antiquitus notabat. Ausonius:fama est:fictilibus cœnasse.Agathoclea tegem:atq; abacum samio sæpe onerasse luto .M. Cicero in tusculanis questionibus abacos inquit cõplures ornauit auro argentoq; cælato.Est & abacus res depingẽdis designandisq; aptissima formis:ut scribit Mart.Capella in geometria:Persius:Nec qui abaclni hũeros. Et Apuleius ĩ apologia magiæ prima. Abaco & puluisculo te dedisses : & abacus columnarũ cubile ut Vitruuius hoc est planicies structa ad sessum habilis : Abaculos uero dicemus Calculos ad numerorũ dispunctiones supputationesq;: a quibus ut uideo supputandi peritiam quam Plato Logisticen uocat Abacum neoterici nominarunt.

Delphica Cortina

Abaculi

Logistice



Anubium quo manus lauantur:ut scribit Põpeius:quemadmodum peluuium uas: quo pedes sunt loti : & peluis : hinc de Seruatore legimus : Misit aquam in peluim & cœpit lauare pedes. Nonius hãc uas aquarium existimauit ĩ quo uaria

Peluuium
Peluis

Truellum
Manalis
Vrceolus

perluuntur unde nomen. Idem maluuium truelum appellat: cuius orceolum aquæ manalem inquit núcupamus: q eo aqua manans in truleum effundatur: At seruius lebetē uasculum iuterpretatus est: in quo aqua cadit cum manus lauantur: Sed lebetes quoq; legimus coquinatios: ab aliis Pollubrum etiam nominatur.


Lebes
Pollubrum
Gutturnium
Aquiminariũ



Vtturniũ aquiminariũ idest uasculũ quo aqua guttatim in manus mittitur per colli angustias a guttis nomē accepit autore Pompeio apud nos gutturniis pminens quoddam angustæ lingulæ inest in fronte: quod aquam emittens Epistomion appellare poterimus: licet proprie epistomiũ dicatur ĩ frontibus manu fabrefactis: In quibus sunt lĩgulæ tubuliue plures aquã: ut supra diximus trãsmittentes. M. Varro ĩ tertio reĩ rusticæ: in primis radiis esse epistomiis uersis ad unum quęq; factum sic ut fluat in cõuiuam. Et Seneca in. xiii. ad Lucilium: Nisi aquã argētea epistomia fuderint: & adhuc plebeias fistulas loquor: Deprauati codices habent epitoma: quod eradi debet & substituẽdum epistomia: id quod ab eruditissimo Philippo Beroaldo præceptore meo haud pœnitendo audiui: cuius pensiculato iudicio scriptisq; minime triuialibus fidem eam habeo indubitatam: quæ olĩ Delphici Apollinis oraculo habebatur: cuiq; acceptum quicquid in me est referens Thaletis quam Mandraitum is poposcit mercede mutbiq; dependo.

Epistomium

Philippus
Beroaldus



Andelabra sunt quibus candelæ dũ ardent cõtinentur: a quibus nomen mutuantur: ut refert Macrobius ex. M. Varronis rerũ diuinarũ autoritate. Pli. M. Var. & Martialis de candelabro præmisso lemmate sic scribens. Nomina cãdelæ nobis antiqua dederũt. Non notat parcos uncta lucerna patres: Ex argento auro etiam his utunť nostra tēpestate princeps & antistites: cæteri ex oricalcho: pauperiores e ligno: ut olĩ ex rei familiaris angustia: Hinc exiit disticon. Esse uides lignũ seruas nisi lumina fiet: De candelabro magnus lucerna tibi. Candelæ ipsæ & ex cæra fiunt: quæ in primis ad rem di

Candelæ

ulnam flaminibus:potentioribusq; in ædibus seruiũt:& ex sepo uulgares quæ sepatiæ dici possunt. Vñ Apuleius:Tota domus completur tedis luceruis:cæreis:sepatiis:& cæteris nocturni luminis instrumentis: ubi sepatium a sepo deduxit:quod etiam seum:dicitur animaliũ bifidas ungulas habentiũ & cornigerorum. Candelæ quoq; laminis corneis ita compositis:ut uentus flammam extinguere non possit includuntur:laternas appellãt. Martialis: Dux laterna uiæ clausis feror aurea flammis. Plinius. xxii. Vrorum inquit cornibus barbari septemtrionales potant: & mox: apud nos in laminas secta translucent: atq; etiam lumen inclusum latius fundunt. Et Plautus in Amphitrione Quo ambulas tu qui Vulcanum in cornu conclusum geris? Pauperiores inter nos loco cornu: & uesica & papyro utuntur: Cæreus autem a cæra dictus est:ut nomen indicat:de quo epigrãmatarius poeta in apophoretis; Hic tibi nocturnos præstabit cæreus ignes: Subducta est puero namq; lucerna meo. Quo loco puerum pro seruo accipt Aduersitore: ita enim dicitur seruulus inquit ad dominum foris cœnãtem ut illum domum reducat & comitetur: autor Donatus Apuleius in decimo: At intus cærei præclara micantes luce nocturnas nobis tenebras inalbabant: Cæreos saturnalibus muneri dabant humiliores & tenuioris census homines locupletioribus: quod autore Pompeio cæreis ditiores pauperes candelis uterentur. Hos antiqui funalia a funibus dixere. Silius Italicus punicorum sexto:cui nocturnus honos funalia clara: sacerq; post epulas tibicenus adest: ubi loquitur de. Cn. Duilio: Cui pœnis bello nauali ad milam uictis:& quinquaginta nauibus captis concessum est a senatu:ut reuertenti a cœna tibicen caneret & funale preferetur:a funalibus funera dicta:nã mortuos sepelientes funebri pompatico honori illa maiores adhibuere. Funerũ autem & sepulchrorum usum pluto qui Agesilaus: summanus. Dis. Orcus. Vedius: & Styglus Iupiter dicitur introduxit:ut est apud Diod. Hinc uita functis dominari existimans. Funebris pompæ lex est ut funus precedat nos

Sepatium
Sepnm
Seum
Cæreũs
Aduersitor
Funalia
Funera
Plutonis nomina

sequamur tanquam post defunctum morituri: Cæterum Funeras antiqui dicebant ad quas funus & dolor pertinebant: ut sororem matrem uxorem: Nam Præficæ sunt planctus principes non doloris: utpote ad lamentandum conductæ:

Funere
Præficæ



Alix uitreus uasculũ e uitro quo bibimus ideo nuncupatur ꝙ eo calidam bibebant antiqui: ut refert.M.Varro in libris linguæ latinæ:nam & calidam & frigidam conuiuiis ueteres adhibuerunt.Iuuen.Calidæ gelidæq; minister. Vitreus autem a uitro quo constat:id translucidum est: plura habens genera uascula ex eo apud nos uitrearii producunt ad usus in primis mensaꝝ:& quibus papyro uiminibusue itectis uiatores utuntur ad uina portanda:unde uiatoria nominatur sed nonũq̃ & lignea stánea coclacea fictiliaq; ad hunc usũ habentur:Plinius Vasa uiatoria e taxo uinis in gallia facta mortifera fuisse cõpertum est:uitreariis officinis nunc Venetiæ:ut olim Sydon nobilitantur:Calix item uas ad obsonia.Ouidius ĩ fastis:Stant calices minor inde fabas olus alter habebat:&.M.Varro:Calix inquit a caldo ꝙ in eo puls calida apponebatur. Fuerunt & calices gẽmati a gemmis maiores nãq; calicibus gemmas inserebant: & præcipue smaragdos:unde Plinius.xxxiii. Nec hoc fuit satis turba gẽmaꝝ potamus & smaragdis teximus calices:ac temulẽtiæ causa tenere indiam iuuat:Silius Iam simul argẽto fulgentia pocula mixta quis gẽma quæsitus honos: quæ res usq; adeo creuit:ut multi gemmas digitis detractas poculis adderent.Iuuenalis:Nam uitro ut multi gẽmas ad pocula transfert a digitis.Et Mart. Gẽmatum scythicis ut luceat ignibus auꝝ: Aspice quot digitos exuat iste calix. At calices fictiles cululllos appellamus.

Vitrum
Vitrearii

Gemmati
calices

Gululli
Cristallus



Ristallina uasa & pocula dicuntur ex cristallo: qui lapis est ex aqua purissima sub terra cõgelatus:autores Diod. A. Gellius ex Aristotelis libris & Seneca naturalium quæstionum tertio Nãq; glaciem esse certum est;unde & nomen græci dede

runt. Papinius in siluis: Raraq; longæuis niuibus cristalla gelari: Et ecclesiastici. xliii. dicitur Aquilo flauit & gelauit cristallus ab aqua: quod cristallina essent in precio apud ueteres Plinius ostendit: qui in. xxxvii. refert matremfamilias nec diuitem Trullam cristallinam sestertiis cētum quīquaginta milibus prestinasse: & Neronem in suprema ira calices duos cristalinos fregisse nūcio rerum amissarum accepto: Suet. Scyphos quidem nominat: séd cristallinos fuisse nō scribit: quos a cælatura carminis homerici Homericos Cæsar ipse appellabat: Nam pocula quoq; & escaria ad usum mēsæ insculptionibus exasperantur: hinc toreumata: hinc Anaglypha: & Triglypha cum emblematis uenustantibus. Epigrámat. poeta Artis phidiacæ Toreuma clarum. Item Et mensis anaglypha de paternis. Salustius Cū tabulas toreumata signa emūt: noua dirruunt: aliud ædificant. Latini nunc cælata: at ueteres Ancesa uocauere q̄ circūcedendo fierent: autore Pompeio: primus Phidias cælādi inscunpendiq; artem: quæ est Toreutice: demonstrauit: In Corynthiis inquit Plinius æs placet auro argentoq; mixtum: in cælatis ars & ingenia.

Syphi homerici

Toreumata
Triglipha
Anaglypha
Cælata
Ancesa
Toreutice
Corinthia



Vrrhina pocula ex murrha humore quodam sub terra calore concreto murrhinarii produducunt Plinius in trigesimo tertio. Murrhina & Cristallía ex eadem terra effodimus quibus precium faceret ipsa fragilitas: oriens mittit: nitor est his & uarietas colorum circūagentibus se maculis in purpuram cādoremq;: est & in odore aliqua cōmendatio. Mart. in Apophoretis de murrhinis premisso lémate. Si calidū potas ardēti murrha falerno Cōuenit: & melior fit sapor inde mero. ea in urbē primum iuuexit mithridatica uictoria Pōpeius: quorum mox preciū adeo ī dies creuit ut poculum murrhinū ad sextarios tres capax. lxxx. sestertiis emptū fuerit. .T. Petronius uir consularis moriturus inuidia Neronis principis murrhinam trullam trecentis sestertiis emptam fregerit ut mensam eius exheredaret. Horum meminit & inreconsultus. Diuus Augustus capra Alexandria nihil si

Murrhā
Murrhinarii

preter:calicem murrhinum retinuit.

Potoriū uas



Oculum & ipsa potio & uasculum potorium nuncupatur. Cicero:caret epulis extructisq; mē sis & frequentibus poculis:caret ergo uinolentia cruditate & insomniis: Veg. Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ. Lucretius & sedare sitim prius est q̄ pocula natum. Silius Italicus. At celtæ uacui capitis circundare gaudent Ossa nefas auro & mensis ea pocula seruant. Dicuntur autē pocula a potatione:ut scribit Marcus Varro:quorum quidem uaria sunt nomīa:sicut diuersæ formæ: ut scyphus:quo usus est Hercules: Calix qui a græcis κυλιξ:ciathus:nibus qui etaim ipsa effusio: Cymbium:carchesium:amula:bicos biceriūue:obba:trulla: cratera:aliphanum: patera: luter quo uinum aqua miscetur: unde mixtarium capides:cupa & phiala ex uitro nimis frigide:ut uolunt:quod græce hyalos dicitur: a quo hyalina uitrea & hyalurgos uitrearius:nā aureas & argenteas phialas legimus horum nonnulla: ut cantharus ansas habent quibus apprehenduntur. Varro diuinarum libro .v. aras tradit ansas primo dictas q̧ erat necessarium sacrificantes illas tenere:hinc peritissimus Maro æneidos.vi.inquit. Talibus orabat dictis arasq; tenebat. Plautus in Persa Ansatū dixit hominem qui gloriose ambulat brachiis instar Ansarum extantibus & subnixis: Compluria etiam nasum in summo: Iuuēalis siccabis calicem nasorum quatuor:est.n. nasus in poculis & uasis cæteris quo fluit & egeritur humor: Omnia autem mensis apta quæ sunt uascula & potoria & escaria epitrapezia uocantur: unde Papinius in siluis: Vindicis poculum epitrapezion celebrat: de quo meminit & Martialis:dictio est græca ab epi præpositione & trapeza mensa deducta:inde trapezitas mēsarios campsarios argētarios colybistas & numularios uocitatūt quod: mensis utantur. Suetonius in Galba: numulario non ex fideuersanti pecunias manus amputauit:mensæq; eius affixit: & Ioannis secundo de seruatore dictum est. Numulariorum æs effudit & mensas subuertit.

Scyphus
Calix
Ciathus
Nimbus
Luter
Mixtarium
Bicarium
Phiala
Hyalos
Hyalina
Hyalurgos
Ansæ
Cantharus
Aræ
Escaria
Epitrapezia
Trapeza
Trapezitæ
Campsores
Nasus ī poculis
Colybistæ
Numularii


Pyroton græci uocant uas frigidarium: Vnde Plinio in trigesimo sexto calices Apyroti etiãsi legitur quandoq; Pterotos: nam calida & frigida in cœnis usos scimus ueteres: hinc ipse crediderim Apyrotum nos posse: Refrigeratorium appellare uas illud patens in quo uitreo Porcellanico argenteoue: & pauperioribus figlino frigida pleno per estates poculis imissis uina & decoctam refrigerare solemus: ueluti olim apud Romanos in niue mensibus etiam æstiuis (ut iam dictum est) seruata refrigerabantur.

Pteroti

Refrigeratorium


Rceoli fictiles ut Caprunculum & calpar nũc ad uina dicuntur e terra facti: quibus etiam potentiores olim usos credimus: nãq; figlinarum opera apud antiquos in precio fuere: ut autor est Plinius in.xxxv. sic scribens: Figlinaꝝ opera imbricibus tabulis teguliscq; ad balnea mãmatis: uel ad tecta coctilibus laterculis frontatiscq: aut quæ rota fiunt etiã fictilibus doliis ad uina excogitatis & ad aquas ꝓpter quæ Numa rex.vii. collegiũ figuloꝝ ĩstituit: & mox: maior quocq; pars hoĩum terrenis utitur uasis: Samia etiãnum in esculẽtis laudantur: retinẽt hanc nobilitatẽ & Aretium in Italia: & calicum tantũ surrentũ Ausonius: Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem: Matt. Aretina nimis ne spernas uasa monemus: Lautus erat thuscis Porsena fictilibus. Vrceolos autem pocula & id genus multa ĩ supellectile ex argilla: ita enim terra appellatur primo Chorebum figulũ atheniensem legimus formasse. Plasticen uero quæ imagines ex argilla effingit omnium primos in samo Rhoecum & theodorum: ut alli Dibutadem Sicionium filiæ opera excogitasse: Lactantius scribit Prometheum primo simulacrum hominis de terra fecisse: hinc locus fabulæ datus ipsum igne cælesti hominem e limo factum animasse: licet Higinius ad miram ingenii excellentiam: Eusebius uero referat ad humanitatem & scientiam ad quas a feritate & nimia imperitia mortales traduxit & quodãmodo reformauit. Qui uero urceolis & lagœnis uina e cella uinaria

Caprunculũ

Calpar

Figlinaꝝ opa

Figlina primo

Argilla


Plastice

Rheocum

Oenophorus
Vinifer
Dorophorus
Melophorus

fert ad Triclinium is eleganti uocabulo dicetur Oenophorus: nisi mauis eum Viniferū noīare: Veluti Dorophorus dona ferens: Melophorus poma: & id genus innumera.

Ientaculum
Prādiculum
Silatum
Acratiſmon
Prandium
metenda
Antecœnium
Cœna
Veſperna



Enſas lectus triclinares diſcubitorios appellamus quibus poſitis cibos capimus. Oui. Nunc dape nunc poſito menſæ nituere lyeo. Apuleius de Aſino aureo menſas dapibus largiter inſtructas accumbunt. Si mane diſcumbimus Ientaculum id eſt prandiculum is primus cibus uocatur: ueteres ſilatū acratiſmon græci dixere: ſi tum poſtea prādium: ſi meridie merēda: ut ſcribit Nonius quæ antecœnium: ſi ueſpere cœna: unde ab antiquis autore Pompeio: ueſperna eſt nominata: quod uero nunc eſt prandium cœna dicebatur: Sicq̧ nulla fere pars diei comeſationibus erit immunis: Damnabat bis die ſaturum hominem fieri Plato diuinus: ut creditur: philoſophus: At nunc quidam: ut porci ad aquiliculū ſorbitione: non ſolum bis: ſed & quater crapula ſeſe iugurgitant tanq̃ ad perdenda eſculenta geniti: unde Suetonius de Vitelli imperatoris luxuria Epulas inquit trifariam ſemper: Interdum quadrifariā diſpartiebat in ientacula & prādia & cœnas comeſationeſq̧ facile omnibus ſufficiens uomitandi conſuetudine: comeſatio ipſa cibus potuſq̧ dicitur qui poſt cœnam ſumitur: uel potius quacumq̧ hora extraordinaria: Sunt enim adeo multi gulæ uoraciſſimæ & in explebilis Barathri ut ad comedendum natos ſe tantum exiſtiment: hic Philoxenum Erixidis & Gnathonem Siculum gulæ proceres immo uero perdiros Gulones ac extremæ cupediuoras infamant Litteratiq̧ conuiniis adhibiti emungere ſe in pultariis ſoliti eſſent: ut abſtiuentibus cæteris ſoli epulis: ampliter fruerentur nulla conuictorum habita ratione: hic eſt ille Philoxenus qui Gruis collum a diis immortalibus ſibi dari optabat cum diceret non eandem ciborum eſſe rationem: Sed partim linpuam partim gulam ſua mouere ſuauitate: Socrates uero ſanctiſſime dicebat: moltos homines propterea uelle uiuere ut ederent

Domeſatio

& biberét:se se bibere atq; eẽe ut uiueret. & Aulus Gellius quis inquit habens aliquid humani pudoris uoluptatibus istis duabus comedẽdi atq; coeundi quæ sunt homini sue asino communes gaudeat? A cœna autem inter cætera sit domicœnium quo usus est Martialis: Et cœnatoria quæ recidipna & triclinaria uestiméta ad usus cœnæ: hinc exiit distichon: Nec fora snnt nobis nec sunt uadimonia nota: his opus est pictis accubuisse toris. Plautus Incœnem si/ne cœna dixit. Est & cœnipeta qui libenter petens alienas cœnas Parasiti sæpicule personam induit: dum diuiti assen tatur: dum blanditur & interim non toleranda suffert ci/bi & uentris gratia. hinc legimus Heliogabalum impera/torem Parasitos ad rotam aquariam ligatos cum uertigi/ne sub aqua misisse & rursus ad summum reuoluisse: ita ut eos Ixionios amicos uocaret. Mensam ipsam quam Ca to amicorum parentem ac procreaticem putauit uacuam tolli non sinebant Romani ueteres: sed omnino cum ali/quid superesset intepretantes semper de eo quod nunc a/dest aliquid in futurum relinqui oportere: ac per hodier/num crastini meminisse: ut scribit Plutarchus in proble/matibus: At in proteruia sacrificio mos fuerat epularum reliquas & fragmenta in ignem mittere: ut consumeren/tur: hinc innotuit scoma siue dicterium illud Catonis: Nã cum Albidius bonis suis abliguritis nouissime domum quæ superfuerat incendio perdidisset: proreruiam homi/nem fecisse dicebat: quod enim comesse non potuerat id combusisse. In maximo autem prætio habitæ sunt apud antiquos mensæ citreæ: quas ut Plinii uerbis ex decimo tertio loquar: Fœminæ uiris contra margaritas regerunt. Extant hodie Marci Ciceronis in illa paupertate: & quod magis mirum est illo æuo emptæ libris undecim: Cum his memorantur: & Galli Asinii: quæ libris undecim uenũ datæ sunt: & duæ a Iuba Rege uenditæ quarum alteri pre tium fuit libris quindecim: alteri paulo minus: honos præ/cipuus in uena crispis oblongo discursu uel intorto: ille Ti grinæ: Pantherinæ appellantur. Fiebant autem eo ar/

Domicœniũ
cœnatoria
Recidipna
Incœnis
Cœnipeta
Parasitus
Ixioni amlci
protoruia
Scoma
Dicterium
Citreæ mẽsæ
Tigrinæ
Pantherinæ

tificio ut dimidiatis orbibus non tantum rima sed nec cō-
missura usquam appareret: ueluti abiegnæ a nostris fiunt
Saptus materiariis non sine glutino composito ex caseo Sapro.i.
Acernæ mēse marcido sed recente: & calce uiua faberrime: Vtebantur
Eboreæ & acernis ex acere arbore factis unde nomen: Apud nos
Ebrutæ candore probantur Eboreæ:Eburatæq; ebore intectæ: &
Cupressinæ cupressinæ propter odorem: fiunt & ex Abiete ut dictum
Centra est & iuglande:quarum pulchriores habentur quæ centra
& spiras non habuerint:hæ conuolutas uedas ostendunt:
illa duritiem clauo similem ferris inimicam: Sed illarum
Segmentatæ mensæ pulcherrimæ lignorum bracteis siue potius presegmini-
bus & tessellis diuersicoloribus glutino compactis uermi-
culatim fabrefactæ:quas segmentatas quidam nominant:
Vt sint segmentata a segmēto opera e ligno tessellatim de-
Segmentum picta.Segmentum.n.dici potest quoddam quasi ramentū
& sectio:Plinius de marmoribus in.xxxvi.Crassior harena
laxioribus segmentis terit & plus erodit marmoris: Inde
uestes segmentatæ segmentis hoc est punctulis & bracteo-
lis aureis siue argenteis minutim depictæ: Plautus quam
pulchræ segmentatam uestem:segmentum rectius dicitur
monile qꝑ sit ueluti quidam circulus:uel ut alii qꝑ quibusdā
bracteolis quasi presegminibus constet & diuidatur: nam
segmentum a seco nascitur c in g mutato: ueluti a fingo
figmentum a stringo strigmentum ut sit quasi secamentū.
Circuli Vnde partes mundi in quas uniuersa terra digeritur & no-
Paralelli stri circulos græci Paralellos dixere segmenta eleganter pli
nius applleauit cum īquit Quinto continetur segmēto ab
introitu caspii maris.Bactria:hiberia:Armenia.Sunt & qui
Testudineum opus id opus e ligno Testudineū uocitent quoniam dum mate
riarii Abietariiue uoluere ueteres imitari qui testudinum
ut diximus laminis mensas & lectos uestibāt hoc op⁹ exco
Bracteæ gitauere.Bracteæ aūt subtiliores sunt:Laminæ crassiores:in
ter Bracteas habentur quæ uocant Auri argentiq; folia:ad
Laminæ inaurandum & inargentandum idonea: Vnde Bractearii
qui inauratores: etiam si inauratores æs argentum non si-
ne argento Viuum quod appellant inaurent.

Illibæ mensæ rotundæ quadrataeq; etiá nuncupantur autore Pompeio: nam Discus tantum mensa rotunda dicetur. M. Var. Mensam escariam Cilibam appellabant ea erat quadrata ut nunc in castris est : a cibo Ciliba dicta . Postea rotunda facta: & quod a nobis media & a græcis mesa mensa dici potest nisi q ponebant pleraq; in cibo mensa . Vinaria uero cilibantum: sed uide ne potius cibilæ a cibo ut Escariæ ab escis sint nominandæ . Primus Heliogabalus iperator ro. argenteas mensas in supellectile habuit ut lampridius testatur: Suppellex autem est domesticum patris familias instrumentum ut exponit Vlpianus Iureconsultus uestibus inter cætera subtractis. Discus Mensa Cilibatum Suppellex

Ripodes mensæ cum tribus pedibus ut nomẽ indicat fuere : quibus apud nos hodie mensæ ipsæ sustentátur antiquitus erant militares: Horitius Donarem tripodas premia fortium graior: Homerus quoq; in odissea narrat Alcinoum inter cætera Xenia Vlyxi tripodem magnum dedisse: Mensæ uero unico tantum pede subnixæ monopodia dicuntur: quæ ĩter instruméta luxuriæ a priscis collocobantur. Scribit Pli. in. xxxiii. ex autoritate. L. Pisonis Cn. maniliũ asia deuicta primum inuexisse in urbẽ suo triumpho monopodia abacos & triclinia ærata Vrbis anno quingentesimo sexagesimo septimo & in ultimo Victoria tñ illa ĩquit Pompei primum ad margaritas gẽmasq; mores inclinauit: sicut L. scipionis & Cn. Manilii ad cælatum argẽtum & uestes Athalicas & Triclinia ærata: sicut L. Mũmii ad corithia & tabulas pictas: Vbi Triclinium in suppellectile fuisse ostendit : a quo locus ipse de quo diximus nominatur & tris mensas siue totos habebat ita cóiunctos ut transferri huc atq; illuc posset legimus & argentea triclinia romæ fuisse: Idem Plinius. xxxiii. Cornelius Nepos tradit ante Syllæ uictoriam duo tantum Triclinia romæ fuisse argentea . Repositoriis quibus mensas imponebant argentum addi sua memoria cœptum Fenestella dicit qui obiit nouissimo Tiberii prin- Monopodia Triclinium Repositoria

cipatu Sed & testudinea tum in usum uenisse: Ante se autē paulo lignea rotunda solida nec multo maiora q̄ mensas fuisse: se quidem puero quadrata & cōpacta aut acere op/ta aut Cœdro cœpisse: mox additum argentū in angulos lineasq; p cōmissuras: Adde qd' triclinia uersatilia celebrata sunt: quæ discumbentibus conuiuis circū agerentur. Iā dixerat Liuius Originem luxuriæ romanæ ī urbē ab Asiatico exercitu inuectā fuisse ita ut uincendo uicta fuerit: cū īprimis maiora q̄ credi possit detrimenta conuiuiorum luxu sustinuerit; unde plurimæ leges sumptuariæ quæ & cibariæ latæ sunt: Orchia prius: mox Fannia anno urbis conditæ quingentesimo octuagesimo octauo: Didia: Licinia: & Cornelia: ut Macrobius testatur.

Teiclinia uersatila

Sumptuariæ Cibariæ



Edile a sede ubi sedemus macrobius ait Cicero Laberio p̄tereunti & sedile quæreti recepissem te nisi anguste sederem. Verg. Gramīeoq; uiros locat ipse sedili: maiores.n.nostri sedentes epulabantur: quem morē habuerunt a Laconibus & cretensibus ut Varro docet in libris de gente populi romani: in q/bus notat qd a quacūq; gēte traxerit autor Serui⁹ Enarās illud Vergilianum in septimo Perpetuis soliti partes considere mensis. Vbi de sacris tantum epulis dictū ostendunt superiora & ita nos accipiamus qnando accūbebant maiores in cōuiuiis non sedebant quem morē seruant hodie quoq; e barbaris plurimi: Vnde Valerius max. fœminæ inquit cū uiris cubantibus sedētes cœnitabāt: Et plutarchus scribit Catonem Vticensem in cœna sedisse nā post pharsalicam inqt pugnā hoc quoq; priori mœstitiæ addiderat ut nunq̄ iaceret nisi cū dormiret: In accubitis aūt honoratior locus non tā summus q̄ melius creditur: hinc Maro aurea composuit sponda mediamq; locauit: Refert Xenophon Cyrum solitum fuisse conuiuas honoris gratia a latere sinistro iuxta se ponere: utpote fideliores chariores q; illos declarans qui in parte cordis leua discumberent: Nos uero a dextro latere tāq̄ honoratiore collocamus: quos digniores & maioris autoritatis censemus inter coepulones: &

Sedentes epulabantur

Coepulones Synaristautes

synaristûtes quoꝝ numerus a maioribus sic deffinitus ẽ ut Gratiis tribus quas charites græci minor nõ esset: nec Musaꝝ numeꝝ excederet. Nõ comitteudũ est hoc loco illud A.Gel.ex.M.Var. satyris menippeis conuiuiũ constare ex rebus quatuor:& tum deniq̧ oĩbus numeris suis absolutũ esse:belli homũculi per uocatores collecti sunt:si electus locus:si tempus lectũ:si apparatus non neglectus:nec loquaces inquit nec mutos cõuiuas legere oportet: quia eloquẽtia in foro & apud subsellia:silentiũ uero nõ in cõuiuio sed in cubiculo esse debet. Sermones igitur id tẽporis habendos censet non super rebus anxiis aut tortuosis:sed iocundos atq̧ ĩuitabiles & cũ quadã illecebra & uoluptate utiles ex quibus ingeniũ nostrum amœnius fiat & uenustius: quod profecto eueniet si de id genus rebus ad cõmunem uitæ usum pertinẽtibus confabulemur:de quibus in foro atq̧ in negotiis agendis loqui non ocium: Adhibent nonnulli Anagnostem qui legat faciles utilesq̧ ex philosophia questiones. uel Erotica quædam non nimis lasciua:Plurimi uero fidium modulamina:non sine puello carmina uel rithmos dearticulante. Nam & Alcinoi apud Homerum & Didonis apud Verg.Mensa habuit hæc Ioppã illa Phenium cithara canentes. Scribit Plato in Gorgia cantillenam hanc conuiuiis cantari solitam: optimum esse bene ualere:secundo loco formosum esse tertio habere diuitias nulla fraude partas: Valerius uero maximus Maiores inquit natu in conuiuiis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa canebant quo ad ea imitanda iuuenum uirtutem alacriorem redderent: ubi plures sedebant subsellium ubi duo bisellium dicemus:sicut Binominem a duobus nominibus Bigamum a duabus uxoribus: Bigas a duobus equis ut trigas a tribus & biferam arborẽ quæ fert bis fructũ ãnuatim: Subselia quoq̧ minoꝝ sunt magistratuum ueluti Ttribunorum quæstorum & trimuirorum qui non in sellis curulibus nec ĩ triuialibus consideбãt ut scribit Asconius pedianus:& subsellia sedes theatrales appellãť:Sella itẽ qua sedemus quasi seda a sedẽdo

Numerus cõuiuarum
Gratiæ
Charites
Conuiuiũ cõstat
Vocatores
Nec muti nec loquaces
Sermones conuiuales
Cantilena ĩ cõuiuio
Bigamus
Bigæ
Trigæ
Subselium
Bisera
Arbor

unde Laberii ſcomma in Ciceronem recitans Symachus apud Macrobium Mirum īqnit ſi anguſte ſedes qui ſoles duabus ſellis ſedere: quaſi nec Cæſari nec Pompeio fidus ue refert Seneca: Eadem græco uocabulo Thronus dicitur:prouerbiorum Solomonis uigeſimo Miſericordia & ueritas cuſtodiunt regem:& roboratur clementia thronos eius:Cathedra quoq; ad ſedendum ponitur: & Scamnum a ſcamno ut uolunt terra elata inter duos ſulcos pro ſedili accipitur:Mart.Sedere in equitum liceat an tibi ſcānis:Ouidius ſexto Faſtorum Ante focos olim ſcānis conſidere lōgis mos erat.Marcns Varro aliter ſcamnum interpretatus eſt ut in cubiculo dicemus: Eſt & Emityclus cathedra ad ſedendum in medii circuli formam unde nomen: nam & Sidonius hemicyclon dixit Solium in balneis ſemirotundum:ſed & cœnatio dicitur ueluti Sigma: Legimus apud Strabonem Luſitanos ſedentes cœnitare ædificatos in pariete Hemicyclos habentes.Marcus Cicero in Lælio:Cum ſæpe multa narret tum memini domi in hemicyclo ſedentem ut ſolebat cum & ego eſſem una & pauci admodum familiares in eum ſermonem illum incidere qui tum multis fere erat in ore:Nam ſoliti fuerant antiqui:id quod Poſthuma ætas recepit patriis & uernaculis eſculentis mutitare ideſt mutua conuiuia domi agitare: quæ Sodalitia ut græci ſyſſitia appellauere. Namq; Syſſitos eſt apud illos Sodalis paſſim inter noſtros agitantur Symbola collatione ſingulis facta unde nomen: qui nihil contulerint Aſymboli dicentur: ut ſolent cœnipetæ & hi qui accedunt interdum ut in prouerbio dicitur & Cenāt Acleti ideſt citra Vocationem.

Duabus ſellis ſedere — Thronus — Cathedra — Scennum — Scanna longa — Hemicyclus — Sigma — Mutitatio — Syſſitia — Sodalitia — Symbola — Aſymboli — Acleti




Mappæ dicuntur quæ ſuper menſam ſternuntur: Plinius in decimo nono de lino ſcribens quod uiuum appellant:Ardentes in focis cōuiuioꝶ uidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis q̄ poſſent aquis:Viloſæ apud ueteres habitæ ſunt in prætio: hinc epigrammarius poeta in apophoretis de mappis nimirum intelligens: Nobilius uiloſa

tegunt tibi lintea citrum: mantelium uero quod mantile: linteolum est quo manus tergere solemus: quasi manutergium ut. M. Varo in lingua latina iterpretat: frequens. n. ad manus tergendas fuit usus mantilorum ut scribit Festus Pompeius: Inde Manticularia dicuntur ea quæ frequenter in usu habentur & quasi quotidie manibus tractantur: hæc latine loqui disserereque uolentes non suo uocabulo demonstrare non minus dedecet: quam hominem non suo nomine appellare: hinc impensius elaboraui ut in hoc litterarum dilectoribus ac studiosis pro uirili parte prodessem. Mantelium Manule Manticularia



Salinum uasculum est in quo ut nomen idicat salis elementum continetur: & mensæ infertur: in qua significatione accepit Horatius in carminibus cum iquit: Viuitur paruo bene cui paternum splendet in mensa tenui Salinum. Fit ut plurimũ e plumbo albo non nunq̃ e uitro aut cristallo argento etiã ad usus ditiorum: pauperes ligneo uel figlino utũtur. Vas itẽ apud antiquos dicebatur quo primitias diis offerebãt ut scribit Porphirio Horatianus interpres: Cõsueuerunt nãque maiores nostri cum alimenta se dono deorum habere cognoscerẽt ex omnibus aliquid illis offerre magis ut se gratos exhiberent q̃ quod deos aliquo arbitrarentur idigere. Vnde cum agros quoque urbes ac oppida deorum munere sese possidere iuerentur: ut est apud Censorinum: partem quãdam templis sacellisque ubi eos colerent dicauere: hinc decimæ fana cultusque deorum. Decimæ Fana Cultus deorum



Cultellus a cultro per diminutiõem autore Seruio nomen accepit: eo utimur in mensa ad panem carnes & id genus multa secanda & i frusta diuidẽda. Iuuenalis Spectas & chironomõta uolanti cultello donec peragãt dictata magistri omnia nec sane minimo discrimine refert quo gestu lepores & quo gallina secetur: cui astipulatur Seneca ad Luciliũ. Alius preciosas aues scindit & perpectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in frusta excutit: Infoelix qui huic uni rei uiuit ut altilia decẽter secet: obiter Altilia

Altilia
Chironomon

notabis altilia dici quæ ad Saginam domi nutricantur: & chironomõta ſtructorem qui legem quadam manuum eleganter diuidit aues & cætera eſculenta: ſcribit Suetonius:id quod eſt damnandum: Claudium Cæſarem ex ferro quo duo gladiatores mutuis ictibus cõcidiſſent ſibi paruulos cultellos in uſum ſine mora fieri iuſſiſſe.

Orbes
Diſci
Abaci


Vadræ ut plurimum ex Stamno interdum ex argento ad uſus locupletiorum a forma dicuntur ſuper quas conciſæ carnes & pulmentaria diſponuntur: ueluti rotunda repoſitoria orbes dicimus:quæ & Diſci nomine ſignificari poſſe noſtri temporis quidam uoluere: a Diſco quo in gymnaſiis exercebantur:ſicuti & Abacos quadras notare:nam quot capita tot ſunt ſententiæ: præterea ingens eſt rerum copia ſine nomine quas cum propriis appellatiõibus ſignare poſſumus alienis & cõmodatis utimur ut inquit Seneca in ſecundo de beneficiis.Triuiales elemẽtarii quia ſuper ea carnes & cætera obſonia cultello diuidimus inciſoria appellare contẽdunt.

Fuſcinula


Tructores dicuntur qui menſas & cibaria curabant ut ſcribit Seruius.& qui pulmentaria cultello ſcindebãt in fruſtula diuidentes.Non ſine Fuſcinula uel furcilla e ferro argentoue quam manu ſiniſtra tenere:ut ſcinderent elegãtius receptũ Mart. Et quæ non egeãt ferro ſtructoris ofelle.Iuue.Sed nec ſtructor erit cui cedere debeat omnis pergula Tripheri doctoris.Qui uero princeps eſt conuiuii architriclinus dicitur:archiposias:& ſympoſiarches tãq̃ princeps compotationis: quã Symphoſium græci ut Sympotini cõpotorẽ noĩant: quẽ coronis uti unguento delibutis hilaritatis gratia mos olim inualuerat: qui miniſtrant pocula menſæ ingerentes & pĩcernæ & pocillatores:Diriuitoreſue:qui & ſtructores: eo uocabulo uſi ſunt Apuleius & Ammianus:propinatores quoq; ſi principi ſi diuiti prægustauerint:nã id genus uiri habent prægustatorem oĩum ciborum:cũ ueneua timentes faciũt illũ prægustando explorare an illata ſint uenenata: ſed ni

Architriclinus
Archipoſias
Archipoſiarches
Symphoſiũ
Sympotis
Pincernæ
Pocilatores
Diriuitores
Propinator
Prægustator

hilominus uenenum sæpius auro quam argilla bibitur: & pluries sub Matteis latitat q̃ sub oleribus. Epulanti Claudio Cæsari uenenum datum per spadonem prægustatorẽ testatur Suetonius. Architriclini est autem curare ut eduliũ uariorum fercula siue missus seriatim & in tempore conuiuis quos coepulones cõmensales & cõuictores dicimus exhibeantur: ut rectæ omnia: omnia splẽdide dispositasint ad hoc præsto aderit ministro℞ ornatissimo℞ turba linteis succincta per quos ut inquit Seneca signo dato ad iferendam cœnã haud obstrepenter discurritur: per missus a mittendo & fercula a ferẽdo singula℞ epularum singulas cõdituras intellige: Apuleius de Asino aureo libro quinto. Et illico uini nectarei eduliumq; uariorum fercula copiosa nullo seruiente: sed tantum spiritu quodam impulsa subministrantur: & Lãpridius scribit Heliogabalum imperatorem celebrasse tale cõuiuium: ut apud amicos singulos singuli missus appararentur: & aliquando omnes missus sola phasianorum carne struxisse: Suetonius quoq; narrat Aug. Cæsarem cœnam ternis ferculis: aut cum abundantissime senis præbuisse: sed fercula simpliciter quoq; dapes significant: quæ si fuerint lautiores cupedia: unde cupe pediarii: & cupedulæ dicuntur. Cyrus rex ut refert Xenophon ĩ pedia amico℞ charissimos honoratissimosq; quos uideri uolebat mittebat ad eos partes ferculorum ex mẽsa: nam partes distribuere missitareq; ĩ cœnis olim mos inualuit: qui adhuc permanet inter amiciores beneuolos & amatrices: ut illa etiam cõsuetudo mutandi uasa cum ferculis. Plinius. xxxiii. Ptolomeum Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudæam octo milia equitum sua pecunia tolorauisse: Mille cõuiuas totidem aureis potoriis immutãtem uasa cum ferculis saginasse. Sed illud munificentius quod legimus: eadem uasa apponi conuiuiis solita fuisse ut ipsi ea secum ferrẽt & dono haberent quæ ideo Apophoreta dixerunt.

Quæ uere mattea
Architriclini E
Conuiue
Cœpulones
Cõuictores
Ministri
Missus
Fercula
Cupedia
Cupedulæ
Cupedinarii
Apophoreta

p Anis e tertio qui Atopyrus syncomistis & Pyrinos Hippocrati apud nos fit laudatissimus fermento

Autopyrus
Syncomistis
Pyrinos

additoꝫ:quiZymitis nuncupatur:nam abſq; illo azymi no/
men adeptus ĩprobať:licet plus nutriat ut refert Theodo.
Priſcianus.Encryphia azyma ſubcineritia inquit Ambro/
ſius.E ſiligine antiquiores panem cæteris præferebant:Se/
neca ad Lucilium:Malum panem inquis: expecta: bonus
fiet:etiam illum tene tibi & ſiligineum fames reddet:cuius
quidem ſententiam probat exemplum Ptolomæi qui rex
olim per ægypti deſerta non ſubſequutis comitibus pane
cibario in caſula oblato nihil illo pane iucundius unq̃ ſe
comediſſe affirmauit. Eſt enim meo iudicio eſca ſuauiſſi/
ma panis ſiccus cum famis obſonio: ſicut in ſiti aqua
nectareum eſt poculum:& in amoris tentigine uenus meli
tiſſima etiam informis ancillula exiſtimatur. Ipſius autem
panis proprietatem ut ſcribit Nonius a paſcendo ueteres
appellauere: ſiue ꝙ omnibus pulmentis in cibis adhiberi
poſſit & fere adhibeatur:cum nullum obſonium reddat i/
ſipidius:nam παν græce totum.Vnde Pantheon omniũ
deoꝝ templum:Pamphagus omnia comedens: Pantomi
mus omnia imitans: Pancarpiæ coronæ ex diuerſis & pe/
ne omnibus florum generibus compactæ. Vbi habeť Pa/
narium dicimus:ſicut a penore penarium.At eius fruſtulũ
bucceam & hypocoriſticos bucellam. Hier. Solomonis
prouerbioꝝ.xvii.melior eſt bucela ſicca cum gaudio:q̃ do
mus plena uictimis cum Iurgio:& Auguſtus Cæſar ad Ti/
berium:In balneo demum poſt horam primam noctis du
as bucceas manducaui: peiuſq̃ ungi inciperem: Eſt apud
nos peregrinum ſcortillum olim elegans: nunc non ſatis
inuenuſtum quod fruſtillo panis conduci poteſt: poſtico
(ut fertur) lacinioſo admittens quos ualuis bipatentibus
emittat:Panis genera a Plinio in.xviii.numerantur ab ob/
ſoniis oſtrearii:Artolagani a delitiis: feſtinatione Speuſicii:
a coquendi ratione furnacei: & artopteſii ſiue artopticii:
Item aquatici quoniam aqua trahuntur a tenui & ſpon/
gioſa inanitate ut Picentes: Addimus nos Turrundam
de qua eſt apud Nonium & Catonem: Subcineritios ſub
cinere coctos in foco. Vnde flocacei:& inter cibarios ſiue

Encryphia
Zumytis
Azymus
Siligneus
Eſca ſuauiſſi/ma
Nectarea potio
Melitiſſima Venus
Pantheon
Pamphagus
Pantomimus
Pancarpiæ
Panarium
Buccea
Buccella
Panis genera
Artolagani
Aquerici
Picentes
Turrunda
Subcinericii
Focacei
Cibarii
Acceroſi

ſecundarios Acerosum quaſi paleis mixtis autore Pompe io:& Pityrium furfureum Caniceumue a canicis furfuri bus farris:nam iterum coctus nauticus dicetur: parum ru bidus:at ex nouo frumento Sitanius ĩ timestri a messe fa ctus: Summa uero laus panis siliginis uel tritici bonitate: & cribri farinarii excussoriiue tenuitate constat. Caligula quartus Cæsarum panes & obsonia ex auro cõuiuis appo suit ut scribit Tranquilus. In cõuiuiis nostra tempestate fa liaribus olim cœnis lautioribus uidimus ipsi & panes: bel laria:offas iussulatas: carnes & id genus cætera inaurata. Fiũt & panes dulciarii cum saccaro simplici:uel pineis nu cibus solidis agminatim ingestis aut amygdalis contusis & in forma testuacii ĩ clybano coctis:qui Martii panes uel Martios panes dici possunt ut inquit Hermolaus ĩ quadã epistola ad Cardinalem Senensem:Nam Maza modo pa nis offa:modo libum:placẽtaue:de qua Atheneus: Marti os autem ab inuentore pastillos ut Martiatum unguẽtum in medicina legimus:hos initio prandii conuiuis apponũt potentiorum structores cum crustulis ſæpiculæ mellitis: hamis iunculis:lacertulis quæ forſitan Brachiolæ & id ge nus scitamentis ut uerbis utar Apuleanis:quorum concin natores pistores dulciarii Crustulariiq; dicentur.

Secundarii
Acerosus
Pityrii
Caniceus
Canicæ
Nauticus
Sitanius
Rubidus
Dulciarii panes
Crustula mel lita
Mazapanes
Martii panes
Brachiolæ
Crustularii



Inum humanis corporibus gratissimus liquor modice sumptum non officit stomacho: non cerebro:sed digestionem adiuuat: uires alit ap petentiam ciborum inuitat: sanguinem colo remq; hominum iuuat: tristitiæ curam hebetat:unde Bac chum teste Seneca de uitæ tranquilitate liberũ dixerũtq; animum a seruitio curarum liberet: algorem expellit:som numq; conciliat: Hinc Asclepiades medicus utilitatem ui ni æquari uix potentiæ deorum posse pronuntiare non dubitauit: At copiosius haustum caput turbat: & stoma chum lædit: unde Plinius prorsus inquit ut iure dici pos sit neq; uiribus corporis utilius aliud neq; aliud uoluptati bus pernitiosius:si modus absit:hinc scatet ebrietatis libi

Liber
Bacchus
Nec utilius
Nec pnitiosi⁹

do portentosa : pallor: genæ pendulæ : oculorum ulcera : tremulæ manus effundentes plena uasa: & quæ si pœna præsens:furiales somni : & inquies nocturna : hinc ex ore halitus fetidi:hinc rerum omnium obliuio morsq; memo riæ : Nam uapore cerebrum delibilitat:membra remollit : unde pueris & nutricibus non esse dandum monet Aristo teles in libro de somno & uigilia : Auicen. Vinum pueris ĩ quit dare : est ignem igni addere lignis debilibus. Seneca ad Lucilium:Epulæ cruditates afferuht : ebrietates neruo rum torporem tremoremq; : & libidines : pedum manuũ articulorumq; omnium deprauationes: Propertius elegia rum secundo : ut hæc quoq; transeunter referam : Vino forma perit:uino corrumpitur ætas : Vino sæpe suum ne scit amica uirum : Apostolus quĩto ad ephesios: Nolite ĩ nebriari uino in quo est luxuria. Iam prius dictum fuerat a Solomone prouerbiorum. xx. luxuriosa res uinum & tumultuosa ebrietas:& in decretis pontificalibus.xxxv.di stinctione. luxuriæ fomentum & incentiuum esse uinum legimus : inde non est quod miremur si Romæ & in latio fœmininis uinum bibere longo tempore non licuit. Inue nimus in historiis Egnati Metelli uxorem q uinum bibis set e dolio interfectam fuste a marito: eumq; cedis a Ro mulo absolutum : & Fabius Maximus in annalibus scri psit matronam q loculos in quibus erant claues cellæ ui nariæ resignauisset a suis inedia mori coactam : Ex hoc in stitutum est propinquos fœminis osculum dare: ut scirent an temetum bibissent(hoc tum nomen erat) Vnde abste mius & temulentia deducta : quæcumq; enim mulier ut uere & catholice refert Valerius maximus immoderatæ uinum appetit uirtutibus ianuam claudit & uitiis aperit. Aegyptiis quoq; regibus certa erat statuta uini potandi mensura: qua neq; farciri uenter neq; inebriari possent: nã regibus ut est in prouerbiis Solomonicis : Vinum mini me dandum est : quia nihil secretum ubi regnat ebrietas : ne forte bibẽtes obliuiscantur iudiciorum: & multent cau sam filiorum pauperis; Vnde dictitant Romulum ad cœ

Vinũ pueris dare

Fomentum ueneris

Loculi clauiũ

Temetum
Abstemius
Temulentia

Vinum regi bus nõ dan dum

nam fiocatum non multum bibisse quia postridie nego/cium habebat: monet Plato intertio de re publica: a ui/ni temulentia abstinere debere ciuitatum gubernatores: ne custode custos indigeat: Sapientis uiri super mensam celebre dictum est: Prima cratera pertinet ad sitim: secun/da ad hilaritatem: tertia ad uoluptatem: quarta ad insani/am: hinc ebrietatem esse furoris uoluntariam speciem Ca toniana sententia diffiniuit: nam per eam & sensu & men te excedimus: ut est apud Dionysium areopagitam: festi/uiter dixit Plautus: Vinum luctator est dolosus: pedes ca/ptat primum: Satis notum est Archesilaum philosophum cum uinum immodice hausisset obiisset ætatis anno se/ptuagesimo quinto: quia uini copia naturalem uiuificāq; uirtutem caliditate suffocat: in his præcipue qui insitum calorem exiguum atq; imbecillum possident: Sed incredi/bile quod sequitur ab Aristotele tamen historiæ animali/um sexto traditum: Siracusis potator quidam egregius ouis sub Storia positis in terra tam diu potabat donec oua ederent fœtum: Cum autem purum in cœnis uinum da/batur omnes deum sospitem optabat bibenti: cum post cœnam dilutum id est aqua mixtum: quod Staphilus scy teni filius primus instituit sumebant: Iouem uocarunt sal/uatorem: nam uini puri: quod merum est: potus ad insa niam redigit: aqua iouis mixtus uoluptatem læticiamq; affert & prohibet insaniam ut autor est Diodorus in quin to Bibiliotheces. Meracis quidem uti potionibus per uige simū diem ante canis ortum totidem postea sudet Hesio/dus: Vinum ipsum græci Oenon appellant inde oenopho rum Vt Gasterium uel gaster & Baucaliū: ex argilla ligno stāno uel argento uasculum ad ferenda uina idoneum: Apuleius metamorph. vii. Oenophoro quod immixtum uino gerebat uenenum: & oenopola uenditor uini: qui so/let Aduentoribus suis meratius uinum exhibere: ac Oe/nopolium taberna uinaria: præter panem & uinum cæ/tera ut edendi irritamenta quædam reperta: nō per usum uitæ necessarium: sed per luxum animi parata obsonia


Dictum celebre
Ebrietas
Incredibile
Dilutū uinū
Merum
Oenon
Gasterium
Gaster
Baucalium
Onophor:
Oneopola
Oenopolium
Aduentores

Obsonia — dicuntur: Iuuenalis Nec tamen his ulla obsonia fiunt rancidula: hinc Thucydides histo. primo narrat Artaxerxem Temisthlocli dono dedisse magnesiam ob panem: Lampsacum ob uinum: Myuntem ad obsonium: Dicere solitus fuerat Alexāder famem optimum fore obsonium: Cæterum cum uasa a græcis quæ dicuntur Baucalia latice implentur sonum ut inquit Aphrodisæus edunt tibi propriū a quo ut Vasis nomen est factum ut alia apud græcos nomina sonorum factitia ueluti in aqua phloesbos: & i aluo botbotytmos.

Fames Optimum obsonium

Phlosbos

Bothorygmos



LAnces sunt uasa lata rotūda quibus caro tam tosta q̄ elixa cæteraq; edulia cōdiuntur mensæq; iferantur: Horatius i satyricis sermonibus iligna nutritus glāde rotundas curuat aper lances: Apud Martialem commendātur Chrysundatæ ex auro cum fierent ut nūc etiam ex argento Argyrendatæ: Et quoniam elixae tostaeq; carnis mentionem fecimus eduliorum rationem ex Mar. Varronis sententia aperire non inducens fore duximus: Primum maiores nostri assam carnem comederunt: elixam postea: mox iure conditam ac per inde iucundiorem: quod quod genus Cornelius Celsus Iurulētum appellat his uerbis: tum res eadem magis alii iurulēta q̄ assa magis assa q̄ frixa. Vnde i libris līguæ latinæ: Vbi pultem aut inrulenti quid ponebāt a capiendo Catinum nominarūt: Apuleius autem iussulētum formauit in Apologia magiæ sic de Ennio scribens: Ostēdit qualiter assus aut iussulētus optimæ sapiat: nec tamen ab eruditis repræhēditur: tribus itaq; nominibus distinguebatur axo elixo & iurulento quibus frixum additum. Caro autem est cibus præ cæteris corpus nutriēs autore Celso ut propinquioris cōuersionis ad sanguinem. Siccioris nutrimēti est frixa & tosta: humidioris elixa: pīguis malæ alimoniæ & paurulæ cibum subleuans: salita quoq; corpus extenuans teste Theodoro Prisciano non probatur: melior est autem omnis ossibus proxima & digestibilior: ut est apud Auicēnam. Vescuntur & populi etholorum carne

Chrysendate
Argyrendate
Eduliorum ratio

Iurulentum
Iussulentum

Catinus

Assum
Elixum


Frixum
Caro

cruda qui Homophagi inde dicuntur:ut refert Thucydes histor.tertio: Inter lances uero habentur Tympana a forma: Filicatæ ad spetiem herbæ filicis cælatæ: Clematerae quasi Pampinatæ: ut Hederatæ Corymbiatæ ab hederis Pampinis Corymbis (ut uidemus) isculptis: Aristophorum Mazonomum Discus & Magyræ a Coquina fortasse: de quibus meninernnr Pli. Acron Pompeius Horatius Marcus Varo & alii: Apuleius cœnarum reliquiis Discus ornatus Fenestella: Hierony. Abacuch Danieli portantem in disco prandium eleganter Discophorum appellauit. Catinus quoq; iter lances numeratur: Persius Positum est algēte catino durum olus: Hora. Inde domi me ad porri & ciceris refero lachāiq; catinum: Lagana autem ut sentit Acron sunt quædam quasi membranulæ ex farina & aqua quæ iure pingui coctæ caseo: Pipere: Croco: Cinamomoq; cōditæ in cibis nō iniocundæ pāticoso nostro uidentur: his fere similes sunt nisi q crispuli & crassiores ex aqua & fama pastilli: globuli a quibusdam: circuli etiam: & magis incōdite facti Lixulæ & Semiluxulæ nuncupati: qui elixi caseo aromatis & butyro cōdiuntur. Sed uide ne aqud Horat. Lachani legēdum sit cum græci Lachanon olus unde Lachanopolion locus ubi olera uenduntur nominauerint: Eūdem & Paropsidem dicere possumus: Hīc ī cœna domini q Mathei uigesimo sexto Paropsis Marci xv. catinus uocatur. Suetonius in Galba: Ordinario quidē dispēsatori breuiarium rationum offerēti Paropsidem legimus p sedulitate ac diligētia porrexisse. Sūt & Gabatæ uasa cōcaua edulis pulmētariisq; aptissima. Epigrā. poeta ī vii. Transcurrūt gabatæ uolantq; lāces: & in. xi. Sic implet gabatas paropsidesq;. Est promulsidarium a promuside condimento. Est Boletaria seruiens boletis uoluptario ut inquit Seneca ueneno: unde est: Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen: Prototomis pudet heu seruio coliculis Sunt Pultaria a Pulte illa antiquorum nomen adepta.

Homophagi
Tympana
Filicatæ
Clemateræ
Aristophorū
Mazonomū
Discus
Magyræ
Discophorus
Catinus
Lagana
Pastilii
Circuli
Globuli
Lixulæ
Semiluxulæ
Lachanon
Lacanapoliō
Paropsis
Gabatæ
Promulsidatium
Boletaria
Pultaria


Cutella a nobis id circinatæ rotunditatis uascu lum dicitur quo minutal ex carne uel oleribus Lymoniacæ scitissimi saporis Pulmentum: iuscula:itinctus & cætera id genus condimenta ĩ mensam per dapiferos exibentur:est autem iuscum siue iusculum ius:quibus uocabulis utuntur.M.Cato Apitius & Apuleius:hinc iuscula cibaria liquidiora uocitamus: quæ cõstat uitellis ouorum:omphacio:iure pingui:Croco & cinamo:hæc crocea sunt:uiridia si uolueris croci loco betas & petroseli in modicum contundet & per Setaceum trãsmittere:Scutela ipsa a scutulis ut quidam credidere nomẽ mutuatur:Sunt.n.scutelæ rotundæ formæ quales aranea contexit Pli.xi.de araneis.Quanta arte celant pedicas scutelato rete ad capiẽdas muscas circa grassantes:& scutulata uestis Iuuenale a scutulis nũcupatur:quibus diuidere uestes gallia docuit:Scutulam item pro uase ponit Martialis xi.Sic ĩplet gabatas Paropsidesq;:& leues scutulas cauasq; lances:hinc scutellas:Cicero in Tuscu.quæst.Demus scutellam:dulciculæ potionis aliquid prouideamus: & cibi Alii scutellam a scutra uasis genere deducunt:sicut a mitta mitellam:Ad iuscula autem & pulmenta liquidiora inmensa cochlearibus presertim orichalceis uel argenteis utimur quæ acochleis nomen traxerunt:unde Epigrãmat.poeta ĩ Apophoretis Sum cochleis habilis sum; non minus utilis ouis:Nũquid scis potius cur cochleare uocer?Sed e ligno etiam ad usus coquinarios & plurium officinarum cauantur: his non multum dissimiles Lingulæ: de quibus idem Martialis: Quamuis me Ligulam dicãt equitesq; patresq; Dicor ab indoctis lingula grãmaticis: sic dictæ q̃ ĩ linguæ speciem factæ sint:ueluti & ligulæ gladioli oblongi ut scribit Gellius.

Minutal
Lynoniaca
Dapiferi
Iuscum
Iusculum
Scutellæ
Diuidere Vestes
Scutra
Cochlearia
Lingulæ


Pulæ cibi ministerio hoĩum in nostrum usum comparati:Epulum uero publicum cõuiuium dicitur: quale sæpius Imperatores populo dedisse legimus adiecta interdum ex carne cruda Visceratione:Epulæ ipsæ & cõdimenta tam multiiuga ex

Epulum
Visceratio

ſapidiſſimis ſuccum nutrimẽtis uapore in unum ſaporem redacta de quibus multa ſunt apud Apitium & Platinam qui pauloante noſtram ætatem ſcripſit: carnes & id genus reliqua priori mẽſæ cõueniũt cũ ĩ ſecũda ponãtur Caſeus: pira: nuces: poma: uuæ. Ficus: & mellita: ſaccaroue: intecta: horoſaceaq; cõpluria: pro locoꝝ temporum & rei familiaris cõdictione: Horatius in ſermonibus: Tunc penſilis uua ſecũdas & nux ornabat mẽſas cum duplice ficu: Mat. Mẽſæ munera ſi uoles ſecũdæq;: Marcẽtes tibi porrigẽt uuæ Et nomẽ pira qui ferũt ſcytorum. De his igitur quia locus id exigere uidetur paucula dicemus: Satis ĩ hoc ut in cæteris fere omnibus ſit me tibi ĩdicare ſcriptores cãdidiſſimæ lector: quos adire poſſis ſi quid copioſius noſce deſideraueris. Primi aũt Iones ſecũdæ mẽſæ ponẽdæ: unguenti: coronaꝝ ĩ conuiuio dandaꝝ cõſuetudinem haud parua irritamẽta luxuriæ introduxerũt nam ueteres & græci comprimis coronas in Sympoſiis & conuiuiis geſtauerunt: infundebãtq; poculis & hilaritatis gratia bibebant ut exemplo Cleopatræ & .M. Antonii ſatis cõſtat: quæ cũ illo luſit extremis coronæ floribus ueneno ĩfectis: autor Plinius: Sed preceptum Epicteti ĩ Enchiridio ut optimũ cuſtodiẽdum eſt. Quod inquit ad corpus attinet ad purũ uſq; uſum ſume: uelut cibum: potum: ueſtem: domũ: quod aũt ad gulã aut delitias pertinet penitus circũſcribit.

Mẽſa ſecũda

Bellaria ſignificant ſecundæ mẽſæ omne genus cibi: nam quæ tragemata græci aut pẽmata ea ueteres noſtri Bellaria appellauere ut refert Aulus Gellius: Vñ Macrob. ĩ ſatur. Ad huc dicẽte Furio ſecundæ menſæ illata bellaria nouo ſermoni principium dederunt: Symmachus. n. attractas manu nuces Vellem inquit ex te audire Serui tanta nucibus noĩa quæ cauſa uel origo uariauerit aut unde tot mala cum hac una appellatiõe uocitentur & M. Varo ex ſatyris menippeis Bellaria ea maxime ſunt mellita nõ ſunt πεμμασιν ideſt placentis & bellariis enim cum πεψιν ideſt cum conco

Tragamata
Pemmata

ctione societas infida: Vina quoq; dulciora hoc nomine signata sunt: dictaque ea Liberi bellaria. Cur autem edenda sint tragemata & secundarum mensarum consuetudo fuerit introducta quærens Arist. in Problem. Vt satis inquit bibamus nõ enim sitis gratia solum quæ per mẽsam primam nos teneat bibendum: Sed etiam post hausisse aliquid iuuat.

Nucleus

Nux iuglans



Vces dicuntur quæ foris duo tegũtur & itus habent quod esui est. Nucleum uocant: Plautus in Curg. qui e nuce nucleos esse uolt. frangat nucem. Est nux iuglans a iuuando & glande uel potius quasi Iouis glãs nam id genus arboris nuces habet suauioris saporis q̃ glãs autor Macrobius i Saturn. de illa hæc Plinius Solum hoc pomum natura compactili operimẽto clausit namq; sunt biffidæ puraminum carinum carinæ: nucleorũq; illis quadripartita distinctio lignea ĩtercusante mẽbrana: quæ est Nauci: nucẽ ipsam Basilicã græci dixere: recens iucundior est ut scribit Auicẽnas: sicca unguinosior: stomacho inutilis: difficilis cõcoctu: tussienti bus inimica: & capiti: cui dolorẽ suscitat. Vñ græci Cayron id pomum uocitãt a quo Caryinũ oleũ de quo diximus: & Caryopos nucis succus. Plinius Nuces inquit Iuglãdes græci a capitis grauedine appelauere: est pontica nux quæ auellana ab oppido campaniæ ubi copiosior: cæteris minor est: hinc a poeta satyrographo minima nux uocata: Pontica autem a ponto regione: Plinius in asiam græciamq; e ponto uenere & ideo ponticæ nuces dicuntur: prænestina eadem nux a loco: prenostinos populos inquit Põpeius antiqui nucleas nominarunt q̧ in eorum regione plurima nux minuta nasceretur: hanc corylus arbor producit de qua Verg. hic inter densas corylos: Nuces ipsæ Auellanæ dolorem capitis faciunt inflationemq; stomachi: tardæ digestionis pinguedini corporis conferunt plusquam sit uerisimile: Et ut testatur Auicennas in secundo ex autoritate Hippocratis in cerebro faciunt augumentũ: hinc ipse existimauerim commẽdari illas ad uenerem cũ

Basilica nux

Caryon
Caryinum
Pontice
Nux quæ
Auellana &
minima
Prenestina
minuta
Nuculæ
Corylus

sperma.i.semen genitale e cerebro per spinam descendere uideatur ut Aristoteles in problematibus Alcinous & Trimegistus tradidere:quod quidem e maribus(ut in paterga more pictorum excurramus) ita se habet ad menstruorũ naturam ut coagulum ad Lac:contrahit enim & constituit materiam excrementumq; a fœmina præbitum : quod Pli. Lactantius Hippocrates etiam tenuere:hic mater a materia quam exhibet nisi potius a græco μητηρ:nã medici sunt qui & uim quãdam efficientem inesse fœmininis in conceptu uoluerunt:Est Græca nux quæ & amygdala & Thasia pli. in.xv. Tertia inquit ab his natura est Amygdalis tenuiore sed simili iuglandum summo operimento: Itẽ secundo putaminis nucleus dissimilis latitudine & acriore callo: Arbor ipsa an fuerit in Italia Catonis ætate dubitat: quoniam græcas nominat:quas quidam & in iugulandiũ genere seruant:Boni sunt nutrimenti uerum pauculi : corpus piguiusculum reddunt:aciem oculorum acuunt:splenis opilationibus & epatio tussiq; antiquæ conferentes ut est apud Auicen. Est pinea nux nucleis refertissima : arbor ipsi Cybeli dicata ut scribit Serui. ob copiam quæ ĩ ida est illi sacra:Seneca in Troade:Secuitq; fretum pinus matri sacra Cybeli: Et apud Martialem in Xeniis nuces pineæ poma Cybelis esse fatentur : quarum genera quattuor a Plinio numerantur:horum est quod apinum uocant nucleorum cute uerius q̃ putamine:adeo molli ut simul mandatur:inde res tenues Apinæ aliquibus dictæ : Martialis sunt apinæ tricæq; & si quid uilius istis:Nuclei aũt pinei amygdalæ auellanæ & nonnulla alia ueluti sunt : Coriandri peponum anisiq; semina & cinama saccaro tecta in bellaria & meliora & mẽsis diuitum aptiora rediguntur:nucleum pineum Gal . & Iureconsulti & omnis scola eruditorum uocat strobylum : græci etiam Coccalum: Est Heracleotica nux quæ castanea echinato tegmine sardibus primum prouenit:ideo apud græcos sardianus balanus appellatur Diuus Tiberius postea balani nomen imposuit excellentioribus satu factis ; laudatissimæ castaneæ tarentinæ & in

Sperma | Mater | Amygdala | Pinea | Apinum | Apinæ | Heracleotica nux | Coccalus | Strobylus | Balanus

cāpania neapolitanæ Mart. & quas docta Neapolis creauit lento castaneæ uapore tostæ: boni sunt alimenti uerum inflationem inducunt & tardiuscule digeruntur: ut Auicennas & Dioscorides testantur: Sunt & Pistacia quæ auellanis fere similia inter nucum genera numerantur: Plinius in decimo tertio: syria preter hanc peculiares habet arbores in nucum genere pistacia nota. L. Vitelius in italia primus detulit simulq; in hispaniam Flaccus Pompeius eques ro. qui cum eo militabat: Thoraci conferētia pulmonem purgare creduntur: Ferunt autem nuciferæ arbores quædam ut Corylus Iuglans & castaneæ Iulos suos hoc est Lanugines ad nihil utiles: Sunt hi non flores proprie sed qui antecedant ut in fico grossuli.

Pistacia

Iuli
Grossuli




Ala poma dicuntur quæ tenui cortice ut mādi etiam possit obducta esui sunt: licet duriore inter ea sint tātum granata: nam compluria uidemus genera: apiana: rubiginosa: Deciana: Septiana rotūda Petesia paruula: sed odoris eximiis: Rosea oibus nota: & Paradisea q̄ i oibus paradisis idest hortis in seri debeant si nō primas saltem secūdas partes inter mala sibi uendicantia & odoris & saporis suauitate. A Pomis Pomona dea: hinc Pomonalis flamē: Poma autem ipsa q̄ potu indegeāt: Nam īsitis aquā addi siccatibus oportet ut interpretatur. M. Var. rei rusticæ primo: siue q̄ uicē potus ī cibis præbeāt seruantur per hiemem loco frigido & sicco cōtabulato: Plinius pomarium uocat: cum sit alias cōsitus pomis locus. At ubi tam mala q̄ Pira & cæteri fructus autūnales habētur oporothecam græci dixerūt. Nā opora fructus autumnales & theca repositorium nūcupatur. M. Var. In oporotheca mala manere putāt satis commode: substernēdæ sunt raris tamen compositis: paleæ: uel storiæ quæ tegetes: aut stramenta. Coligenda post equinoctium autumnale: neq; ante. xvi. lunam: neq; ante primam horā: & caducis a cæteris manu lectis seiugatis sunt reponenda loco per flatili ad Aquilonem fenestras habente.

Deciana
Rosea
Paradisea
Apiana
Rubiginosa
Pomona
Poma

Pomarium

Oporotheca
Storiæ que
Tegetes
Mala colligenda


Itrea mala odoratissima ut scribit Oppius i p̄sside omni tempore generãtur: Alia enim præcarpuntur: alia interim maturescũt: unde Mar. in Xeniis. Aut corcyræi sunt hæc de frõdibus horti: Aut hæc massili poma draconis erant. Interiecta uestibus tineas arcere credũtur: ĩde uestis citrosa: Festus tamẽ aliter uestem citrosam interpretatus est. Auicẽ. quoq; citri corticem aduersus tineas uestibus interponẽdum precepit De citreis autem malis quæ quãdoq; Cedria: & medicis: quæ uulgo: ut quidam tradidere: narancia uocãtũr: eadem fece dici possunt: q̃tum ad pomi naturam: & magis mensæ priori cõueniunt: nam cum carnibus tostis ut etiam oliuæ ponũtur nisi fuerint melle condita. Citrosa uestis Cedria Medica Narancia


Pyrina mala dicuntur punica siue granata quibus lignosus nucleus abest: sed candidior his natura & blãdiores acini minusq; amari & mẽbranis distincti. Seneca ad Luci. sic imperturbatus sapiens dicitur quomodo apyrina dicũtur nõ quibus nulla duritia est granorum: sed quibus minor: punica autẽ a regione nomen sibi uendicãt. Ruffus Festus Lybica rate misit agellus punica mala tibi tyrrhenũ uecta per æquor. Horum membrana tenus grana: a quibus granata: diuidẽs Cicus appellatur: putamen Malicorum: quo perficiuntur coria ut scribit Plinius in. xxiii. at flos balaustiũ & medicinæ idoneus & tingẽdis uestibus: quarum color ĩde nomẽ accepit: e granis autẽ pressis uinum educitur q̃ græci rhoiton nominarunt. Punica mala Granata Cicus Malicorium Balaustium Rhoiton


Ydonia poma cotonea a Cydone oppido cretæ quod Samii teste Herodoto condidere nomen mutuantur. Plinius his proxima amplitudine mala: quæ nocamus Cotonea: & græci cydonia ex creta insula aduecta. Serenus Aut quæ poma cydon creteis misit ab otis. Tria eorum sunt genera ut refert Columella: quorum chrysomela incisuris distincta colore ad aurum inclinato: unde & nomen adepta: Struthea quæ minora odoratius uibrãt serotino pueutu. Coronea Chrysomela Struthea

Mustea
Mellimella
Nani
Pumiliones

Mustea uero præcordia quæ nũc Mellimella: ut tradit Va ro:a mellis:ut opinor sapore: Martialis: Dulcibus aut certãt quæ mellimela fauis. Neoterici nana mala ex arboris bre/ uitate nuncuparunt:nam græci manos breuis corporis ho mines uocant:latini pumilios & pumiliones:qui nunc ĩ de litiis principum:finiunt si habuerint Horoscopum in quar to gradu scorpii:ut inquit Iulius firmicus in octauo. Posui ipse in hortis meis huius pomi frequentes arbusculas ad/ miratus naturam ꝙ non solum gallinulas:caballulos:mul las pumilias: & homunciones: sed etiam inter arbores na/ norum genera produxerit: hinc legimus Chameplatanos Chamedaphnes & quasdam alias breuitate spectabiles. Sunt præterea siluestria e struteis parua odoratissima in se/ pibus nascentia: cydonia stiptica sunt: hinc dysenteriæ & cœliacis ut Auicen. & Diosco. testantur impendio confe/ runt. ad hoc condimentum fit in saccaro decoctis: Non ĩ/ probatur etiam in melle inter bellaria iucundissimi saporis additis aromatibus & moscho odorato precipue: quo ua/ lidiores utuntur. Antiqui cydonitem neoterici cotoneatũ appellant: cuius confectionem docet Gallenus in pharma/ ceuticis.

Chameplata/ nus
Camedaphne

Moschus
Cydonytes
Cotoneatum

PRunorꝫ multa uariaꝗ sunt genera: quorꝫ ĩ pri/ mis laudantur tria: damascena. amygdalina: & armeniaca: de quibus hæc Plinius Necnon ab externa gente armeniaca: quæ sola & odore cõ mendantur & paulopost: Nuper in bætica malina appella ri cœperunt malis ĩsita: & alia amygdalina amygdalis: his intus in ligno nucleus amygdalæ: nec aliud pomum inge/ niosius geniatum est: In peregrinis arboribus dicta sunt da mascena a siriæ damasco cognominata iãpridem in Italia nascentia grãdiore ꝗꝗ ligno & exiliore carne. De his Sere nus Prũaꝗ cõueniũt quæ mittit clara damascus: Et Mar. in Xeniis Pruna peregrinæ cariæ rugosa senectæ Sume: so/ lent duri soluere uentris onus: Nã ut scribit Auicen. soluũt uentrẽ secundũ Galenũ ĩprobãtem Dioscoridem qui pru/ na ex Damasco syriæ sicca eustomacha esse dixit & uen/

Armeniaca
malina
Amygdalina

Damascena

trem cõtinere. Pruna tamẽ oia: ut etiam uuæ: Ficus uirides Mora: & Cerasa uentrem lubricãtia initio prandii inter prima potius esse comedenda medici tradidere.

Persica dicta q ex perside fuerint aduecta: duracina præ cæteris i precio sunt: his corpus ligno adhæret auelliq nequit cum i reliquis facile separetur. Plini. in. xv. sed persicorum palma duracinis: nationum habẽt cognomẽ gallica: & Asiatica post autumnum maturescunt: æstate præcia intra .xxx. annos repertæ: & primo denariis singulis uenundata: & mox: pomum innocuum experitur ægris: preciumq singulis iam tricenti numi fuere nullius maiore: est & nitidioris corticis quod nucipersicum uocant: decipiuntur profecto medici nostri temporis & quicumq illis astipulantur existimantes persicorum generi armeniaca adscribenda: de quibus panloante ex autoritate Plinii subtilissimi naturæ rerum indagatoris diximus. Duracina Persica Nucipersicũ Armeniaca

Cerasa a L. Lucullo primum in Italiam aduecta sunt e ponto. Plinius Cerasi ante uictoriam Mithridicam. L. Luculli non fuere in Italia. At urbis anno sexcentesimo octogesimo is primum uexit e ponto: annis centum. xxx. trans oceannum in Britaniam usq puenere. Diuus Hieronymus ad Marcellam. Accepimus & canistrum Cerasis refertum talibus & tam uirginali uerecundia rubentibus: ut ea nunc a Lucullo delata existimarem: si qnidem hoc genus pomi ponto & Armenia subiugatis de Cerasunto primus Romam pertulit: unde & de patria arbor nomen accepit: principatum obtinent Duracina: quæ pliniana campani uocarunt: sunt & Aproniana quæ maxime rubent. Actia nigerrima: & Iuliana tenerrima adeo ut gestatum non tolerent. Cerasa omnia aluum molliunt stomacho inutila. id autẽ magis prestare creduntur dulcia: Nam austera: quæ Merena dicuntur triuialiter: uentrem astringunt stomachum confirmãtia: & præsertim sole siccata quæ & sitim tollunt & appetitum prouocant. Pliniana Cerasa Duracina Aproniana Actia Iuliana Merena

Corna

Zizipha baccis:ueluti Corna: similiora q̃ malis creat arbor Ziziphus. Plinius in decimo quinto. Aeq; peregrina sunt Zizipha & Tuberes: quæ & ipsa non pridem uenere in Italiam hæ ex Africa: illa ex syria. Sex Papi. quem consulem uidimus primus utraq; attulit Diui Augusti nouissimis temporibus in castrorum aggeribus sata: Zizipha recens lecta & guttis uini ueteris conspersa tugis non deformantur: tuberes ex arbore leguntur: at tubera ex tellure sues eruūt rostro: quæ sine radice terra undiq; circundata nec utiq; loco exuberante aut rimam agente inter sicca & sabulosa fruticeta nascuntur: nihil aliud q̃ terræ callus appellanda: optima per uer & tonitribus frequētiora uenerem emortuam suscitate dicuntur.

Tuberes
Tubera

Mora



Ora in arboribus & ĩ rubis nascuntur post prādium sumpta per æstatem sanitati plurimum conferre existimauit Cacius Horat. in sermonibus. Ille salubres æstates peraget qui nigris prādia moris Finiet: ante grauem quæ legerit arbore solem. Quæ in herbis humi nascuntur fraga uocantur. Plinius Aliud corpus & terrestribus fragis: aliud congeneri eorū unedoni quod solum pomum simile fructui terrae gignitur: & poeta: qui legitis flores & humi nascentia fraga: herba ipsa a latinis quinquefolium: græcis pentaphillon dicitur: ego tamen aliam existimauerim: Moris trini colores cādidus primo: mox rubens maturis sanguineus ex cruore amantum Pyrami & Tisbes ut fabulantur: nam sunt & mora etiam per maturitatem candicātia. In nouissimis florent mora celsi atq; inter prima maturescunt: foliis cibātur bombices uermiculi quos ad stamina sericea nutricamus at rubi mora sapientiæ conferre antiqui crediderunt: ut Dios. scriptum reliquit.

Fraga

Candida mora.

Setania

Anthedon



Espila. M. Catonis ætate non fuere ĩ Italia: acerba dentibus nocent: matura aluum sistunt astrīguntq; stomachum: exceptis setaniis quæ malo propriorem uim habent: Vnde est. Maturo nec me nec me uescatis acerbo Ne illic sed taceo dentibus

hic noceam: Est eorum genus quod Anthedon minus est pomo: sed odore præstantius & quod diu seruetur.

SOrba genera habent quattuor: rotunda: turbinata ut pirum: spetie ouata ceu malorum aliquibus hæc obnoxia acri odore & suauitate iocunda: quartum genus torminale uocant remedio tantum probabile: unde nomē assiduum prouentu minimumq; pomo: generosissima uero omnium quibus circa pediculos tenera folia: pediculi ipsi siue petioli in fungis pomis & id genus cæteris dicuntur quibus e ramalibus pēdent: terræ adhærent: & appenduntur: sorba recentia stomacho: & aluo citæ prosunt: sicca aluum sistunt & astringunt stomachum. Martialis in Xeniis: Sorba sumus molē nimium durātia uentrem: Apitius hæc potius puero q̄ tibi poma dabis.

Pediculi
Petioli

PIra uirtutis stipticæ sunt: & fungis concocta malitiam adimunt: eorum plura sunt genera: lolliana: orbiculana: superba quæ nunc muscatela: signina quæ alii a colore testacea uolema: fauonia crustumina quæ nunc glatiola: myrrhapia: laurea: nardina ab odore: coriolana: & tiberiana autumnalia accidulo sapore iocunda: quæ grandia & sole colorata Tiberio principi maxime placuerunt: ac pleraq; alia: quorū meminere Plinius & Macrobius: Inter hæc est quoddam sementium a semente cuius tempore maturescit: fiunt e siluestribus mitiora: ueluti poma quoq; per adoptionem surculi īsitione: cuius sunt inoculatio & emplastratio. Pira autem & fructus omnes improbantur in omnibus: nisi exercitatis labore: cholera rubra abundantibus: & tunc quoq; nisi in æstate ante epulas comederint: aptissimos namq; reddunt homines ad febrium ardores stomachum prius calore priuantes: ut est apud Auicennam.

Superba
Signina
Crustamina
Tiberiana
Sementium
Insitio
Inoculatio
Emplastratio

CAryotæ siue caryotides quas Apitius dactylos ut nunc appellat: e palmis nascuntur. Plinius de canaria e fortūatis īsulis loquēs: hāc & palmetis inqt caryotas ferentibus & nuce pinea

Dactyli
Caryotides

abundare: Papinius in filuis Pergrandes caryotides cade/debant: Celebrantur præcipue cibo fucco etiam: Ex his enim orientales uina faciunt iniqua capiti unde pomo nomen:ut idem autor eft in.xviii.In iudæa palmis prima no/bilitas nec in tota quidem fed præfertim hericunte: pon/deri non cedunt: quanto onuftiores funt tanto magis ni/tuntur contra pondus: ut referunt Ariftoteles Strabo &. Aulus Gellius: hinc pro uictoria ponitur palma. Thefeus quidem e Cræta foluens in Delon cum fe cõtuliffet ibi cer tamen inftituit:in quo tunc primum palmæ præmium eft præpofitum: autore Plutarcho: Auulfum e palma cum fructu termitem quidam fpadicam nominant: Nam fpao euello:unde fpadones enuchi quos prima Semiramis uim quodam modo iniectans naturæ feciffe dicitur. Sed fpa/tha quoq; uocatur unde Spathalion Caryotarum apud Martialem in Xeniis: Vbi nonnulli tamen Petathalion le/ctitant:æftimandum relinquimus.

Palma

Spadix

Spadones

Spata



Liuæ picænæ & fidicinæ in Italia Plinius inquit cæteris præferuntur in cibis: his Rom. ab ini/tio cœnæ ad finem ufq; utebantur. Hinc Epi/grãmatarius poetæ difticho in Xeniis: Hæc quæ picenis uenit fubducta trapetis: Inchoat atq; eadẽ finit oliua dapes. Earum genera a Macrobio & Plinio numerantur: Africana:Liciniana:Paufia:Radius:Sergiana: Salentina:Aibigerus:Orchis:& Regia. E quibus bacca iu/cundiffima eft paufia:fpetiofiffima regia etiam uirga:efcæ/q; potius q̃ oleo idonea: orchis quoq; & radius melius ad efcam q̃ in liquorem ftringitur: Omnis deniq; olea & ma ior fere ad efcam: minor oleo eft aptior: ut fcribit Colu/mella libro rei ruftice fexto: Salitæ ftomacho iucũdæ fub/leuant appetitum:conditurам docent Marcus Cato Pal ladius & Columella. Apud nos drupæ integræ fale aqua & fœniculo condiunr: ex quibus utpote immaturis oli/uum etiam faciunt omphacium: earum officula Sanfas uocant:Vnde fecundarium oleum a factoribus oleum Sã/farum dicitur.

Paufia

Orchis

Oliuarum conditura

Drupæ


Sanfæ


Varum plura sunt genera: est apiana: quã græci sticam: ab apibus nomen adepta: Columella de apianis: pingui solo feracissimæ: mediocri quoq; fœcundæ: præcocis fructus: ideoq; frigidis locis aptissimæ: uini dulcis: sed capiti neruis uenisq; nõ aptæ nisi maturæ lectæ pluuiis uentisq; & afferunt apibus prædam: quarum uocabulo propter hanc impopulationẽ cognominantur: atq; hæ preciosi gustus celeberrimæ. Est bummama quæ græce bumasthis tumentibus & magnis acinis: nam ueteres græci rebus magnis Bu præposuere. hinc bumlimon magnã famen grandes pueros bupædas: mariscam ficum busycon & buthysiam magnum sacrificium appellauere. Contraria huic est quæ a minutis acinis leptorhaga dicitur: Est labrusca ĩ marginibus terræ nascẽs inde nomen: Labrũ enim extremitas dicitur: ut Seruius & Nonius testantur: Est duracina a duris acinis quam ĩ cibis laudat Mart. Non habilis cyathis & inutilis una lyeo: Sed non potãti me tibi nectat ero. Vbi Trozimos uuas scito dici quæ non uini causa habẽtur: sed cibi gratia tantum: Sũt dactyli longis acinis porrecti: sunt heluolae quas nonnulli uarias nominãt: neq; purpureæ neq; nigræ: ab heluo ni fallor colore inquit Columella. Est aminea a regione: nã Aminei fuerũt ubi postea falernus. Est præcis quasi præcor uel præcoqua: quæ a nostris Iuliatica mense Iulio iter primas maturescit: Est græcula: eugenia: uariola: inerticula: uenucula: coruina: trebiana: & alia q̃plurima pro locorũ diuersitate nominata. Veluti quam nostri ab acinis stipatim ĩ racemo coherentibus Pineolam uocant a nucis pineæ quadam similitudine: Racemus ipse græce botrys unde apud nos & Botryo plura continens acina idest grana: Martialis eo loco nec dignam toto se botryone putat uuas ollares per botryonem & cõdititios in ollis ut ueteres solebant racemos intelligit: quos etiam græci Botryonas nominant: Appenduntur & nunc tigillis ueluti etiam poma: Vnde pensiles uuas & mala pensilia dici sciunt omnes: Cõmendatur aũt mensis secũdis uua passa: quæ astaphis dicitur. Confectio-

Apiana
Stica
Bumasthe
Bu
Leptorhaga
Labrusca
Labrum
Duracina
Trozimi
Dactyli
Heluolæ q̃
Variæ
Præcia
Pineala
Astaphis
Racemus
Botrys
Acinum
Ollares uuæ
Poma pensilia

nem docent Palladius & Columella: Vuæ passæ acino se/nior poeta Anacron dũ tenues & exiles uirium reliquias foueret absumptus est:ut narrant Plinius in.vii.& Valerius maximus memorabilium ultimo.uuis passulis (ita enim a medicis hodie dicuntur) Monopolium hoc est penes unũ uendendi potestas est in Achaia.

Monopoliũ




Icus siue siccæ seu uirides e reliquis fructibus ĩ/pendio laudantur in cibis: nam ut scribit Aui/cẽnas ex oĩbus maxime nutriunt. Pli. Panisq; simul & obsonii uicem sicatæ implent: hæ uel in orcis condiebantur:uel in teste componentur: ut nunc utilibus: Vnde resticula ficorum a Varrone dicta. Genera complutia numerantur herculeaneæ harũdineæ:lauianæ: albulæ:chiæ:mariscæ:africanæ:lidiæ:chelidoniæ:callistru/tiæ.Sunt & canuæ:coctona & caricæ: quæ in Albense rus e Syria intulit.L.Vitelius qui postea cẽsor fuit:cum ea pro/uincia legatus fuisset nouissimis Tiberii Cæsaris tempori/bus.Sunt & grossi ante q̃ maturescant loco fere flor:hinc canticorum secundo.Ficus protulit grossos suos:uineæ flo rentes dederũt odorem: siccæ Ficus: uuæ: & pira secundis præsertim rusticorum mẽsis adhibentur: athletæ ficis ute bantur utpote impensius alentibus priusq̃ eos exercitator Pythagoras ad carnis usum quæ fortior est transtulisset: athenis præcoces ficus prodromos appellant: maiora aũt præposteris sunt genera ficuum præcocia & semper bife/ra:nam in messe maturescunt: & per uindemiam serotina quæ a duro cortice Duricoria dicta: uirides ficus & poma ex arboribus recẽtia semper Galienus imperator exhibuit. hic est Galienus qui uere cubicula de rosis fecit: qui uina semper uariauit:& in poculis bibit aureis uitrum asperna/tus:ficus græce sicos:unde sycomorus arbor: sycosis mor bus:& sycelis auicula:atq; alia compluria.

Resticula

Cauneæ
Coctona
Caricæ
Grossi

Prodromi

Duricoria
Ficus
Bifarae
Sycos
Sycosis
Sycelis
Sicomorus



Vscaria instrumenta sunt abigendis e mensa muscis aptissima:pretiosiora texuntur e cauda/pauõis.Hic epigrãmat.poetæ de muscario pa/uonino exiit distichon.Lãbere quæ turpes phi

Pauonium
Muscarium

bet tua prandia muſcas Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit. Propertius:ſun mihi pauonis caudæ flabella ſuperbæ.Flat bellum enim dicitur quo & muſcæ: fugantur & uentulus excitatur in nimio calore per æſtatem his qui in conuiuio aut alio quouis loco & tempore ſudant.Teren.i Eunucho Venit una heus tu Daue:cape hoc flabellum & uentulum huic facito dum lauamur:Ouidius in arte.Profuit & tenui uentos mouiſſe flabello:Hoc autem miniſterium eſt delicatorum ſeruorum: ut ſcribit Donatus : Sudor ipſe nihil aliud eſt q̃ excrementum uagoris humidi : ut exponit : Ariſtoteles: Muſcæ autem inter inſecta animalia numerantur græci Entoma uocant ab inciſuris quibus diſtincta ſunt eoꝝ corpora tenui fiſtula coherentia:Caninam muſcá Cynomyan dicemus : ná Myia muſca eſt:unde Myagrus deus muſcaꝝ a ueteribus noíatus : nec miꝝ cú moleſtiſſimæ ſint ſi deú q illas abigeret coluerút.Sút & Muſcillæ paruæ muſculæ quæ in uinaceis per autumnum naſcentes:& ueluti ſemiarpyiule muſtea pocula fœdantes in méſa ad brumam merito non perueniunt.

Flabellum
Sudor
Muſcæ
Inſecta
Entoma
Myca
Myagrus
Cynomyia
Muſcillæ

CAniſtra & caniſtella e uiminibus ſalicis ameriæ uel ſanguinis íter frutices: ciſtulas & panariola dicere poſſumus í quibus reponútur per miniſtros:quæ cœnæ ſuperfuerunt.Horat.Multaqꝫ de magna ſupereſſent fercula cœna.Quæ procul extructis inerant heſterna caniſtris.Hiſdé etiá panis ímenſam portabatur apud antiquos:nó aút ut núc argéteis uaſculis:ut refert Donatus enarrás illud Vergilianú:Cereremqꝫ caniſtris expediunt:Græci cana appelláť:hinc a latinis caniferæ mulieres dictæ:quæ caniſtra capite geſtant ſæpicule ſupponé tes id quod Ceſticillum & arculum nominarunt Et Ciſtophoros ciſtifera græce nuncupatur.

Caniſtella
Panariola
Ciſtulæ
Cana
Caniferæ
Ceſticillus
Arculus
Criſtophorus

SCopæ raro enicos ideſt ſingulariter ſcopa íſtruméta ſunt ex ulice:ruſco: tamarice.& id genus cæteris fructicibus ſcopádis pauimétis:amouédis araneaꝝ telis e parietibus laq̃aribuſqꝫ idonea.Plau.í ſticho Múditias uolo fieri hic:ferte huc ſcopas.

Analecta
Vlex
Tamarix
Ruſcus

ſimulq́ harundinem: ut operam omnem aranearum per/dam:& texturam íprobam: Deiiciáq́ earum omnis tellas Martialis in Apophoretis. In precio ſcopas teſtatur pal/ma fuiſſe. Sed precium ſcopis nûc analecta dabunt:Ana/lecta ipſa quiſquiliæ ſunt ciborum:quas ſub menſa caden/tes ut aſportare poſſint ſerui ſcoparii uerrentes pauimen/tum colligunt:Idem epigrámatum.vii.Colligere lóga tur/pe nec putat dextera analecta: & quicquid canes relique/runt: hinc loquens Seneca de Calphiſio Sabino in conui/uiis ſeruos litteratos ad pedes babēte ut uerſus quos refer/ret ſubminiſtrarent: Suaſit illi Satellius inquit quadratus ſtultorum diuitum adroſor: & quod ſequitur arriſior: & quod his duobus adiunctum eſt deriſor ut grámaticos ha beret analectas: Seruiunt etia ſcopæ cæteris ædium parti/bus:quæ ſcopandæ ſunt ad munditiem:præterea ne putre ſcentibus ſordibus humidis uel ſiccis pulices & muſcæ im pēdio moleſtæ naſcatur:ex quibus ſolent prouenire:ut ſen tit Ariſto. primo de animalium generatione: unde pulices fortaſſe a puluere appellati.Scopæ ipſæ quaſi ſcobæ q́ his purgamēta ueluti ſcopem educimus eſt autē propriæ ſco/bes puluiſculus qui e lignis decidit aut alia materia cū ſco/bina ideſt lima tenuatur:uel ſerra ſecatur:antiqui quod ridi culum quis merito dixerit Deuerram deam uenerabantur ut bene ſcopis domum uertere poſſent: autor Diuus Au/guſtinus in dei ciuitate:Inter analecta ſunt quæ Micæ dicū tur:hoc eſt minima fruſtula. Vnde in ſacris litteris Et catel/li edunt de micis quæ cadunt e menſa dominorum. Pro/prie tamen micam puluiſculum illum qui in arena colore fulget argenteo uocitamus: a quo & panis & plurimaꝗ rerum partes minutiores:quæ minutiæ:Micæ nuncupatæ Ouidius puri lucida mica ſalis: Ruſcus aūt ſpeties eſt uir/gulti ad ſcopas:Vnde noſtrates Ruſcum dicunt quod ſco/pis aut educitur:aut ſcopandum uenit ad munditiem paui menti & teſſellati:hic ruſcor uerbum: & ab eo Ruſcatrices gallinæ:quas alii ruſpatrices uocāt:q́ in ruſcis: & puluero/ſis ſoleant pedibus unguinibuſq́ ruſcari:ac ſe ſe excutiēdo

Scoparii ſerui

Pulices

Muſcæ

Scobes

Scobina

Deuerra dea


Minutiores

Micæ

Ruſcus

rostello etiam aliisq; quodãmodo scalpere ut palam uidemus. Sed quia apud nos coquina a cœnaculo longius distare non debet ab illo in culinam transeamus. Si non pallato stomachoue condimentis: saltem naribus inuito etiã coquo nidore satisfacturi.

COQVINA CAPVT .IIII.



VLina dicit̃ coquina ut scribit Nonius ex auctori. Var. ꝗ ibi ignis colat̃: locus est ĩ quo obsonia coquũtur. Iuue. Captũte nidore suæ putat ille culiæ: At coquus q pulmẽta & edulia cõdire solet a coquendo p c tñ potius q̃ per q notandus si Victorino credimus: Apuleius de Asino aureo: alter coquus q̃ sapidissimis nutrimẽtis succũ pulmẽta cõdita calore mollibat: Asiatica uictoria ut refert. T. Liuius lib. nono belli macedonici peregrinæ luxuriæ origo ĩ urbem defluxit: tunc. n. primũ epulæ cura & sumptu maiore apparati cœptæ: tunc coquus uilissimũ antiquus mãcipium & æstimatione & usu ĩ precio esse: & quod ministeriũ fuerat ars haberi cœpta: Apud ueteres coqui ĩ seruitiis domi nõ erãt sed ex macello cõducebant̃ utpote publici: quos nũc popinones a popina publica coquina noĩamus solitos lauti⁹ & melius Auẽtores suos accipere: Sed eodẽ noĩe ganeões significamus. Qui uero emit obsonia & coquo tradit his ẽ obsonator: de quo Martialis: Dic quotus es q̃ ti cupias cœnare: nec ullũ Addideris uerbũ: cœna parata tibi est: habẽt enim diuites ĩ famulitio q pecuniã expẽdant necessaria familiæ ꝑparantes: quos generaliter noĩe Dispensatoꝝ significamus: græci Epistatas uocãt: Sene. ad Luci. Adiice obsonatores q̃bus dñici pallati notitia subtilis est; q sciunt cuius

Coquina

Coquus

Origo luxuriæ

Popiones
Popina
Aduentores

Dispẽsatores
Epistatæ

illum rei sapor excitet:iuxta quã sententiam de coquo præ missso lémate Epigrámat.poeta in apophoretis: Non satis est ars sola coquo seruire p alato: Namq; coquus domini debet habere gulam: Qui coquinæ præest Archimagirus dicitur: nam græci Magirion coquinam: magiron coquum uocitant.

Archimagir⁹



Gnis dictus est autore.M. Varrone a nascendo q inde omne nascitur: ná absq; calore nihil gigni nihil diurnare potest:unde i nuptiis adhibitus teste Plutarcho: apud Delon primo repertus:hic insula Pyrpolis dicta:Pyr enim græce est:a quo Pyramis meta:Pyra lignoꝝ congeries ad cremáda olim corpora:Pyromãtia diuinatio per ignem: Pyricauta ambusta siue ut Celsus adusta & adustiões: repertorem Vulcanum tradunt:Diodorus uero Siculus libro.v.Vulcanum scribit ferri æris auri argenti omniũq; quæ igne fabricantur artẽ inuenisse eáq; docuisse mortales:qua propter haꝝ reꝝ opifices omnes sacra uotaq; huic deo maxime facientes ignẽ ad æterná memoriam suscepti beneficii Vulcanũ dixere: Inferula seruare docuit Promethe⁹: unde i fabulis est ignẽ e cælo subtractum dedisse mortalibus: Placet Diodoro illa quibus ignis alitur ab eo reperta: Eundẽ e Silice primus excusit Pyrodes:Tum postea quia Silicis non semper erat occasio:inuenerunt i castris exploratores:pastoresq; attritu lignoꝝ ignem elicere:nam terrebant lignum ligno: & sic ignem concipiebant attritu: excipiente cũ materia aridi fomitis fungi uel foliorũ: optima est autem hedera quæ teratur lauro lauꝝq; terat:ut refert Seneca in primo quæstionum naturalium:quoniam non rara his spiramenta: quæ hiantes sunt & leues:quod si essent haberentue ut de lapidibus etiam dicitur ignem attritu non emitterent ut ex Aphrodisæi problematis hausimus cõmendantur nostra tẽpestate lapis ad ignem quẽ uiuum ignariũ & Ignigeniũ appellamus: Incusus ferro scintillam emittit: quá excipit uel fungus aridus uel bambacia materia semiusta:hæc sulphuratis trahitur ad largionem ignem suscitandum: qui mul

Pyr
Pyrpilis
Pyramis
Pyra
Pyromantia
Pyricauta
Vulcanus

Ignis
e silice

Ignarius
Ignigenius
Lapis quiuus

to tempore in ligno iuniperi cõseruatur:ita ut si prunæ autore Diuo Hieronymo ex eius cinere fuerit optæ ad annũ usq; perueniant: Validissimum est autem elementum omnia cõuertens in sui naturam: Vnde uniuersi futura est resolutio per ignis cõflagrationem:corpora tamen sunt animalium quæ igne non absumuntur ut Salamandra illum ut uolunt inambulando extinguens. Et Aristoteles naturæ solertissimus indagator scriptum reliquit: In cypro ætariis officinis in quibus calcites lapis ingestus pluribus diebus crematur bestiolas in medio igne nasci pẽnatas paulo muscis grandibus maiores per ignemq; salire & ambulare: Pyrales quidã: alii & rectius ignigenas & Pyrotos ab igne uocarunt a quo dimotæ protinus emoriuntur: Eundem omnium rerũ initium fuisse testatus est Heraclitus: Thales uero aquã ut scribit Vitruuius: Vnde Martianus. Ardebat Heraclitus: udus Thales: circũfusus Atomis Democritus. Samius pythagoras cælestes quosdam numeros replicabat. Aristoteles per cæli quoq; culmina Enthelechian scrupulosius requirebat. Epicurus uero mixtas rosas uiolis & cæteras apportabat illecebras uoluptatũ: ad igne fit ignitabulũ ut Pompeius intepretatur ignis receptaculum.

Resolntio uniuersi

Salamandra

Pyralis

Pyrotos

Ignigena

Initium

Enthelechia

Ignitabulum

FOcus a fouendo locus est in quo ignis fouetur & cinere seruatur: Ouid. At focus a flãmis & q fouet oĩa dictus: hinc foculus diminutiue qui etiã circũfertur a testa Tesiulæ triuialiter nomẽ adeptus: Aul. Gel. Tum illa foculũ coram eo cum igni apposuit: & tris libros ex nouẽ deurit. Laribus aũt sacer erat focus: thure & floribus ibi sacrificante rudi illa maiorũ antiquitate: Vnde uernaculus sermõ focum nũc foculare nominat quasi laris focum Ferramentaq; quibus ligna sustẽtantur dum ardẽt in foco inelegãter meo iudicio quidam Allaria dixerunt quasi ad larem parata.

Foculus

Testula

Lares

Allaria

CAminus dictiõe latina sed triuiali structura erit quæ extra parietem porrecta uel ĩ ipso pariete producta fumũ excipit: & acceptũ emittit per spiramenta: quæ supra tegulas elata meridiem

uersus & septentrionem relinquēda sunt: ita fumus facili-
us erumpens loca nō denigrabit:a fumo īfumibulum: fu-
Infumibulū
marium alii appellauere: unde ī interpretatione Herodoti
hist.octauo legimus: Immeabat autem in ædes per fuma-
Fumarium
rium sol nisi potius(id quod est)notare uoluerit locum ubi
uina fumo cōdiabātur.Mart.Improba massiliæ quicquid
fumaria cogunt. Accipit ætatem quisquis ab igne cadus:
nam uina fumo præcocem trahunt maturitatem & cele-
rius uetustescunt:ut scribit Columella: Adde ꝙ satis cōstat
antiquiores huiuscemodi structuram non habuisse:sed pa
Tubi
rietibus Tubos immisisse per quos circūfunderetur calor:
quo imma simul & summa fouerentur æqualiter:ut refert
Seneca decimo quarto ad luciliū: quod sua memoria cœ-
Fornax
pisse testatur At caminum proprie fornacem latine īterpre
tamur:Sedulius:de tribus pueris ī fornace:Flammis arden
Ligna
te fidei extincta est flamma camini: Ligna uero ipsa quæ
ad ignem sicca habentur amurca cōspersa nullius fumi te-
dio ardere docent. M. Cato & Plinius:hæc Acapna nun-
Acapna
cupantur:est enim fumus græce Capnos:hic genus quod-
dam mellis quod ad argētarias gignitur Acapnistum idest
Capnos
a fumo purgatū;& Capnos herba fumaria nascens in se-
Acapnistum
gete hordeacea: quæ lachrymas ut fumus prouocat: De
acapnis disticho lusit Martialis in Xeniis: ligna a legendo
nomen acceperunt: quod ea caduca legebantur in agro
quibus ad focum uterentur teste Varrone in libris de lin-
gua latina: ad ignem conseruandum nulla aptior materia:
Susurro
unde est Solomonis prouerbiorum uigesimo sexto:uerissi
Calo
mum illud adagium: Cum defecerint ligna extinguetur
Lignifer
ignis:& Susurrone subtracto iurgia conquiescunt: Eorum
Torris
ad culinam ministratorem calonem & ligniferum nomi-
Titio
nabimus: At accēsum stipitem ligneum Torrem dicemus
Poeta ambustum torrem corineus ab ara corripit.Nonius
Titionem:Apuleius Procurrit ad focum ardentemꝗ Titio
nem gerens mediis inguinibus obtrudit: alii ita distingunt
Linnis
ut Torrem dicant ardentem.Titionem fumigantem & ex
tinctū legimus apud Vlpianum de legatis tertio:Cū lignis

legatis quod comburendi causa paratum est contineatur siue ad balnei calefactionem siue Dietarum hypocaustũ: siue ad calcem: sulphurata tamen de ligno Titiones & alia ligna cocta non contineri: Fomites quidem hoc est assulæ & frustula ex arboribus cum ceduntur securibus excussa contibuntur. Fomites




Rugna ignita est: Vergilius in moreto: Et cinis obductæ celabat lumia prunæ: dicta ut scribut Pompeius & Seruius quasi perurens: Plinius li xiii. E palmis prunæ uiuaces ignisq; lentus: carbo uero pruna fit esstincta & rursus ex carbone pruna: cui tunc uim in esse maiorẽ legimus: hinc Solomonis prouerbio℞. xxvi. dicitur: Sicut carbones ad prunas & ligna ad ignem sic homo iracundus suscitat rixas: Carbo item genus morbi & diminutiue carbunculus. Plinius in. xxvi. L. Paulo. Qu. Martio Censoribus primũ In Italia carbunculũ uenisse annalibus conscriptum est: peculiare Narbonensis prouinciæ malum: qno duo cõsulares obiere condentibus hæc nobis. Eodem anno Iulius Ruffus & Qu. Licanius Bassus ille medico℞ inscitia: hic uero pollice leuæ manus euulso acu a semetipso tã paruo uulnere ut uix cerni posset. Item in. xxxvi Quin & carbunculũ genus morbi quo duos consulares nuper absumptos indicauimus querneus carbo tritus cum melle sanat. Serelus horrendus magis est perimit qui corpora carbo. Est & carbunculus uitis morbus inde carbũculare dicitur quodã uredinis carbone exusta: Prunam Ouidius in fastis niuentem fauillam appellat: Seruiua fauillam igne desertam interpretatur apud Vergilianum illud Turbine fumantem piceo & candente fauilla: nam candens eo loco a candore est nõ a calore ut notat Aulus Gellius: hinc Petronius arbiter in satyris canam dixit familiam. Extulit ora busto℞ flammis & cana sparsa fauilla: Scintila uero proprie est quæ e silice cũ is ceditur exilire solet: hinc Poeta Ac primũ silicis scintillã excudit achates. Ouidius quarto Fasto℞. Pars quoq; cũ saxis pastores saxa feribant scintillam subito prosiluisse ferunt: Lucretius

Carbo
Carbunculus
Carbunculus
Fauilla
Candens
Scintilla

Ex una scintilla incendia passim:cui adstipulatur illud Ecclesiastici.xi.ab scintilla una augetur ignis: Erit igitur scintilla ignita: fauilla quodámodo cinis a fouendo dicta quasi fouilla ꝗ ignem foueat: siue potius quasi flauilla a colore:nam & Pacuuius flauum dixit puluerē. ut Gellius testatur.Cinis autem nihil aliud est quam puluis in quem materiæ uste rediguntur:Is etiam Lix uocatur.Plinius i.xxxvi. conuulsa uiscera aut contusa ut Varo autor est: ipsis enim uerbis eius utar lix cinis inquit est foci inde enim cinis luxatis potus medetur: & licet uidere gladiatores cum deluserint hac iuuari potione. Illud mirum est quod idem refert libro.xi.& ipse post experientia didici.Muscis ī humore ex animatis si cinere condantur reddire uitam: Significat & lix aquam cineri mixtam ut scribit Nonius: quod genus nunc lixiuium nominant. Columella libro rei rusticæ decimo tertio.Sunt qui culmos fabæ exurant & ex eo quod cremauerint cinere lixiuium faciūt.Lixa uero aqua: Inde elixum aqua coctum: & Lixæ qui aquam ministrāt autore Marcello.

Flaus
Cinis
Lix
Lixiuium
Lixa
Elixum
Lixæ


Olles instrumenta sunt quibus spiritu interueniente ignis suscitatᵋ: Vergilius.viii. Alii uentosis follibus auras accipiunt redduntq;:his utuntur ferrariæ argentariæq; officinæ: utuntur & coqui sed paruulis ne opus sit ignē buccis insufflare: quod qui faciunt suffitores dicuntur:Primus Anacharsis scytha Philosophus Folles ignis suscitatores īuenit ut refert Strabo libro.vii. Follis item pila dicitur lusoria spiritu tumefacta:de qua disticho lusit Mart.in Apophoretis. Ite procul iuuenes mitis mihi cōuenit ætas:Folle decet pueros ludere folle senes:hanc pyctus primo monstrauit. Est a folle hypocoristicos folliculus:hinc Tranquillus scribit Augustum Cæsarem omissis exercitationibus campestribus ad pilam primo folliculumq; trāsisse:nec te moueat quod pilam nominarit & folliculum:nam apud ueteres erat & pila paganica & trigonalis de quibus meminit epigrāmatarius poeta in Apophoretis.

Suffitores
Follis
Folliculus

SVlphurata fomenta sunt ad ignem excipiendũ sulphure in summo oblita: unde nomen acceperunt Martialis Hoc quod transtyberinus ambulator qui pallentia sulphurata fractis permutat uitreis:His.n. permutantur tritea uasa fracta etiã nostra ætate.Iuuenalis de calice parasiti: & rupto poscentem sulphura uitro:ueduntur aũt in fasciculos alligata: & gregatim permutantur:Papinius in siluis. Quiq; cominutis permuttat uitreis gregale Sulphur: ipsum uero sulphur cuius genera quatuor posuit Plinius nascitur ĩ insulis æoliis ĩter Siciliam & Italiam.Sed nobilissimum ĩ Melo insula ut idẽ scribit in.xxxv.In Italia quoq; inuenitur Neapolitano cãpanoq; agro & ĩ collibus præsertim quod e cuniculis effosum igni perficitur. Hoc unum scitu dignũ est fumum sulphureum cõducere ad panos bombicinos præsertim dealbandos id quod Apuleius in nono ostendit.

BAtillum e ferro dicitur quo prunas & cinerem e foco tollere solemus ut alio trãsferamus:Hora.Prunæq; batillũ:nam ut notat Porphir.omnibus qui poetam illum interpretati sunt fidelior:Aufidius luscus e scribaꝝ genere ĩ oppido fundis magistratũ gerens ridiculus fuit Mœcenati & comitibus Brũdusium petentibus ꝙ de balneis publicis Prunas sibi mediastinos:qui balneatores:ministri:& curatores ædiũ; atq; oĩo rusticani serui abiectiora officia exercẽtes uocantur: domũ affere iubebat: Apitius coquus de Petasone: & armillã inqt illius cadẽti batillo uiris & melle cõtegis: Pli.de ꝓbanda erugine.Experimentũ eius in batillo ferreo: nam quæ sincera est suum colorẽ retinet:quæ mixta attramento rubescit:ubi p batillũ laminam ferreã non esset fortasse absurdum ĩtelligere:Legimus ĩ testamẽto ueteri:Inter ignis receptacula numerari uncinos & batilla:Batillum item rustici nostrates uocant ferreum ligneumue instrumentum: quo ad sulcos elices fossasq; in agris faciendas utuntur: Ad focum etiam in suppellectile Formucales interdum habentur & licet proprie fabrorum sint; non erit attamen

Mediastini

Formucales
Vncini

Prunicipes abſonium Prunicipes hoc uerbo ſignare. Habentur & ſoliferæ furcillq̨.



Coctiuus Ocula uaſa ænea coctiōibus apta: ut autor eſt Pompeius: alii exiſtimauerunt dici ligna minuta: quibus facile carnes & pulmētaria coquuntur. At coctium olus & legumen: quod cito & breui ebullitione coquitur: Aeris uaſis ſtannū illinitur: ſaporemq̨ edulis gratiorem reddit: compeſcit æruginem: & (quod mirꝝ eſt) pondus non auget. Plinius Album plumbum inquit æreis operibus galliaꝝ inuento: ita ut uix diſcerni queat ab argento: eaq̨ Incoctilia uocant: ſed ex eo quoq̨ uaſcula ſtānea dicta producūtur Quibus ad cibaria plurifariam utimur. Eſt autem ſtannū plumbum album: quod græce caſſiterum Vaſorum ad coctiones alia prunis pedibus ſuppoſitis uel circum angeratis: ueluti apud barbarōs fere omnes bulliunt: alia catena ex anulis pluribus ferreis ad ignem pendentia continent ut flāma feruentes cibaria percoquant. Proprie autem catena uenatici canes uincti tenentur: unde nomen: ſi Porphirioni credimus: ſed largius ſumitur a ſcriptoribus: Seneca ad Lucilium: una eſt catena quæ nos alligatos tenet amor ui:æ. Plinius in Panægyrico Traiani hoſtilibus armis captorꝝq̨ regum catenis triumphum grauem: cātenas: ad cultum e collo anulis aureis pendentes torques appellamus: unde Torquati: olim inſignia ſtrenui bellatoris & uirtutis premia: At nunc paſſim ſine ullo delectu ditiores etiā Nebulones & fœmellæ ignobiles q̄bus arriſit lipiēs fortūa torques ex auro īduūt.

Incoctilia


Stanea uaſa

Caſiterum

Catena

Tprquati

Torques



Vcuma uas ad coquinam. Petronius arbitrer ī ſaty. Incincta quadrato pallio Cucumam ingē em foco appoſuit: & mox. Tum illa etiam carnis paululum delibat: & dum coæquale natalium ſuorꝝ ſinciput in carnarium furca reponit: fracta eſt putris ſella quæ ſtaturæ altitudinem adiecerat: anūq̨ pondere ſuo deiectam ſuper focum mittit: frangitur ergo ceruix cucumæ: ignemq̨ ualeſcentem reſtiguit. ſimilis (ut opinor) erat teſte quam Apitius & Martialis Cumanā nomi

Cucuma teſta

nant ex terra rubra a figulis rota formatam. Inuētum aūt fuit Dibutadis ex rubra terra uascula fingere: quæ testaꝶ nomine significamus. Vnde amphoræ siue cadi: Metretæ quadrantaliaue: & lucernæ ex argilla etiam antiquitus cū fierent testæ uocitatæ: græci testam modo ceramion: modo ostracon dixere: hinc ostracismum exilii genus nos testulatum exilium interpretamur. Amphorae Testæ Metretæ Ceramion Ostracon Ostracissimus



Acabus uas est teste Var. Quo tuceta carnes & pulmentaria coquuntur. Apitius: capita porcoꝶ simul elixabis ī Cacabo nouo: ita ut aqua ad tertiam deferueat: cōmendantur apud nos ut optimi e lapide cauato: quibus etiam usos ueteres satis notum est. Plinius. xxxvi. In syphno lapis est qui cauatur tornaturq; in uasa coquendis cibis utilia: quod in Comēsi Italiæ lapide accidere scimus. Primus Heliogabalus Cacabos argenteos habuit: ut scribit Lampridius. Antiochus quoq; uasa ad usum culinæ argentea cōparauit: hic est Antiochus qui clauos aureos crepidis subiecit: qui papiliōes siue potius tabernacula & tentoria textilibus sigillis adornata cōstituit: Pulmenta ipsa a pulte antiquissima nomen acceperunt. Plinius. xviii. Pulte non pane longo tempore uixisse Romanos manifestum: quoniam inde & pulmētaria hodieq; dicuntur. M. Varro in libris de lingua latina: quod edebant cum pulte ab ea pulmentum: ut Plautus hinc pulmentarium dictum: Horatius. Tu pulmentaria quære sudando: Apuleius porcorum pullorum piscium & eiusmodi pulmētoꝶ largissimas epulas: græci Edesmata: & Edeatræ inquit festus qui presunt epulis regiis: At Tuceta nō siue carne cibaria: Fulgentius placiades cibos regios interpretatur. Papilones Pulmenta Puls Edesmata Edeatræ Tuceta



Lla siue aula uas figlinum orificio patēte quo a pauperioribus maxime cibaria coquūtur. Vnde Mart. Imbue plebeias clusinis pultibus ollas Plau. in Amphytrione: optimo iure infrigatur aula cineris ī caput. M. Cato in aulam indat & aquam puram coquatq;. hinc aulicoctia antiqui exta dicebant: quæ Aula Aulicoctia

m

Auxilla

Tripes ferreum

Chytrapodes

Caulæ

Caldarium

Cacabus

Lebes

Ipnolebes

Miliarium

Ahenulum

Manipuli e iũ co

Scopulæ e lobis

Lauatrina

Aquarium

Aquariolum

in ollis coquerentur ideſt elixa:& auxillã Ollam paruulã: ut autor eſt Pompeius: Ollam pedes habẽtem ſiue potius ferreum inſtrumẽtum Tripes:ſuper quod Olla ad ignem ut ferueat habetur græca dictione Chytrapodem appella uerunt. Aula Item principum domus. Seneca notiſſima uox eſt eius qui in cultu regum cõſenuerat cum quidam illum interrogatet quomodo rariſſimam rem in aula con ſecutus eſſet ſenectutem iniurias inquit accipiendo & gratias ſæpe agendo. At caulæ ouium ſunt receptacula: Martianus: Et matutina greges quatiunt in paſcua caulas: a cauo caulæ dictæ: antiquitus enim ante uſum tectorũ oues in antris claudebant auctor ſeſtus.




Henum ex ære ductili uas proprie caldarium notat: quo aquæ bulliunt. hinc poeta: Littore ahaena locant alii: ubi exiſtimauit Seruius Ahenum locatũ ad aquã calefactiendã qua lauarẽtur: Nã heroicis tẽporibus carne non ueſcebãtur elixa: ſed toſta: unde paulopoſt: Subiiciũt uerubus prunas & uiſcera torẽt. Paulus iuriſcõ. de fuudo inſtructo ſcribit paulũ inter ahenũ quod ſupra focũ pendet & cacabũ differre. Nã hoc inquit pulmentariũ coquitur: in illo aqua ad potãdũ calefit. Caldam enim ut diximus & frigidã antiqui cœnis adhibuere: Lebes quoq; uas æneum erit ad uſus coquinæ hinc Ipnolebeten Caldarium uas græci: quod nos miliarium uocamus: at ahenulum uas ex ære paruum.



Rnarium genus eſt menſæ quadratæ ſic dictũ ut refert. M. Var. ꝙ urnas ibi potiſſimum habebant in culina cum aqua poſitas: id nonnulli e ligno faciunt: quidam marmoreum: apud nos plurimi lateritiũ extruũt foramine per quod aqua effluat relicto: ac ſuper id eſcaria uaſa epulis uncta per ancillas lixas ue calida lauantur: non ſine manipulis e iunco aſpero uel ſcopulis e lobis milii indici concinnatis. unde lauatrinã (quod antiqui domeſticum balneum) rectiſſime appellabimus. Præterea aquarium & hypocoriſticos aquariolum: quod & in cubiculis & in tricliniis cum dignitate & elegã-

tia fabre pollitum fieri potest ad usus plurimos: uulgo nostrates Situlatium a situla nominant: Est & urnarium balnei:ut iam dictum est:ab urna uase aquario:quo ut nasiterna:ut situla: per lixas ad culinam aqua ministratur. Hæc græce hydria cum hydor aquam latine notet. Vnde hydropisis morbꝰ:hydromel aqua mulsa:Hydropotes aquæ potor:ut tota uita Cassius & Apollonius Tyaneus:Hydromantia diuinatio per aquas: & hydraulica organa machinæ ad aquam hauriendam a Cresibio excogitatæ. Pelues uero quibns uaria perluuntur:eas græci Lecanas uocant:Vnde Leconomantia quæ peluibus fit diuinario: sicut quæ securibus Axinomātia quæ per specula Caroptomantia:& ex unguium in spectione Onycomantia:quæ ludibria etiam nostræ foemellæ & rusticulæ ī primis obseruant. At Sicomantia erit per umbræ tātum euocationem Necromantia non sine cadauere: quas uiri alioquin magnanimi pallentes uix peragunt.

Sitularium
Vrna
Nasiterna
Situla
Hydor
Hydria
Hydromel
Peluis
Hydropotes
Hydromatia
Hydraulica organa
Lecanæ
Lecanomātia
Axinomantia
Captronomātia
Onycomātia
Sciomantia
Necromātia



PEniculi quibus uasi tergere solent sic dicti:ꝙ de spongiaꝝ genere peniculo siue quod de caudarum extremitate fiebant: nam penis cauda est a pendendo.Peniculis etiā calciamēta tergebātur autore Pompeio:ut nunc spongis quæ ueteribus etiam ad mensas emaculandas seruiebāt.Martialis.Hæc tibi sorte datur: tergendis spongia mensis Vtilis expresso cum leuis imbre tumet. Vnde ab Apitio spongiare dictum spongia extergere:At nos panes ex melle aromatis citreisq̧ malis prius conditis in spetiem totti orbis cōcinatos Spongiatos uocamus: & Piperatos: quos modo ad gustula modo secundis mensis adhibemus.

Penis
Spongiæ
Spongiatores
Panes
Piperati



COnchæ uasa ex ære ligno uel argilla ad cullinā parantur:cōcauæ sunt & patulæ quemadmodum pisciū quorumdam conchæ a quarum similitudine appellatæ credūtur:Plinius rursus nudātur deinde lauatur in conchis:alio nomine alueos & alueolos dicimus:& ꝑsertim ī longū porrectos ligno excauato:ut monoxyla: ad lotionem etiā pueroꝝ cū primum

Aluei
Alueoli
Monoxyla

nati sunt adhibitos: unde apud Iuliũ Capitolinũ legimus Cũ in cæsareana familia paruuli in testudineis alueis lauarentur nato albino Ceioniũ posthumũ eius patrẽ munere testudinis a piscatore cũ omnine accepto illã ad excaldationes puerilles dicasse. alueolus alias est tabula lusoria: farinaria etiam ĩ qua farinam non sine fermento prius cum aqua ad massam reducentes panem faciunt.

Excaldatio puerilis


Vttus uas oleariũ. Horatius: Villis cum patera guttus cãpana supellex: de eodẽ intellexit cum inquit: Cornu ipse bilibri caulibus instillat. Aul. Gel. puerorum iubet Taurus oleum in ollam indere erat is puer genere atticus festiuissimus ætatis & gentis arguttiis scatens: guttũ samium ore tenus ĩprudens manẽ tãq̃ inesset oleum affert: cõuertitq; eũ: & ut solitũ est circumegit per oẽm partem ollæ manũ: nullũ inde ibat oleum: dicitur & lechytus: qua dictiõe usus est Diuus Hieronymus regum tertio hydria farinæ non deficiet nec lechytus olei minuetur: eundem & capsacem appellauit in epistola ad Eustochium: quo uerbo utitur & Cyprianus lib. epistolarum .II. Fidelia farris non deficiet & capsaces olei nõ minuetur. de gutto balnearum supra: Est & uas sacrificiis aptum. Plini. XVI. Curius iurauit se ex præda nihil attigisse præter guttũ faginum quo sacrificaret.

Lechytus

Capsaces



Artago uasculũ patens: in quo adhibito oleo distillatione uel butyro: carnes: ofellæ: pulmẽta: frictæ: q̃ & frictellæ: tomacula & iecuscula: omẽto si e suis Iecore fuerint in primis irretita frigũtur: Pli. Therebintinã in sartagine referuenti. Hiero. si tũ is est sexto machabeorum: Iussit ignẽ admoueri & huc spirantem toreri in sartagine: non sermone uernaculo patellam dicimus inter ueterum supellectilem etiam cõnumeratam uerum ad alios usus: nec talis qualem habemus fuerat: ut cõpluria alia apud antiquos: Iuuen. Vrceoli pelues sartaago patellæ: græce τηγανον sartago λωπας patina dicitur. Est autem a patina uasis genere per diminutionem. Terentius Iamdudum animus est in patinis: De patinarum luxu

Frictæ
Tomacula

Patrina

multa Pli. Macrobius. & Suetonius prosequūtur. hinc est patinarius in patina conditus: Plautus: uel patinarium uel assum uerses quo pacto lubet: Sycoton uero hoc est ficatum Iecur aprignum aut suillum uocant: e sue presertim fico pasta: quod mirati sunt ueteres quemadmodum & non sine farre pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi: Vnde ficato nomen.

Patinarius
Sycoton
Ficatum


Estus sub quo testuacia: Spiræ: Saluiata ex ouo lacte saluia polline saccaro: scriblitæ: mustacea in nuptiis: & placentæ coquūtur. Est autem testuacium condimentum ex uariis esculentis a testu sub quo calido coquitur: ut scribit. M. Varro in libris linguæ latinæ. id autem uas ex ære patens quod testuacia continet & prunis suppositis percoquit Solum nostri Parmenses appellant. nam solum quicquid sustinet. Mart. de soleis calceorum Intelligens pictorum sola basiate regum. Verg. de pelago: Subtrahiturq; solū quin & panicias mensas solum uocauit in. vii. æneí. Et cereale solū pomis agrestibus augent: est tamen proprie terra: autore Pompeio: nō nulli testum clybanum dici posse a nobis existimauerunt: cum clybanus etiam furnum notet: citant in hoc Plinium de lino in. xix. sic scribentem. corticesq; decussi clybanis & furnis præbent usum: unde panis quia a nobis testaceus: a græcis clybanitis dicitur.

Saluiata
Mustacea
Testuacium
Solum
Clybanus
Testaceus panis
Clybanitis


Ratis cuius diminutiuum est craticula ad ofellas porcinas carnesq; piscium in primis apud nos assandas e ferro cancellata paratur: & prunis imponitur. hinc Iuue. Sicci terga suis rara pendētia crate. Mart. in apophoretis. Parua tibi curua craticula sudet ofella: Spumeus in longa cuspide fumet aper. Offa namq; frustum est carnium: unde est: Et patruo similes effunderet offas. Vergil. Melle soporatam & medicatis frugibus offam: &. M. Cato sæpe inquit audiui multa inter os & offam interuenire posse: quod uetus est adagiū idem significans quod græcus ille. πολλὰ μεταξὺ πέλει: hoc est prouerbio tritus uersus. πολλὰ μεταξὺ πέλει κυλι

Craticula
Offa

νος καὶ χείλεος ἄκρου.ideſt multa cadunt inter calicē ſupremaq̃ labra: monens de craſtino non eſſe ſperãdum Vnde & nos quodam epigrãmate: Plurima ſæpe cadunt inter labra ultima & offam: Ac fugitiua uolant gaudia: cura manet: Offam dicemus quoq̃ cibariũ ex fruſtis panis in iure pingui: caſeo uetere: pipere. & cinamomo conditis: quam non ineleganter iuſſulatam & caſeatam nuncupabimus: at offulam & ofellam per diminutionem fruſtulũ: eritq̃ porcina a porco: quam in ſartagine craticula & prunis coquimus: uitulina a uitulo quam præ cæteris ad ignē uerubus uerſantes ad eſcam paramus. Pulpulas & pulpellas nunc Popinæ appellant.

Offa iuſſulata
Caſeata
Ofella porcina
Vitulina
Pulpellæ



VEru cuſpis eſt ferrea qua carnes ad ignem torre ſolemus. Verg. Pinguiaq̃ in uerubus torebimus exta colurnis: Seneca: graciliq̃ tranſiecto ueru mugire fibras uidi. Et Petronius: ueru extis ſtridentibus plenum: hinc telum ad eius ſimilitudinem factum ueru etiam nominarunt. Andinus uates: & tereti pugnant mucrone ueruq̃ ſabello: unde Veruta haſtulæ q̃ uerua habent præfixa: a uerſando autem nomen accepit: ut notat. M. Varro: nam ad ignem iugiter uerſatur: Scribit Plutarchus thebanos publica impenſa tumulaſſe Epaminundam q̃ in mortui ædibus propter paupertatem nihil præter ueru ferreum fuiſſet inuentum: id quod etiam repetit Frontinus.

Veruta



TVdicula a tondẽdo licet alias ſignificet ſtilum quo uaſis ſigna in primmius: cochleare maius dici poteſt: quo utũtur coqui & anculæ ad cõplura condimenta paranda. De cochlearibus ad menſam ſupra dictũ eſt: quæ & minora ſunt & ex orichalco argentoue ut plurimum cuduntur: e ligno quoq̃ cauantur ad menſas & uſus ruſticorum ac tenuioris cenſus hominum in oppida etiam degentium: Vtuntur & coqui cochlearibus maiuſculis e ligno uel ære aut ferro ad carnes iuſcula & pulmentaria e cacabo extrahenda & in lancibus uel ſcutellulis ponenda: ut ad menſam portentur

Cochleare
Maiora cochlearia

ecclesiastici scriptores ad id instrumenta nunc fuscinulas nunc creagras appellare uidentur: de Tudicula Cato in re rustica Igni inquit bene coquito: Tudicula agitato crebro usq; adeo dum fiat tam crassum q̃ mel. Fuscinulæ Creagræ

PYxis uasculum in primis e buxo: nam erit etiã ex qualibet materia: ut Quintilianus ostendit. Neoterici bussolã uocitant: quia πυξος græce latine buxus. Apuleius de asino aureo libro tertio. arcula quadam reclusa pyxides plusculas inde depromit. Pyxis & hypocoristicos pyxidula Pyxideculaue in domo pluribus seruiens culinæ danda est ad aromata: quibus in pulmentariis utimur. ex argento quoq; cælata diuitum mensis cum pipere croco & cinamomo infertur. Pyxidula

CVlter e ferro cuditur & cotibus parat̃ ad usus coquinarios. Apul. de coquo: destinatæ etiã laniæ cultros acuebat. cultro popinario ĩterẽpt⁹ est ĩ seditione pater Lycurgi legũ latoris apud Lacædemonios: ut scrib. Plut. Idẽ sacrificiis adhibebat̃. Silius: Centũ cadat hostia cultris: Vñ cultrarii uictimarii qui & Popæ uictimaꝝ imolatores: & cultro carnes lanii uendẽtes diuidũt. Præterea cultro uenatores utunt̃ hinc uenatorius dictus de quo Martialis: Si deiecta gemes longo uenabula rostro Hic breuis in grandẽ cominus ibit aprum Et Suetonius scribit ĩ Augusto: In cubiculũ eius lixam noctu inuentũ fuisse cultro uenatorio cinctũ: & in caligula. Reperti inquit & equestris ordinis duo ĩ publico cũ dolone & uenatorio cultro præstolãtes: & tõsorius culter qui nouacula. Popinarius Culter ad sacrificia Lanii Venatorius Popæ Cultrarii Victimarii

TYrocnestis ferreũ instrumentum ad coquinam quo aspero se foraminato caseus minutim disteritur: usus eius ad alia permulta disterenda: quibus coqui in pulmentariis & testuaciis utũtur: Tyros græce latine caseus appellatur. Nouacula

MOrtarium uas lapideum est siue æreum ex ære in primis cyprio quod cuprium uulgo: in quo tundunt teruntue pistillo: ut autor est Nonius quæ resoluenda sunt: Plinius in. xxxiii. Aeris Cuprium

Moreta
Intincta
Embamma
Intrita
Piperatum
Pinapium
Aliatum
Omphacinũ
pistilium

mortariis pistolloq; trito minio ex acceto. Plautus in aularia: Cultrum securim pistillum mortarium quæ utenda uasa semper uicini rogant. Imortario coquinario ex diuersis rebus simul tritis moreta quæ intinctus: embamata. nam εμβαπτω intingo: intrita: intrimenta & protrimenta: uarii saporis: & coloris plurifariam condiuntur: ueluti a Pipere Piperatum album & subruffum: Sinapium a sinapi: Aliatum ab alio: & quo per æstates utimur ab Omphacio omphacinum: Pistillum ipsum e ferro uel ligno erit: quo herbas Piper Alium iuglandes: & id genus plurima coqui & ancillæ terere solent ad condimenta. Vergilius in moreto.

Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Alia: tum pariter mixto terit omnia succo.

Pila

Pila item in qua aliquid cuditur: Plinius de auro: quod ad pilas cudunt apilascudem uocant: item tonditur in pila deinde tenui cribro secernitur: postea molitur ac deinde tenuius sic cribatur.

Moletrina
Pistrinium
Asinariæ
Molæ
Manuariæ
Trusatiles
Amilum
Catilius
Meta
Chiromylos
Mylœcon



Olæ dicuntur q͞ his ueluti quadam mole res minutatim frangrantur: præcipuus est earum usus in moletrina quod pistrinum antiqui: triuiales nunc molendinum: ab Asinis asinariæ a maioribus dictæ. Molis utuntur & plurimæ officinæ coqui etiam ad intinctus: hæ minores sunt: quas a manu manuarias: a trudendo trusatiles appellamus Volsinæ ut uolunt primo inuentas: Alii molam quod græce mylos: unde Amylum sine mola factum ex tritico in insula Chio primo inuentum: & chiromylos mola manualis: Myloecon quoq; blattræ genus dicitur Plinius quia molarum fere sit incola: Catillum superiorem metam inferiorem postq̃ sua cuiq; necessarium est dare nomina uocitabimus: autore Paulo iureconsulto. Ego uero potius metam superiorem catillum inferiorem dixerim. Sed iam in coquina satis mansitauimus: in qua furnum etiam faciendum esse multi uolere: & ad panem coquendum & ad carnes sæpicule assandas. Tutius tamen erit me architecto propter ignis

Furnus

periculum extra ædes quæ magno ædificantur illum ha-
beretur:In domuncula igitur nec quidem contigua sed ui-
cina furnus ut fœmilia quoq; & lignilia commode ponen
dus ueniet. A furno autem quod est atro: teste Pompeio:
nomen accepit: cuius os patens præfurnium quidam no- Fœnile
minauere. Antiqui fornacem in pistrinis habebant farina- Lignile
riis: & pistores dixerunt qui frumenta pinsebant:& qui pa Præfurnium
nem faciebant:nunc pistrinarii. Martialis de Cipero pisto- pistores
re. Et panem facis & facis farinam. Hi ut scribit Plinius in Pistrinarii
decimo octauo. Nõ fuerunt Romæ ad persicum usq; bel-
lum annis ab urbe condita quingentis octuaginta. Ipsi qui
rites panem faciebant:mulierumq; id opus erat: quæ inde Panificæ
panificæ dicuntur: ut factura panificium: furnus a græcis Panificium
κλυβανος q & Testus dicit: Hieronymus. Omnes adul- Clybanus
terantes quasi Clybanus succensus a coquente: ad cuius
usum Infurnibulum ipse pallam dixerim qua panes i fur-
no disponunt: nam Rutabulum est a proruendo igne ut Rutabulum
panes coquantur: in quibus adsurgit interdum pustula Infurnibulum
hectæ nomen adepta: a qua accipitur res nullius precii:
cum dicimus non hectæ te facio: autor Pompeius:Sed ui Hecta
de an Rutabulum sit potius a Rutro instrumento quo ali- Rutrum
quid eruimus & exthraimus. Coquinæ uero Gynœcium
ut statim subiũgerem me inuitauit panificii mentio:quod
mulierum (ut diximus) opus fuerat: ueluti nunc quoq;
apud nos & cæteros quibus non sunt frequentes Pistri- Gynecophil⁹
narii: Hinc igitur Gynecophili in illud illam patescens in- Misogyneia
troeamus quod perfugiũt Ii qui Misogyneian hoc est odi
um in mulieres exercent:quale in Euripide & Orpheo post
amissam Euridicem fuisse memoriæ proditum est.

GYNOECIVM CAPVT .V.



Ynœcium locus est ĩ ædibus solis mulieribus ad habitandum datus. Plautus ĩ mostellaria. Dare uolt uxorem filio quantum potest ad eam rem facere uolt nouum Gynœcium: dicitur & Gynœconitis: Aemilius Probus in prohœmio operis: Matersfamilias apud romanos primum locũ tenet ædium atq; in celebritate uersatur: quod multo aliter fit in græcia: nam neq; in cõuiuium adhibetur nisi propinquorum: nec sedet nisi in interiore parte ædium: quæ Gynœconitis appellatur: fit autem ab Oeco quod est habito. Vnde Oecos domus dicitur: hinc Oeconomus administrator rei familiaris: Oeconomia administratio rei domesticæ. Synœcus cohabitator: & Gyni gynecos mulier est: Andronitis autem est uirorum. Vnde Alexander molossus dicere ut ferunt solitus est se in Andronitin Alexandrum macedonem in gynœconitin profectum: cum ille aduersus Italos gentem bellicosissimam hic in Persas & barbaros imbelles exercitum duxisset. Vitruuius in sexto: Andronites dicuntur q in his uiri sine interpellationibus mulierum uersantur. Andros enim græce uirũ notat. hic Androngyus qui Hermophroditas ex uiro & fœmina ut scribit Plinius de quo Pulex poeta eleganter.

Gynœconitis

Oeco
Oecos
Oeconomus
Oeconomia
Gygni
Synœcus
Andromitis
Andros
Andromitus
Herma
Phroditus

Cum mea me genitrix grauida gestaret in aluo
Quid pareret fertur consuluisse deos
Mas est phœbus ait: Mars fœmina: Iunoq; neutrum:
Cumq; forem natus hermaphroditus eram.
Quærenti fatum Iuno hic ait occidet armis:
Mars cruce: Phœbus aquis: sors sua quæq; tulit:

Arbor obumbrat aquas:aſcendo:decidit enſis
Quem tuleram:caſu labor & ipſe ſuper:
Heſit pes ramis:caput incidit amne: tuliq;
Fœmina:uir:neutrum:flumina:tela:crucem:



Peculum imagines reddit: eo preſertim utunẗ fœminæ plurimum temporis cuius apud illas minima creditur iactura conterentes:dum purpuriſſo ruborem genarum & labiorum: ceruſſacandorem colli papillularum & oris mentientes: Dum tetanothris in facie cutem erugantes: dum uolſellis Pſillothroq; pilos uellentes: dum crinem adulterinis coloribus ut inquit Cyprianus mutantes:dum reticula aurata comis illis quas etiam inſolare hoc eſt ad ſolem dealbare conſueuerunt implentes: dum caput gemmis radiantibus ornantes:& margaritis tranſlucentibus uenuſtantes: dum ueſtes componentes ne rugas indecenter emittant: & mundo placere & laudari ſtudent. Cum non tantum ueſtimentorum nitor: concinnitas: & auri magnitudo: gemmoſaq; monilia ualeant ad mulieris laudem quantum modeſtia in rebus & boni mores:ut Ariſtoteles Oeconomicorum ſecundo ueriſſime & catholice ſcriptum reliquit. Faceriſſime dixit Plautus in moſtellaria formoſæ mulieri nil eſſe opus Speculo cum ipſa ſpeculo ſpeculum ſit maximum; utuntur & pectine dentato ad comam explicandam: & auriſcalpio dentiſcalpioq; de quibus infra dicemus: calamiſtro quoq; cuſpide ferrea: qua in cinericiis prunis calefacta per ciniflones qui cinerarii: Antias in primis crines a fronte pendulos Caproneaſue anteuentulos: criſpant ad decorem: & diſcerniculo quo ante frontem capillus ad diſcrimen diuiditur: Acu etiam crinali ad comas tortas cincinnos & reticula bombicina continenda in lege & ſtatione: & qua caput ſcalpunt cinaſona: ſapone gallorum inuento: martiaciſue pilis odoratis: & lixiuio ad rutilandos capillos:Innumerabiles præterea reſculæ ſunt de qbus ſcribere diffuſius ſuperſedi.adde q̃ uelle oĩa recẽſere quæ matronatrũ mollis ornatus: quæ luxurioſus cultus expoſcit

Purpuriſſus
Ceruſſa
Tetanothra
Volſellæ
Pſillothrum
Reticula
Inſolare
Nil opus ſpeculo
Calamiſtrum
Ciniflontes qui
Cinerarii
Antiæ diſcerniculum
Caproneæ
Crinalis acus
Cincini
Cinaſona
Sapona
Matriacæ
Pilæ

Ad oris decorem
Cerussa
Cosmotica
Ad ornatum
Baccæ
Castulæ
Perizonia
Semicinctia
Suberatæ
Crepidulæ
Mundus muliebris
Lanificium

lõgum esset & superuacuum multa ad ornatum: plurima ad oris decorem pertinent: huius gratia gumi: cerussa quã Strabone autore Troglodytarum fœminæ sibi diligenter inducunt. Melinum: Stibium: Purpurissus: Lomentum: fucus: alumen: lac asininũ: Smegmata: Dentifriciæ psilothrũ: dropax: Tetanothra Volsellæ: calliblepharum: Cosmoticæ ad capillos uenustandos: & compluria alia parantur pigmenta: Illius uero causa: Gẽmæ interdum aureis umbilicis ad ornatum capitis pectoris & brachiorum compræhensæ: Margaritæ quæ & baccæ: unde monile baccatũ: uniones. eléci. crotalia. coralium. succina. murenulæ: spirulæ: monilia: strophia: castulæ quæ Perizonia & præcinctoria. Inaures. stalagmium. reticula. mitellæ. Capital. Calantica. redimicula. fasciolæ. galericuli. Calyptræ. Plaguli orbiculares cancellatæ. frontalia. dextrocheria: torques brachialis. anuli gemmosi: Vestes bombicinæ argento auro diuisæ: periscelis: armillæ: galbea: spinter: Leria: spatalia: semicĩctia quæ & uentralia auro fimbriata. soculi. crepidulæ suberatæ gẽmis interdum uariegatæ matronam dimidia maiorem referentes. & id genus plurima coemuntur. Adeo ut quicquid mundus muliebris uocabatur sarcinæ uiriles sint: minus dico: etiam ut inquit Seneca militares. & ita quid addant ad cultum non habent amplius nec excogitare possunt fœminæ: nisi uestium crebras & prope quotidianas ex forma specieq; mutationes: quales hodie induunt etiã in prostibulis Diobolares damnandæ: quibus in summo patentibus fit ut expapillato pectore ne adulteris quidem plus sui in cubiculo quam in publico ostendant: hinc ad reliqua quibus utilius & sibi & maritis operantur transeamus: dicturi primo de lanificio quod castas matronas impensius decet: Vnde. T. Liuius & Ouidius ut pudicam ostenderent inuentam scripsere Lucretiam a uiro Collatino iuuenibusq; Tarquiniis inter lucubrantes ancillas lana operantem: & Diuus Hieronymus instituens Virginem Demetriadem: habeto inquit lanam semper in manibus uel staminis pollice fila deducito.




Olus pensa cõtinet e quibus fuso fila ducũtur in cuius ima parte apponunt ut facilius & meliqu nere possint id quod pertusum & rotundũ per quandam similitudinem Spondylum dicemus & fere ab effectu Verticulum: Plinius de Electro in syria quoq; fœminas uerticillos inde facere: uocare Harpaxa quia folia paleas uestiumq; fibras rapit: Fusum Closter aragnæ filius ipsa uero linum inuenit: hunc pollice infami & indice digitis uersando nentes fila deducũt: Nent etiam ad tramam lanitium fœmellæ machinulam quãdam uersantes quam Rhumbum non in eleganter appellabimus: Vnde Propertius de Rhumbo magico: Staminea Rhumbi ducitur ille rota: Sed meo periculo etiam Verticulũ hoc nomine significabis a specie Rhumbi militaris: quo uersatili utuntur ad fila in glomera præsertim digerenda: Pensa a pensando significant lanæ liniue manipulos quos nondum neuit manus super colum corpulentam extensos uel extendendos: Ouidius Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant. Fila quoq; denotant. Vergilius de textrice: Excussi manibus radii reuolutaq; pensa: satis constat Hamis ferreis prius pectenda & ad stamen interdum: & fere semper ad Tramam: Per linum autem ĩtellige & genus illud candissimum ex ægypto quo nostræ mulieres Parmenses præ cæteris ad colum impendio delectãtur: & plurimum inde lucrifaciunt. Cottonum nonnulli & Carbasum per coniecturam uocant. Bambacium uulgares. Indocti bombicem. Litterati Xylon siue gossipion. Hinc gossipinæ & Xylinæ uestes olim ægypti sacerdotibus gratissimæ. Pensa ipsa quasilis continentur quæ a qualis per diminutionem Calathi etiam græce dicti sunt. Romani ueteres quasillum Thalasionem appellarunt ut scribit Varro. Vnde Thalasii nomen in nuptiis frequentabant ad ad lanificium nouas nuptas inuitantes: ut referunt Pompeius & Plutarchus in problematibus. huic accedit q; nubentes uirgines comitabãtur colus lana compta & fusus cum stamine.

Spondylus
Verticillus
Fusus

Verticulus
Rhumbus
Pensa

Hamis

Cottonum
Carbasus
Bambacium
Bombix
Xylon
Gossipion
Quasilli
Quali
Calathi
Thalasio
Shalasius


Cus ad suendum parantur & ornãdum ut notat Pompeius: hæ in summo pilulam habent: illæ foramen: quibus utuntur sutrinæ officinæ & phrygiones qui acu pingunt a phrygibus inuentoribus dicti: nostri ex re acupictores uocitant. Acum ipsam licium filium duplex: trahentem quod Resum: impellunt anulo punctato: quem medio addentes digito digitale nuncupant: alias digitorum est tegmẽtum Vtuntur & forficibus ad panos secãdos ut in uestes componant sarcinatrices quod pallas prima docuit: & domi ad plurima matronæ ut uidemus: sed e uerius diminutiue forficulæ dicẽtur. Forcipe aũt a Cynira primo ĩuenta forma idest calida fabri ferrarii uersare consueuerũt: Vnde formidus Catoni callidus auctore festo: at Forpex quæ rectius forpicula: cũ paruula sit ad capillos tonsoribus datur. Texendi uero artem ad quã pertinent Tibicines: Liciatoria: Radii: pectines. Glomora quæ ĩuolucra: Panus: Forago: Stamen: Trama: Subtemen: Verticuli: & cõplura alia consulto prætermittimus: Raræ imo nullæ diuites matronæ: Illustres reginæ quibus solis Gynœcia ponuntur textrices ĩuentæ: nisi interdũ relaxãdi animi gratia ad Zonulas: reticula & alia nugamẽta. Cum in hoc ægyptiorum siue Palladis ut est apud Platonem inuento sese exerceant pauperculæ mulieres: quæ in gurgustiolis noctes diesque radio & pectine uictum quæritant. Mihi præterea animus est de artificibus eorumque instrumentis opus incœptum ad umbilicũ adducere in quo diligens lector & curiosus rimator & scrupulosus indagator compluria inuenies quæ nunc forsitan hic: & alibi inter legendum non addita culpabis. Ipsorum autem artificum & eorum præcipue qui fœmellis aut seruiunt aut per placent uisum est (ne quod diximus uanissimum crederes) hæc paucula nomina subnectere: Aurifices: Argentarii: Bractearii: Gemmarii: Cælatores: Scalptores: Fictores: Lanarii: Sericarii: Linteones: Textores: Polymitarii: Fullones: Infectores: Lanifici: Carminatores: Pannicularii: Pelliones: Sarcinatores: Patagiarii: Limbularii: Phrygiones: Reticularii:

Phrygiones
Acupictores
Licium
Resum
Digitale
Forfex
Forficulæ
Forceps
Formidus
Formum
Forpex
Forpicula
Glomera
Texendi
Ars
De artificibus opus

Zonarii:Sutores:Calceolarii: Crepidarii: Vitrearii: Torna/
tores:Inſtitores:Circitores:Nugiundi:& Preſtigiatores iter
artifices tamen non numerandi qui interiectio uelo ſupra
id ipſum minutas quaſdam nobis oſtentant imagunculas
quaſi puppas loquaces ac omnimodas geſtinculatrices ri/
xantes inter ſe cōcurſanteſq; per ludicrum ut quottidie ui/
demus. Sed prӕterq; Geomantes chiromantes Metopo/
ſcopi Sortilegi Diuini & ſomniatores: cōiectoreſue: qui ut
plurimum theſauros indicant & Midӕ Graſſi Luculli Pe/
lopiſq; diuitias his pollicentur a quibus tamen ipſi uix pal
liolo tenus diuites obolos petunt.

CVnabula gynœcio iure danda ſunt ad infan/ Educatio
tium lactentium quietem & educationem:
quam prӕſtare debent mulieres omnes etiam
ſi reginӕ fuerint lacte ſuo proprios filios nutri/
endo: ut ſint integrӕ matres: ut eorum magis dilectrices:
Vt liberi quoq; ipſarum maiore deſiderio & pietate tene/
antur: Infantis namq; aliorſum ex oculis illa amolitio ui/
gorem maternӕ flagrantiӕ ſenſim atq; paulatim extiguit:
ipſe uero affectione erga ſolam nutricem occupatur: Ac
propterea quicumq; ita nutritus matrem amare uidetur:
amore non naturali ſed ciuili & inopinabili diligere exiſti/
matur. Adde quod non fruſtra creditum eſt ad fingendas Lac nutriciū
animi corporiſq; ſimilitudines lac quemadmodum & ſe/
men plurimum conferre: Cauendum igitur eſt ad lactan/ De nutricӕ
dum ingenuum bene ingeniatis primordiis quӕ adhibe/ digna
tur ne ſerua ſit: aut ſeruilis: & ut plerumq; aſſolet exter/
nӕ aut ruſticanӕ nationis: ne informis: ne impudica:
quod prӕſertim in fœmella obſeruandum eſt: ne deniq; Lac nutriciū
temulenta ut refert Aul.Gel.i noctibus atticis: Si lacte ouiū
alii hӕdulii pilo teneriore: & ſi capraꝝ agni lana duriore
ueſtiuntur: quid boni uel mali exiſtimas lac nutriciū puer/
periis alatuꝝ: Quӕ nō poteſt igitur lactis inopia bonis mo
ribus & ciuilibus prӕditā nutricem ad lactandum filium
conducat: quem uagientem flentemue cunarum motu,
crepitaculis: puppis: cantu: & ſi ӕtas requiret munuſculis

demulcebit:Quæ poteſt ipſa lac præbeat:ipſa ubera diſtenta admoueat:non enim fœminis natura quæ nihil unquã fruſtra mammas quaſi quoſdam uenuſtiores neuulos ornandi pectoris cauſa:ſed liberorꝫ alendorum gratia hinc ĩde affixit:e quibus papilla per quam lac tranſmiſſum educitur: Admonendi obiter ſunt parentes:ut die Luſtrico liberis ſuis in Baptiſmo nomen generoſum imponant ad hominis dignitatem non nihil adiiciens:qualia ſunt Valerius Saluius:Fulgentius:Cato:Prudentius: Timotheus honor dei:Chariſius gratioſus:Theodorus dei donũ: Athanaſius ĩmortalis: Chryſoſtomus os aureũ: Polydorus multi muneris: Euthicus Fortunatus & Fauſtus: Macarius beatus: Macrobius longæuus:Pamphilus totus amans:Ptolomeus pugnator:Theophraſtus diuina eloquentia. Dorothea Dei munere data: Glycerium dulcis amor: Agatha bona: Camilla Ingenua: Polyxena multum admiranda uel hoſpitalis: Adde ꝙ interdum diuinare eſt nomen imponere: quod ſit morum atq; fortunæ indicium: Caueant præterea: ne pueri cum trimatum exceſſerint immodice cibis & quiete utantur: Nam pueros impuberes compertum eſt ſi plurimo ut ille inquit cibo nimioq; ſomno uterentur hebetiores fieri atq; hinc elici tarditatem:ac eorum corpora improcera fieri:minuſq; adoleſcere: Cunabula autem cunas & lectulos appellamus: ubi in crepundiis hoc eſt linteolis ueſtibus bullis faſciolis & id genus cæteris puellos nutricare conſueuerunt:Plinius in.xi.Semeſtris locutus eſt Croeſi filius in Crepundiis:quo prodigio totum id cõcidit regnũ. Fœminas uero ipſas ex partu recentes puerperas teſte proculo iurecõſulto nũcupamus:& quod enixæ fuerint puerperium: At mulier quæ in ſecundis deducẽdis: in conuerſione uuluæ & reliquis:puerperæ operã auxiliatricem præſtat: uel certæ puerperiis ne laxatis uteri genitalibus clauſtris in terram defluant:obſtetrix dicetur:nam ſeruiens domi ancilla:ad ornatum dominæ Coſmeta nominatur. Vt librarias:Gerulas:nutrices:ueſtiſpicas.Internũtias quæ mediatrices omittam: ſeruos etiã paternos: alumnos: formo

Mammæ fœminis
Papilla
Timotheus
Cariſius
Theodorus
Atanaſius
Polydorus
Chryſoſtom⁹
Euthicus
Macarius
Macrobius
Pamphilus
Ptolomæus
Theophraſt⁹
Glycerium
Dorothea
Agatha
Camilla
Polyxena
Cunabula
Cunæ
Crepundia
Puerperæ
Puerperium
Obſtetrix
Ancilla
Coſmeta
Librariæ
Gerulæ
Nutrices
Veſtipicæ
Internuntiæ

ſos aſſeclas:procuratores calamiſtratos:& in longam ſecu tamq; libidiem exectos ſpadones: ſub quibus nominibus ut inquit Hieronymus adulteri deliteſcunt. Ita ut ſæpius maritorum quantula ſit portio. Hoc ſolum pro affectatæ breuitatis neceſſitate ſufficiat. O nos fœlices ſi ſine uxoribus eſſe poſſemus. Sed non niſi fœliciores quibus cõtigit pudica dulcis prudenſq; Tori genialis ſocia & coniuga: qualem. L. Amabiliam me adeptum Deo maxumo optumoq; optumorũ opitulatori gratiſſimas ago gratias: quã id horæ cubiculum intrantem non poſſum non ſequi: & ipſum mox cubiculum proſequi. O nos fœlices

CVBICVLVM CAPVT .VI.



VBICVLVM quod a cũba quam lecticã ſabini uocabãt deductum uidetur autore Põpeio antiqui a cubando locũ dixere ut ſcribit Var. Vbi ſtratis cubilibus id eſt lectis cubabãt: Seneca ad Luciliũ Quid proſunt multa cubicula? in uno iacetis: iuxta quam ſentẽtiam ipſe uno cõtentus ad excuſationem hæc adiiciã: qui multa uolt cubicula: qui plures cœnationes: qui culinas & cætera: ponat ut lubet: ſingulorũ habebit archetypon. Neoterici dormitoriũ cubiculum camerã appellant: qua dictione etiam uſi ſunt ueteres ſed in alio ſignificatu: nam cameræ tecta ſunt deuexa & incurua ut teſtantur Seruius & Marcellus. Hinc concamerare. Papinius in Siluis. Efful gent cameræ uario faſtigia uitro in ſpecies animoſq; nitẽt nam uitrũ cameris addi cœptũ ſcribit Plinius: & Seneca ad Luciliũ. xiii. Niſi uitro inquit abſcõditur camera. Fiunt autem per teſtudinẽ: quæ in ædificiis dicitur ſolariũ deuexũ a forma teſtudinis aquaticæ: ut autor eſt Nonius. Ver-

Cumba
Cubilia
Dormitoriũ cubiculum
Camera
Cõcamerare
Teſtudo

gilius In foribus diuæ media testudine templi: nõnulli for nicem dixere a Democrito ut uolũt excogitatũ. Hinc for/ nicari est assumere speciẽ fornicis.i.curuaturæ. Plinius in. xvi. Populus cõtra omnia inferiora pandatur: palma e cõ/ trario fornicatur. fornicẽ alias lupanar uocamus a fornici bus & criptis in quibus prostabãt meretrices. Hinc forni/ cariæ: & fornicari meretricari est soluto cũ soluta coeunte ut distingunt Theologi. At uiri & uxoris ad dormitionem locus græca dictione Thalamus nũcupatur. Inde Epitha/ lamiũ sacer hymnus in nuptiis: quale Apollo primus ceci/ nit cũ Thetis Peleo nupsit: A cubiculo uero cubicularis ue stis: & cubicularii quos ad ministeriũ cubiculi habere præ/ sertim principes cõsueuere. Vitruuius coetem thalamũ uo cat unde ꝓcoetion antithalamũ dicemus: ut apud Pliniũ in epistolis: nisi legẽdũ sit potius ꝓcestriũ ut notauimus.

Fornicariæ / Fornicari / Thalamus / Epithalamiũ / Cubicularii / Procoetion / Antithalamꝰ



Ectus in quo cubãtes quietem capimus: uel a collectis herbis: ut antiqui factitarunt: unde & torus: uel potius ꝙ fatigatos labore diurno mortales ad se aliciat: autore Pompeio. Fulcri quoq; nomen sortitur. Seruius Fulcra summas lectoꝝ par tes interpretatus est apud Verg. illud: Fulgent genialibus altis aurea fulcra toris. Ipse uero existimauerim fulcra: uel ipsam structurã: uel spondas totalis structuræ significari: a quibus fasciæ quæ lora apud maiores ducebantur: ueluti nũc apud nos asserculi ligna quadrata: tabellis ingestis cul citras lintea & reliqua lecti stragula sustinere solẽt: cũ fulci re sit sustinere. Aulus Gellius de flamĩe loquẽs Neq; apud eius lecti fulcrũ capsam esse cum strue aut ferro oportet. Sueto. in Claudio Adhibebãt omni cœnæ & liberos suos cũ pueris puellisq; nobilibus qui more ueteri ad fulcra le/ ctorũ sedentes uescerentur: Non improbandã tamen cen/ seo illorum opinionẽ qui fulcra lecti pedes dixerũt: hi græ ce Clinopodia: nam clini lectus: & Clinidion lectulus: Cli/ nopalen Domitianus coitus frequentiã & assiduitatẽ uo/ cabat: uelut lecti palestram: a lecto lectistrator erit lecti con cinator: ueluti a lectisternio lectisterniator apud Plautũ: &


Torus / Spondæ / Lora / Asserculi / Clinopodia / Clinopale / Clini / Clinidion / Lectistrator

Lectica a lectulis nomē accepit qui in ea cum puluillis ster/ nuntur. Inde lecticarii qui lectica Hexaphoro Tetraphoro uel octophoro tam peregre q̄ in urbe rure seccessuue do/ minos portant: unde Periphoreti quasi circumlatiles q̄ le/ ctica circunferantur dici possunt. Lectica Lecticarii Periphoreti

SCannum & scabellum quid significant diluci/ de ostēdit. M. Varro in libris linguæ latinæ: ubi ait qua simplici scansione scandebant in lectū non altum scabellum in altiorem scannum: de scanno aliter supra: subiicitur & pedibus. Ouidius in arte: Et caua sub tenerū scanna dedisse pedē. Vnde quod græci hipopodion latini & suppedaneū & scabellū appellant. Hipopodion Suppedeanū

CVlcitra ad quietem parata dicitur q̄ i ea tomē tum rasura e panis lineis a fullone carduis de/ tracta inculcetur. Macrobius in satur. de dicte/ riis augusti. Relata inquit ad se magnitudine æris alieni quam quidam eques ro. dum uixit excedētem ducentis celauerat culcitram emi cubicularem in eius au/ ctione sibi iussit: & præceptum mirantibus hanc rationem reddidit: Habenda est ad somnum culcitra in qua ille cum tantum deberet dormire potuit. Per hyemem plumea cul citra commodior: æstate lanea uel gossipio repleta quæ Matta utilior habetur: & talis qualē Senecæ Attalus præ/ ceptor laudare solebat: quæ corpori resisteret: & in qua ue stigium apparere non posset: ad hoc nonnulli culcitram e corio uentosis follibus spiritu tumefactam ad cubitū sub/ sternunt: & follis nomine appellant. Tomentū uero ipsum farcimen dicetur culcitrarum ex quacūq; re: siue ex fœno & palea: siue ex coma harundinum: quod antiqui Circēse: siue ex pluma olorina gallinacea anserinaue: seu e Xylino uel lana fuerint refertæ: quales commendarunt olim e lin/ gonico tomento hinc Martialis. Oppressæ nimium uici/ na est fascia plumæ Accipe lingonicis uellera rasa sagis. Suetonius in Tiberio Druso autē adeo alimēta subducta: ut tomentū e culcitra tēptauerit mandere. Ferunt Helioga balū imperatorem non cubuisse facile iaccubitis: nisi quæ Tomentum Matta Ventosa culcitra Fillis Circense Lingonicum

pilum leporinum habet: aut plumas perdicum subalares: sæpiusq; mutasse culcitas: Augustũ Cæsarem contra non cubuisse quidem toro nisi humili & modice instrato.



Eruical pluma refertũ subiicitur capiti: unde a ceruice teste Prisciano nomen accepit: nãq; eo delitiæ processere: ut sine hoc instrumẽto durare iam ne uirorũ ceruices possint. Martialis: Tinge caput nardi folio ceruical olebit: Perdidit unguentũ cũ coma pluma tener. scribit Suetoni⁹ i lecto Neronis adhuc pueri circa ceruicalia depræhensas serpentis exuuias fuisse quas in armilis auro inclusas aliquãdiu gestauit.



Puluillus
Puluinar

Vluinus & hypocorisma puluillus: a pluma ut puluinar. Apuleius in asino aureo: Quatuor eunuchi confestim puluinis cõpluribus uentose tumẽtibus pluma delicata terrestrem nobis cubitum persternunt: sed & stragula ueste auro ac murice Tyrio depicta probe cõsternunt: ac de super breuibus admodũ: sed satis copiosis puluillis: aliis nimis modicis qs maxillas & ceruices delicatæ mulieris suffulcire cõsueuerunt superstruunt: Plinius in. xxxiii. Sũmæ apud exterros licentiæ fuerat poculo aureo puluino subdito Philippum Regem dormire solitum: & Seneca scribit de beneficiis secũdo Archesilaum se teste cõtentum amici pauperis & paupertatẽ dissimulantis ue ægroti sacculum pecuniarũ puluino subdidisse: Puluini ad sedendum quoq; positi. Iuue. Equestria notans de puluino surgat equestri. Præterea & Areolas terram elatam inter duos sulcos in hortis hoc nomine significamus: quæ porca a porrigendo in agris dicetur: alii porcas sulcos uocant in segete rariores.

Equestria
Puluini
Areolæ
Porcæ



Oralia ad usum tori ut nomen indicat autore Marcello fuere. Hort. in ser. Et tyrias dare circum illota toralia uestes: Super linteola nãq; ponere solemus Stragulas uestes purpureas: quas tyrias appellat: uel candidulas ut per æstatem decet: seu uirides pictas & uersicolores: & Noni⁹ Plagæ inqt grãde lineum tegmen: quod nunc torale uel lecticariam syn

Plagæ
Plagulæ

donem dicimus quaꝗ diminutiũ eſt plagulæ:ubi per ſyn/donem lecticariã panum lineũ ad uſus lecti accipere poſſu mus. Hoc enim nomine ſignantur e lino panni albicantes quos ad uſus tori Lodices etiam nõnulli dici poſſe exiſti/marunt. Mart. Lodices mittet docti tibi terra catulli: Item ſuo diſtico. Nudo ſtragula ne toro paterent: Iunctæ nos ti/bi uenimus ſorores: ſed toralia etiam omnia lecti ſtragula uocamus. Primum omnium priuatorũ Heliogabalus po/ſtea ro. imperator toros aureis toralibus texit ut ſcribit Lã pri. Stragula ipſa a ſternendo notãt quicquid culcitræ ſter/nitur: autor Varro. Plinius. in Orchomeno tota ſubruunt arua talpæ: quarum e pellibus cubicularia uidimus ſtragu la: & Tranquillus refert Claudiũ Cæſarem neminem uiſi taſſe ægrũ: niſi prius explorato cubiculo culcitriſꝗ & ſtra/gulis prætentatis & excuſſis: Præterea ſtragulas ueſtes au/lea & tapetes uocitamus. Iuriſcõſultus inſtratum omnem ueſtem quæ ſternitur appellat.

Sydones
Lodices
Stragula
Veſtes ſtragu/læ
Inſtratum




Auſape genus eſt ſtragulæ ueſtis craſſioris ut/rinꝗ uillos habentis: uel una tantũ e parte: cui nõ diſſimiles ſunt Centones. Macrobius. Scro/phæ cadauer ſub centonibus collocat ſuper quos uxor cubabat. Mart. de Gauſape diſtichon eſt. Stra/gula pupureis lucent uilloſa tapetis Quid prodeſt ſi te cõ/gelat uxor anus. Amphitapæ quoꝗ ueſtes utrimꝗ uilloſæ autore Marcello. qui lucilium adducit. & Varrõis teſtimo/nio utitur in Mannio ſcribentis: Alterum bene acceptum dormire ſuper Amphitapa bene molli. alii amphimalla ẽt dixere. Pli. Patris mei memoria cœpere amphimala no/ſtra ſicut uilloſa uentralia: nam ex altera tantum parte uillo ſa Heteromalla dicũtur. Gauſapa optima & præcioſi Ta/petes: ut ſcribit Strabo in quinto geographiæ ueliere pata/uino texuntur: tapetes ipſi tegmina ſunt uariis picta colo/ribus: & figuris Vnde Bæluata legimus Tapetia a bæluis quæ in his texuntur: Vergilius Inſtratos oſtro alipedes pi/ctiſꝗ tapetis. Silius Italicus: Sydonio fulgentem ardore tapeta: Vellera inquit Strabo mediocria habẽt patauini: e

Centones
Amphitapæ
Amphimalla
Heteromalla
Tapetes
Bæluata
Tapetia

Fratili

quibus præciosi tapetes texũtur:sordidi in his uilli Fratilli uocantur quod per terram ferantur.



Vlæa stragula uersicoloria: ut scribit Seruius enarrans Vergilianum illud: Aulæis iam se regina superbis aurea composuit spóda: sic ideo dicta sunt q in aula Attali regis pergamenorũ in Asia primo inuenta fuerint: Babylon quidé colores uarios picturæ prima uestibus dedit hinc babylonica. Petronius arbiter de pauone: plumato amictus aureo babylonico: at aurum intexere in Asia Attalus Rex ĩuenit: unde nomen attalicis: Propertius Porticus aulæis nobilis attalicis. Silius: quæq; attalicis uariata per artem Aulæis scribũtur acu: Is postea decedens Po. Ro. reliquit hæredé. cuius ut ĩquit Plinius hæreditas romanorũ mores afflixit: ita enim opulentiam externam amare & non solum admirari didicerunt. Inter aulæa sunt quas cortinas ecclesiastici scriptores & uernaculi appellauere: Sunt siparia ad scenas exornandas: sunt & quæ Peristromata dicuntur: picta & uersicoloria: Vnde apud Plutarchum legimus. Regi persarum Themistoclem respondisse. Sermones hominum peristromatis uersicoloribus persimiles esse: Et.n. ut in illis cum extenduntur ita & in his formas figurasq; apparere: contractis uero abscondi easdem atq; corrũpi: quare sibi tempore opus esse: Cicero in philip. ii. conchiliatis Cn. Põpei peristromatis seruorũ in cellis lectos stratos uideres. Et Plaut. in pseudolo: Ita ego uestra latera loris faciã ut ualide uaria sint: ut ne peristromata æque picta sint campanica: Sũt & quæ Peripetasmata ad ornandum locũ suspensa exteduntur: Intellexit de his Horatius in satyris: Interea suspésa graues aulæa ruinas in patinam fecere trahẽtia pulueris atri. M. Cicero sexta in Verré. Quid illa attalica tota sicilia nominata ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus est. Stragulis uero ad usum tori nõ tantum lineis laneisue pictis & bombicinis utũtur: sed eo deliciæ luxus processere: ut Drauci quidã Paticiue præ cæteris Illiteratiæ fece olim etiam triuiali cum fortuna non cæcutiret: nunc uero podi


Babylonica
Attalica

Cortinæ
Peristomata
Siparia

Peripetasmata

In luxum

ce leui uel mẽtula ſeſquipedali inter patricios præſides an/
tiſtites adnumerati non niſi argento auroq; intexta faſti/
diant:præterea quod peius quod deteſtabilius Conopœa.
periſtromata:terreſtriaq; ſtragula.Non ſatis fuerat inaura
re parietes & lacunaria:uerſicoloria facere pauimenta : ar/
gentea aureaq; ueſte conteɛtum ſomnos capere: uoluit &
luxuria ut nihil deeſſet bombicina ſtragula argentum &
aurum calcare:quorũ multi Ingenui litterati boniſq; mori
bus pauperes ad uictus neceſſaria fortuna uere cæca ad/
uerſante indigentiſſimi emergere nõ poſſunt & per Xeno/ Xenodochia
dochia ab Hircano primum conſtituta : per compita etiã
ſæpicule animas ponunt:hoc tamen unum ad conſolatio
nem accedat : ꝙ omnium fere iſtorum quos incedere ela/
tos uides bracteata fœlicitas eſt.Inſpice(bonos ſemper ex Fœlicitas
cipio)& ſcies ſub iſta tenui membrana dignitatis quantũ Bracteata
mali iaceat : inſpice ac penitus conſidera & uidebis totidẽ
eſſe aurato uellere arietes:Igitur quotidiana eorum ora di Arietes aurati
cere inuenias:rationibus multa ꝓdige profuſa:& in ſemet
nihil:plane quidem uillas opipare : ut inquit Apuleius ex/
truũt & domos ditiſſime exornant:ſed in hac rerũ affluẽ/
tia nihil eſt indignum preter ꝙ ipſe dominus ædium . Illas
itaq; ædificiorum ſpecies in quæ tanta profuderunt amœ
niſſimas & extructiſſimas depræhendas:aulas æmulas ur/
bium conditas:domos uice templorum exornatas: fami/
lias numeroſiſſimas calamiſtratas : opiparam ſuppelleɛti/
lem:omnia affluentia omnia ornata : preter ipſum domi/
num:qui ſolus Tantali uice in ſuis diuitiis Inops egẽs pau/ Inops in diui/
per non quidem fluentum illum fugitiuum captat & falla tiis
cis undæ ſitim : ſed ueræ beatitudinis & ſinceræ uitæ : &
prudentiæ fortunatiſſimæ eſurit & ſitit : Sed iam nos late
non ſine muſis paruulo contenti hos intra ſepta refertiſſi/
ma uere eſurientes relinquamus:& interim ſub conopœo
altiore iã noɛte ſecuri dormitũ cõcedamus.



Onopœũ genus eſt tentorii linei lanei uel bõ/
bicini : quod ad euitandos culices & muſcas
circa leɛtos explicare cõſueuimus.Horatius in

Conops Conopios

milites romanos inuehens:interq; signa turpe militaria sol aspicit conopœum:Propertius in tertio de Cleopatra. Fœdaq; tarpeio conopœa tendere saxo: eo.n. præcipue utebantur Alexandrini: quia ibi ex nilo culices abundant: ut refert Herodotus Nam conops græce latine culex: hinc a Strabone geographici operis.xiii.dictũ est conopion Herculem œteos colere quoniam eos a culicibus quos conopas uocant liberauit.



Isposito autem ornatoq; lectulo qua ratiõe cubandum surgendũq; sit:& quid postea ciuiliter faciendũ breuiter scribere nõ ĩdecens fore existimaui.In faciẽ igitur pronus dormiat qui stomacho imbecillis est:quo ĩ numero magna pars urbanorum omnesq; fere litterarum dilectores inueniuntur.Id.n.digestionem adiuuat:nec sinit pituitá excrescere calorẽ naturalem augendo:Supinus somnos ne capiat qui sanæmentis est:Is nãq; cubitus stomachũ lædit:Apoplexiam grauioresq; sæpicule morbos ĩducit: cũ cerebrũ neruos ac renes fluidus humor inficiat:fœtidumq; oris alitũ facit.Primo aũt somno homini qui sanus est: qui bene ualet:in latus dextrum mox ĩ sinistrum quiescere utilissimũ est uerum humeris semp & capite elatis: somnus ipse qui sopor & græce υπνος est animi in mediũ sese recessus.Q ui bene concoxit mane tutissime surgere potest:cui stomachus ex indigestione crudum ructat is quiescere in lectulo atq; paululum redormire:ut monet Cornelius celsus:& si cõquoquere somno corpulentiæ q̃ firmitati sit utilius:Ideo athletas uolebãt cibos ambulatione perficere:& peruigilio cibi præcipue uincuntur.Vbi autem quis surrexerit leuare si potest aluum debet excreando continue mucosæ pituitæ saliuam:si quam nocte cõceperit:capillum aduerticem uorsum pectere: uriscalpio sordibus uerminantibus aures purgare:nares emungere:Os aqua præsertim æstate fouere:lauare manus & faciem: sudarioq; lineo & extergere & puluisculo unguine laticeue odorato linire aut irrorare poterit mox uestibus forensibus corpori ad ignem si pruinosa hyems fuerit decẽ

Cubitus pronus

Cubitus supinus

Cubãdi ratio Somnus

Concoquere somno

Forensia

tet aptatis ædibus exire:Rei diuinæ ut se gratum exhibeat interesse:pro salute deo preces fundere :pro peccatis obla/tiunculam elemosynalem errogare : hinc exercitationi se tradere debet:quæ teste Fortunatiano si quid indigestum adhuc insederat deducens corpus firmat: & longam ado/lescentiam reddit: ita tamen ne lassitudinem inducat.Opti mum igitur erit equitare quod coxis & stomacho prodest hortos irriguos & pomaria suburbana comitibus catellis ad uenationes inuisere. Iactu missilium : folle pugillatorio spiritu tumentem:pila trigonali prædura:quam nũc Florẽ tinam ac paruulam appellant:& cursu modice:ut est apud Auicennam sese exercere: Negocia sua amicorum clientũ reipublicæ ue curare : Domuitionem ut prãdeat deinde capessere. Ipse cibus simplex sit utpote homini utilissimus aduersus plurimas ægritudines : coaceruatio namq; sapo rum pestifera: & tot condimenta ad edendum saturos co/gentia perniciosiora creduntur unde Diodorus Ichthyo/phagos tradit uitam per omne ferre tempus sine morbis ducere ꝙ simplici piscium cibo utantur.hinc Socrates sua dere solitus erat illos cibos potusq; uitandos qui ultra si/tim famemue sedandam producant appetentiam.Cauere prætererea oportet ne nimia festinatione deiiciatur : ne desi/derium edendi : quæ est peredia & Orexis modum exce/dat.Conferret igitur sanitati conseruandæ:& ciborum mi nutatim illa diuisio : quæ facit ut calor facilius conficien/do expediat:ut Aristoteles autor est:& a cibo sese subtrahe re cuius excessus corpori putrefactionem inducunt. Aui/cennas uehemens inquit repletio in qualibet dispositione uitanda : siue ex cibo:siue ex potu procedat. quæ crapulæ nomine quandoq; significatur : Sumpto autem cibo ab omni corporis commotione uæhementi : & animi men/tisq; agitatione horis ad summum duabus supersedẽdum est: mox domestica tractare : & si altius sol progressus lon gioribus diebus noctem terræ umbram tardauerit meri/diari : idest meridie dormire:præcipue somno quiete pla/cidissima sponte subrepente : Illoq; citule fugato ad ani/

Exercitatio
Equitatio
Pugillatorius follis
Pila trigonalis
Domuitio
Condimenta
Peredia
Orexis
Ciborum
Excessus
Crapula
Nox
Meridiari
Somnus

Aleones

Lectio

mi relaxationem:non (ut aleones) ad auaritiam tesseris & alueolo : siue latronibus insidiosis : pictisue tabellis ludere:uel cellam librariam intrans legere : ut plus sciat & melius poterit.hinc domo exire ad uenationé:uel ad negocia: reuertiq; postea & membra prius mésa dapibus frugaliter instructa:deinde lectulo splendide delicateq; strato saltem post sesquihoram a cœna recreare: quod ciuile erit & prosperrimæ ualitudini cóseruandæ plurimum conducet.Sed in primis & ante omnia obseruet qui diutius qui constantius ualere & uiuere cupit:ne passerculos ne gallos gallinaceos imitetur: quibus coitus est frequentior : Hippocrates diuina uir sciétia coitum uenereum morbi caduci speciem existimauit:Et Cantes mihi proauus paternus iurisconsultissimus ac philosophiæ non ignarus : interroganti per iocum quando coeundum esset serio respódit: Cum te ipso fieri uolueris infirmior:possem multorum ad id citare testimonia:unum hoc cornelii celsi: ut modestiæ propinquius non omittendum : cui adstipulatur Petrus aponensis conciliator:Concubitus neq; nimis cócupiscendus neq; nimis pertimescendus est: rarus corpus excitat : frequens soluit. Idem interdiu peior est : noctu tutior : ita tamen si neq; illum cibus : neq; hunc cum uigilia labor statim sequitur. Sed & idem Cornelius hyeme inquit Venus non æque pernitiosa est:Vere tutissima : nec æstate nec autumno utilis: tolerabilior tamen autumno : æstate uero si fieri potest ex toto abstinendum est.

Coitus

Cantes


Grapaldus

Concubitus

Coitus

Nocturnus

Diurnus



Ecten quo capillus explicatur. Calphurnius in bucolicis Nais & íplicitas comebat pectine comas.Capilli enim a quibus capillitium & capillamentú pectendi sunt præterea semel í hebdomade lixiuio saponeq; lauádi ad ímunditiam tollendam ex humiditate prouenienté quæ pediculos í aliquibus generat: ná semper humidum est caput ppter cerebꝝ quod humiditate abundat Vnde & capillos habet:ut scribit Aristoteles in problematis:& in secundo de partibus aíalium Sunt tamé qui uel ad sanitatem:uel ad crines denigrádos

Capillitium

Capillamétú


Pediculi

Capilli

Denigratio capillorum

caput non lauent:primā capillorum tincturam Medea ut est apud Eusebium euangelicæ præpationis decimo excogitauit:Cōmendtur epapheresis a mollibus coma gradatim formata:oportet & illos tōdere:barbam quoq; radere italico ritu quæ & uestis:Vnde inuestes dicuntur:& uesticipes Ad hæc parandus est tonsor cū nouacula & forpiculis: quibus etiam ungues secat:unde Resegmina cadunt:& uibrissas pilos e naribus tollit. Tonsores ipsi in Italiam e Sicilia uenere post Romam cōditam āno quadringētesimo quinquagesimo quarto:adduxit.P.Licinius Mena: autor Varro:antea intonsi fuere.Ouidius in fastis:Hoc apud ītonsos nomen habebat auos.Primus omnium radi quotidie instituit Africanus: sequens Diuus Augustus cultris usus est: Post annos autem ter septēnos flore genas uestit iuuenta: ut est apud Macrobium & Censorinum. Nos tamen ante uigesimum barbatos uidimus:Pubescere uero quarto decimo testis est Aphrodisæus Chalcidius in Thimeo Platonis: & iureconsultus. Pecten item quo utuntur textrices: Ouidius: Illa etiam stantes radio percurrere tellas Erudit & rarum pectine densat opus:Pecten quoq; rastellum: Idē: Hoc modo uerebat cum raro pectine pratum: & cratem notat dentatam stilis ferreis. Pecten etiam plectrum quo ī citharis pulsandis chordas tangimus:Silius dulcius Oeagrios pulsabat pectine neruos. Et pectines piscium genus sunt qui saliunt & extra undas uolitant seq; ipsi carinant. Horatius. Pectinibus patulis iactat se molle tarentum. Pectines item e ferreis stilis quibus ad linum enodandum ad lanam canabem ac stupam explicandam utuntur restiarii in primis lanarii & domi fœmellæ. Plinius in .xix. hamos appellat lanam de lino loquēs Pectitur īquit ferreis hamis. At in nomine pecten dicitur sub umbilico pilis hirsutus. Iuuenalis Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

Epapheresis
Tondere
Radere
Vestis
Inuestis
Vestipices
Tonsores
Resegmina
Vibrissæ
radi quotidie
Barbati
Puberes
Plectrum
Hami


SVdarium linteolū dicitur ad sudorem tergendum unde nomen & diminutiue sudariolum quo nares emūgēdas purgamus Catul. ad Marrucinū. Nā sudaria sethaba ex hiberis miserūt

Sudariolum

mihi muneri Fabullus & Veranius:hæc amem necesse est. Item Remitte pallium mihi meum quod inuolasti sudariumq; sethabum:Suetonius de Nerone fugiente ex urbe. Adopertoq; capite & ante faciem obtenso sudario equũ ascendit quatuor solis comitantibus:& mox : ligato circa collum sudario prodierit in publicum. Commendantur e Rheměsi tela subtilissima ex lino a rhemis populis galliæ qui adhuc extant communicata quoq; aliis galliæ populis textrini gloria.

Rhemensis tela

SPeculum quod in eo homines imaginem suã immo se ipsos ferre aspiciũt ex uerbo antiquo: Macrobius de Hortensio : fuit enim uestitu curioso & ut bene amictus iret faciem in speculo quærebat: ubi se intuens togam corpori sic applicabat ut rugas non forte sed industria locatas artifex nodus astringeret. Tranquillus in caligula: Vultum ad speculum componebat in omnem terorem ac formidině Seneca in quæstionibus naturalibus inuentum fuisse scribit : ut homo se ipsum nosceret:deformis in speculo intelligeret quicquid corpori deesset redimendum esse uirtutibus : formosus ut infamiam uitaret:iuuenis ut flore ætatis admoneret: illud tempus esse discendi & fortia audendi : senex ut indecora carnis deponeret:& de morte aliquid cogitaret:ad hoc rerum natura facultatem nobis dedit nosmetipsos uidendi: fons cuiq; perlucidus aut leue saxũ imaginem reddit. hinc Socrates discipulos suos speculis uti uoluit:autore Laertio ut qui formosus esset curaret impendio:ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret:qui turpis operam sedulo daret : ut uirtutis laude turpitudinem tegeret. At Demosthenes græcæ princeps eloquentiæ ante ipsum speculum quasi ante magistrum causas meditabatur : & a speculo (quod nos cum orandum est sæpicule facimus)pronunciandi congruentiam petebat. Specula autem quæ primum sydone inuenta sunt : optima apud maiores fuere brundusina stanno & ære mixtis : nam stannum uitro additum lucida reddit ut scribit Aphrodisæus. Prælata

Inuentum speculum

Těpus discědi

Naturale speculum

Speculis Formosus notet

Specula primo

Brundusina


Argětea prio

mox sunt argentea : primus fecit Pasiteles magni Pompei ætate nuperq; credi cœptum est certiorem imaginē fieri auro apposito auersis: Caua specula maiorem iusto imaginem representantia : si aduersus solis radios teneantur appositum fomitem accendunt. Fiunt & paruula quodammodo specula e uitro: quibus seniores præsertim utuntur: ut clarius uideāt & melius : cū oculis adhibita res maiores ostendant ocularia triuiales ; litterati conspicilia dixere & Specilla.

Caua specula

Ocularia

Conspicilia


Vriscalpiū est scalpendis auribus & sordibus extrahendis accomodatū : ueluti dentiscalpiū dētibus. Martialis ī apophoretis de auriscalpio præmisso lēmate. Si tibi morosa prurigine uerminat auris Arma damus tantis apta libidinibus. Itē de dentiscalpio. Lētiscum melius sed si tibi frōdea cuspis Defuerit dētes pēna leuare potest. Dētifriciū uero medicamē est ad dētes potissimū dealbādos: qd' fit e pumice: cadmia cinere cornu ceruini: & sale armoiaco: ut scrib. Gale. ī pharmaceuticis. sed nobilius ex margaritis ī pollinē reductis.

Dētiscalpium



Nguenta e diuersis unum odorem sortita sunt autore incerto: cum prius per se flagrarent singula : ueluti opobalsama: stacte: Moschos qui uulgo muscus: Ratio faciendi duplex ut inquit Pli. ī. xiii. Succus & corpus: ille olei fere generibus. hoc odoribus constat: illa stymmata hæc hedismata dicuntur. At e siccis odoribus diapasmata. Nam feces magmata nominant. Iliacis temporibus non fuere. Primum quidē se inuenisse refert castris Darii expugnatis Alexandrum ī reliquo apparatu cœpisse scrinium unguentorū: nec cōstat quādo primum Romæ penetrauerint. Antiocho certe asiaq; deuictis urbis anno quingentesimo sexagesimo quinto. P. Licinius Crassus Iulius Cæsar cēsores edixerūt ne quis unguēta uenderet exotica: quæ sunt externa. At postea uoluptas ut honestissima est admissa: adeo ut lini non solum: sed perfundi quidam uoluerint. L Plotium proscriptum a triumuiris in Salernitana latebra odor unguenti prodidit. Vidi-

Stymmata
Hedismata
Magmata
Diapasmata

Exotica

mus inquit & uestigia pedum tingi quod. M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebant. Primi aût Parthi (ut aiunt) cõmandandi halitus gratia odoramẽtis usi sunt. In alabastris optime seruantur superuacui profecto luxus habenda: Illico enim expirant & uoluptate aliena parantur: nam qui odorem gerit ipse fere non sentit: hinc Socrates ĩ balneis pedes unxit in aerem a capite unguentum spirare dicẽs: a pedibus uero ĩ nares prouenire. Vtimur his & hac nostra tempestate: sed præsertim puluisculis ĩter quos Cyprii cõmendantur: & liquoribus odoratis: Apud antiquos etiam mortuis adhibita sunt: unde exiit illud Ennianũ Tarquini corpus bona fœmina lauit & unxit: & Maronis musa cecinit: corpusq; lauant frigentis & ungunt. Plinius de unguentis scribens: honos hic ad defunctos pertinere cœpit. Græci Myra dixere a quibus Myropola uenditor: Myropolium taberna: & Myrothecium unguentorum repositorium: nomen acceperunt.

Cyprius puluis
Myra
Myropole
Myropolium
Myrotheciũ



Rcam & hypocoristicos arculam ut Varro siue arcellam ut Pompeius: dictam existimant ꝙ ab ea clausa arcentur fures: nam quæcumq; in ea fuerit dummodo reclusa non sint tutissime habentur. Arcas & mensas argẽteas primum habuisse Heliogabalum scribit Lampridius: ex græco Capsas uocitamus & diminutiue capsulas & capsellas: dicimusq; capsas librarias. numarias: farinarias: uestiarias: in quibus libri: numi: farina: uestes continentur.

Arcula
Arcella
Capsa
Capsula
Capsella



Estis a uellando uel potius ut. M. Var. sentit a uellere nomẽ mutuat': quod est uniuersæ ouis lana sic dictum ꝙ ante tonsurã lanã uellebant ut idem tradit in re rustica: generale est uocabulum oĩum quibus corpus tegitur. Sed & stragulas uestes dicim⁹: uestimentũ uero uestis pars aliqua: ut placuit Pom. Vestiũ noĩa alia a forma: alia ex græco: multa a colore: nõnulla aliis a causis sunt deducta. Vt Cyclas: Diplois: obola ametisthyna: endromys: multicia: Rhenones: Pelliceæ: sara

Vellus
Vestimentum
Vestium noĩa
Endromis
Rhenones

balla. Monocoris. dibapha. purpurea. conchyliata quæ Ostrina ab ostro: Tyrianthyna. hyacintina. rosea. coccina ianthina. uiolacea. Leucophea. Noegeum. Balia. chlorea. crocota. chlymis. læna quæ chlæna. sagum. lacerna. ephestris quæ ut plurimum diuisa superinducitur armis. Paludamētum. synthesis. Scutulata scutulas Vndulata quæ fere Cymatylis undas ut Symbalota. Virgulata uirgas lineasue exprimentes. Polimita. pexa: cui contraria Depexa trita. amiculum. strigium. laneæ e succida lana. Bissacia. mastrucæ. colobia. Ependytæ. epitogium. palium. phrygia. attolica. galbanū. prætexta. clauus unde latus claus senatoribus. trabea. toga. Poderis. Recinium. peplum. stola Talaris & fœminea quā ambit limbus uel instita. cucullus. penula ad itur & pluuiā quæ scortea. Mantellis. forensia. Dalmaticæ. suparum. tunica. camysia. subuccula. interuala. intusiū. caligæ. tibialia. succinctoria perizoma cēpestre qd' subligaculū. Braccæ. Choturnus. soccus & diminutiue socculus. Crurules. Pedules. calopodia Calonesue Festo Pompeio e ligno. Pantophilæ. Phæcasea. Baxeæ. Pattitii quasi patentes. Calceus solea sandalium & compluria alia. Inter quæ sunt uersicolores uarios colores referentes qualibus nunc per æstatem sericis utimur Quæ secundo bello punico mulieribus olium Oppia lege ut scribit Liuius & Valerius maximus interdictæ sunt: est Petasus. Tiara. galerus. est pileum: est capitium quibus caput tegitur. est Torax qui uel laneus siue argento auroq; intextus aut bābacinus sericusue a nobis superponitur Camysiæ & ligulis ex aluta tenui pelle cōcinnata æratis capitibus adnectitur caligis: licet manicatus sit. Iuue. Viridem thoraca iubebit afferri: & Sueto. scribit Augu. Cæsarem usum laneo subuccu'æ Thorace: aliter fortasse interpretabūtur id uerbū nōnulli: & huic usui magis aptū magis quadrās nomen excogitabunt: Discere meliora non pudet: melioribus cedere non erubescimus: nam ingenue scribimus: & iuxta illud Priapi Nos uappæ sumus & pusilla culti ruris numina. Parturiant: si quid elegantius cōceperint. Difficile equidē scio imo difficilimū

Ephestris
Cymatilis
Scutulata
Vndulata
Symbaleta
Lanerum
Latus clauus
Stola
Limbus
Instita
Penula
Scorta
Campestre
Calopodia
Sandalium
Versiculores uestes
Galerus
Pileum
Capitium
Torax
Aluta
Decoctus

esse non diffitebuntur uestibus dare nomina: prætereа & rebus plusculis quibus hodie utimur: cum quædam in totum ab antiquo ritu a ueteri forma quædam ex parte immutatæ sint a nobis: & mutatæ in dies mutentur: ita ut in uestibus diuinandum sit: nisi uoluerimus noua formare uocabula quemadmodum & noua induimus & mutamus genera uestium. Qui hodie est cycladatus cum fimbriis: in crastinum erit sine his cum scapulari tunicatus: mox lacernatus: interdũ togatus: aliquando semitogatus: nunc pata-

Ezomidæ

giatam uestem sumet Ezomidam: nunc sine patagio ma-

Cheridotæ

nicatam siue manulearam. Sunt enim uestium quædam

Manuleatæ

manicatæ: aliæ sine manicis: has Ezomidas: illas cheridotas

Madrocheræ

græco nomine appellamus: nõnulli machrocheras: manicatis & maxime ultra brachia & usq; i primores manus uti Romæ atq; i omni latio indecorũ fuit: unde Africanus Pauli filius. P. Sulpitio Gallo inter reliqua quæ illi obiectabat illud quoq; probro dedit: q͏ tunicis uteretur manus totas operientibus: & apud Vergilium Romulus latinus uitio dat phrygibus q͏ manicatas uestes haberẽt: nam inquit

Scapularis

& tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Scapula-

Patagium

ris uero a scapulis quas tegit nomen accepit. At patagium

Fimbriæ

ipsum dicetur quod ad summam tunicam assui solet: Fim-

Bombicina

briæ circa imas extremitates. In usu apud omnes fere ma-

quæ

gis sunt lanea uestimenta: Bombicina etiam olim nobiliũ

Serica

nunc quoq; infimorũ sine ulla discretione: quæ serica a se-

Sericum

rico quod depectunt Seres populi nominantur: siue a uer-

Bombices

miculo qui Ser dicitur: sicut Bombacina a bombice: Sunt

Necydalus

enim Bombices uermiculi ex quibus Necydalus araneatũ more fila emittentes ad uestes luxusq; mortalium: Prima hæc retorquere rursusq; texere inuenit i Coo mulier Pamphile. In Ceo ut Varro: non fraudanda gloria excogitatæ rationis ut denudet fœminas uestis bombicina: apud nos


Papiliones

ad prolem seruati in papiliones exeunt qui oua parturientes emoriuntur. Hæc Aprili mense inter mãmas a mulieribus habita per pauculos dies uermiculos educunt: qui foliis celsi arboris in floriis papyraceis nutriti crescunt ad mi-

nimi fere digiti magnitudinem:clariq; & transflucidi facti comportantur in ramulos genestinos ubi pensa euomentes illa nidulo ouatæ formæ quo includuntur circundant: postea sole siccata arte ad fila trahũtur:e quibus uariæ infectis uestes plurifariam & texuntur & componuntur. Primus Heliogabalus imperator Holoserica ueste usus est:cui contraria est Sub serica nõ in totũ serica:In uestibus apud maiores luxuriam percrebuisse inter cætera indicio est exẽplum.L.Luculli de quo apud Plutarchum & Horat.ĩ epistolis. Plinius quoq; asserit Agripinã Claudii principis uxorem edente eo certamen nauale indutam fuisse paludamẽto auro textili sine ulla alia materie:Vestimẽta ipsa ad corpus fere omnia Zonis astringimus:in quibus aurum & pecuniam portarunt antiqui ut ostendit.C.Gracchus apud Aul.Gellium in noctibus Atticis.hinc dicebat Alex. Seuerus imperator:Miles non timet nisi uestitus calciatus & satur habens aliquid in zonis : Suetonius in Vitelio zona se aureorum plena circundedit. Apul. in.vii. Præciosissimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta : & in Euangelio Nolite possidere aurum neq; argẽtum neq; pecuniam in Zonis uestris inquit Iesus Saruator: ad has nostri Marsupia folles pasceolos & crumenas scorteas siue sericas argentoue & auro intertextas ad numismata portanda appendunt:his fibulas ex ferro orichalco auro & argento addimus ad uestem subligãdam:unde Fibulare cingere & diffibulare discingere & fibulam resoluere:Statius ĩ Thebaide:torto chlamydem diffibulat auro: Bulles etiã ad ornatum : quæ & diminutiue Bullulæ dicuntur : unde Zona Bullata & balteus bullatus. Sunt attamen Cingula quæ nodo tantum facto idem operẽtur : Vestes autẽ ipsæ æstate præsertim diligenter inspiciẽdæ sunt mouendæ ex arculis & excutiendæ per seruos uestispicos quibus illarũ cura est credita:ne tineis pabulum præbeant: nam in lanis & quibusuis lanitio confectis puluerulẽtis maxime nascũtur tineæ impendio rodentes ut scribit Aristoteles. Instrumentum ad hoc habere solent uel e lobis milii indici uel


Holoserica
Subserica
Luxuria in uestibus
Zonæ
Aurũ mõetale
Marsupia
Crumenæ
Fibulæ
Bullæ
Bullulæ
Vestispici

Scopina ex ſetis ſuillis Scopinam quam uocitant:uelut antiquiores
Muſcarium muſcarium bubulum ex bouis cauda:de quo Martialis.
Bubulum Sordida ſi flauo fuerit tibi puluere ueſtis
Colligat hunc tenui uerbere cauda bouis.
Muſcarium Hinc muſcarium ſetaceum eleganter appellare poterimus
Setaceum a ſetis ſuillis:ut illi a cauda bouis bubulum dixere: mirum
Mirum eſt quod refert Plinius. Veſtem quæ fuerit ĩ funere a tineis non attingi.



Lueus & alueolus tabula luſoria qua hinc biſſeno puncto illinc quadris diſcoloribus notata utimur ad luſum Talorum teſſerarum & latronum Plinius libro ultimo: In triumpho Pompeius trãſtulit Alueum inquit cum teſſeris Luſorium e gẽmis duabus latum pedes tres:longũ pedes quatuor:Teſſera ipſa Cubus eſt græcæ ut Iulius Pollux & Gellius oſtendũt. Talus uero aſtragalus a quo aſtragalizontes apud Plinium talis ludentes:Latrones uero calculi nominantur: & ſcachi triuialiter: At ſcruppis nouem certamus in tabula: in qua uiciſſe eſt continuaſſe ſuos.

Teſſera — Talus — Latrones — Schachi — Cubus — Aſtragalus — Aſtragalizontes



Oculi & per diminutionem Locelli dicuntur capſulæ minores: in quibus numi ſeruantur. Martialis ĩ apophoretis de loculis eboreis:Hos niſi de flaua loculos implere moneta Non decet: argẽtum uillia ligna ferant. Item de ligneis. Si quid adhuc ſupereſt in noſtri fece locelli Munus erit: nihil eſt:ipſe locellus erit. Apuleius Iubet nobis protinus gaudii ſui gerulis decem aureos:ut ipſe habebat e ſuis loculis adnnmerari: & Suetonius ſcribit Galbã e peculiaribus loculis Cano tibicini mire placenti dediſſe pecuniam. Numus uero ſiue nomiſma a lege:quæ græce nomos:non natura quippe:ſed lege & principum iſtituto cuditur. Primus Seruius Tullius rex Romanorum æs ſignauit nota pecudis:unde pecunia: niſi potius a peculio ut Varro: nam maiores quod habebant ex pecoribus habuerũt. Rudi ære hoc eſt non ſignato antea Romæ uſos perhibẽt:ſignatum eſt po

Lecelli — Numus — Nomiſma — Aes ſignatum primo — Pecunia — Rude æs

ftea.inde ærarium locus publicæ pecuniæ : & æs alienum quod debemus. Argēto autem signato ante uictoriam de Pyrrho populus romanus minime usus. Signatum est primo. Q. Fabio consule annis quinq; ante primum bellum punicum : anno urbis conditæ quingentesimo octuagesimo quinto Nota bigarum & quadrigarum: hinc bigati & quadrigati. Liuius drusus in tribunatu tertia parte æris argento mixta numum percussit signo uictoriæ : inde uictoriatus: Aureus numus post annos duos & sexaginta q̃ argenteus autore incerto signatus est : hunc præcipue Italia bilanciola: quam Simbellam dicemus an iusti sit poderis examinat: ueluti aurum & argētum probant Coticula an primæ an secundæ uenæ sit: uel adulterinum: nam & monetam aliquando: quæ tam aurea q̃ ærea uel argentea sic nominata uidet̃: q & præcii & autoris nos signi impressione admoneat. Quicūq; īquit firmicus habuerint horoscopum sub cygno erunt monetarii idest monetæ cussores signatoresq; : Plutus primum in usus coaceruare seruareq; pecunias monstrauit. At balearici nec aureo nec argēteo numo utebantur: quos ad insulam afferri etiam prohibebant causam reddentes: Gerionem Chrysauri filium auro atq; argento opulentissimum quondam ab Hercule bello expugnatum. Existimabant enim id quod est sese cum argento & auro carerēt facile omnes uitæ insidias euasuros: hinc Diogenes interrogatus cur palleret aurum quia multos inquit habet insidiatores. A numo auaritia in mortales irrepsit quæ fons & origo innumerabilium malorum ne dicam omnium fœnus quæstuosam segnitiam parturit: quo gentes: ut in dies uidemus exhaustæ periclitantur: Vnde fœneratores harpyæ dici possunt eleganter & uere tanquam mortalium labores depascentes : Breui namq; omnia ad se trahunt : nec tamen unquam(quod illis pro supplicio datur) in tantis opibus cupiditates extingūt: ignari terram in quam brutorum more feruntur quantulum esse mondi portionem: siue potius punctum ut plurimi tradiderūt: terrenisq; omnibus quis inhiant insitam a natura

Aerarium
Aes alienum
Argētū signatum primo
Bigati
Quadrigati
Victoriatus
Aurū signatū primo
Simbella
Moneta
Seruare numos primo
Coticula
Monetarii
Cur aur: pallet
Auaritia
Fœnut
Fœnatores q
Harpyæ
Terra punctū
In Auaros

mortalitatẽ:non contẽplantes præterea q̃ exigua terreno-
Vſuratie uorax Infernus
rum tellurisq́ particula cadaueri detur poſt diſſolutionem cæteris omnibus ad hæredes ſæpiculæ ridentes tranſeuntibus:quibus ipſi nullo labore partis fruuntur ad uoluptates dum illorum animas ex ſententia æquiſſimi iudicis perpetuo carceri ad centrum terræ diuerſo mancipatas ſcelerum ultores Plutonii miniſtri pœnis meritis afficiunt:nam & Plato ut theologos taceam chriſtianos:tyrãni animam facit excruciari poſt mortem ab ultoribus: & Trimegiſtus
Quã chriſtiãe
Ergo inquit ne his implicemur uerendum tantundem cauendumq́ eſſe cognoſce: Incredibiles enim poſt delicta cogentur credere:non uerbis. ſed exemplis: nec minis: ſed ipſa paſſione pœnarum: & mox: Omnia pro uitæ meritis aut delictis: tanto poſt mortem ſæuioribus ſubiiciuntur: quanto multa forſitan fuerunt celata dum uiueret: Præſcia enim rerum omnium diuinitate reddentur ut perinde: ut ſint pro delictorum qualitatibus pœnæ.

LVcerna dicta eſt a luce: uel a lychno. autores Ser.& Varro: oliuum illi infunditur ut ardeat & ſplẽdorem diuutius ellychnium emittat:unde apud Plutarchum legimus Anaxagoram a Pericle negotiis impedito deſtitutum & mori cupientem dixiſſe: cum ille eum oraret:ut ſui gratia uiuere uellet:O Pe
Heliogabalus
ricles & qui lucerna indigent infundunt oleum:At Ro.Imperator Heliogabalus balſamum infudit. Hic eſt Heliogabalus qui mulieres nunq̃ iterauit:præter uxorem:qui nunq̃ minus centum ſextertiis cœnauit hoc eſt argenti libris triginta:qui calciamentum nuuq̃ bis induit:qui e ſolido argẽto lectos habuit & triclinares & cubiculares:qui omni tunica aurea uſus gẽmas calciamentis addidit. Cubicularis dicitur quæ in cubiculo tota nocte ardens ſeruatur. De hac Martialis. Dulcis conſcia lectuli lucerna Quicquid uis facias licet tacebo.Item: O quæ prælia quas utrinq́ pugnas Fœlix lectulus & lucerna uidet. Apuleius exiſtimauit inuentam ab aliquo amatore ut cupitis per noctem dulcius
Lampyris
potiretur. Paruula eſt & ſæpe penſilis a Lampyride nocti-

luca Cicindellæ nomen adepta & unico ellychnio contẽta: nã habemus in supellectile & Dimyxon & Trimyxon & polimyxon a duobus tribus pluribusq; angulis & naribus ex græco omnia pendentia: cũ fierent olim ex argilla a figulis testæ appellatæ. hinc poeta: testa cum ardente uiderent scintillare oleum & putres concrescere fungos.

Cicindela
Dimixos
Trimyxos
Testæ



Orologium est quo dies horis diuidũtur: quarũ nomen non minus annos. ccc. Romæ ignoratum esse credibile est: nam duodecim tabulis nusquam nominatas inuenies: ut in aliis postea legimus & quidem ante meridiem eo uidelicet q̄ partes diei bifariam tum diuisi meridies ab ortu ad occasum discernebat. Alii die quadripartito noctem similiter diuidebant: idq; similitudo testatur militaris: ubi dicitur prima secunda tertia & quarta uigilia: autor Cẽsorinus. Sed a quo Romæ horologia sint inuenta incertum est: hoc satis constat solaria primum appellata: q̄ ex solis umbilici qui gnomon uocat̃ umbra horæ cognoscerẽt̃. Id prim⁹ apud Lacedæmonios Anaximenes Milesius excogitauit: dictũq; est ab umbra sciotericon. Plinius ita scribit: princeps Romanis horologium statuisse ante duodecim annos q̃ cũ Pyrrho bellatum est ad ædem Quirini. L. Papirius cursor cum eam dedicaret a patre suo deuotã a Fabio uestali proditur: sed neq; facti horologii rationem nec artificis nomẽ exprimit: nec apud quem scriptum inuenerit. Marcus Varro primum statutum in publico secundum rostra in columna tradit: bello punico primo a Marco Valerio Messala cõsule Catina capta in Sicilia. deportatum inde post annos triginta q̃ de papiriano horologio traditur. anno urbis quadrigentesimo septuagesimo septimo: nec congruebant ad horas eius lineæ: paruerunt tamen ei annis undecentum. donec Q. Martius Philippus qui cum. L. Paulo fuit censor diligẽtius ordinatum iuxta posuit: idq; munus inter censoria opera gratissime est acceptum: etiamnum tamen nubilo incertæ fuerũt horæ usq; ad proximum lustrum: tunc Scipio Nassica collega Lanati primus aqua di-

Horæ
Vigilia prima secũda tertia quarta
Solaria
Gnomon
Stiothericon

uisit horas æque noctium & dierũ: idq́ horologium sub tecto dicauit anno urbis quingẽtesimo nonagesimo quinto: tam diu populo Romano indiscreta lux fuit: quod & ipsum ex consuetudine noscẽdi horas a sole solarium cœptum est uocari ut scribit Censorinus. Huiuscemodi tamẽ horologia proprie Clepsydræ nominantur quod aquã qua horæ notabantur inclusam & occultam habebant. Nostra tempestate horologia & quidem publica ex ferro rotulis denticulatis & ponderibus libratis miro artificio ꝑducuntur: ad horas distinguendas & Campani æris: quod tintinabulum antiqui: sonitu significandas: inter Automata quæ per se mouentur numeranda. Fiunt etiam ex ære paruula sed priuata: & ad eundem usum & ad somnos arbitrio nostro ut excitemur rumpendos: quæ cum in cubiculis habeant̃ cubicularia excitatoriaue rectissime possunt appellari. Sunt & e uitro horologia quæ arenulam siue albicantem puluisculum quo horæ sigilatim inuertendo notantur habent ĩclusum: quibus utuntur declamatores & planipedes & prædicatores cæteriq́ in pergulis etiam ad ambitum profani Euangelium populo nũtiare adsueti: Nam horologii genus Viatoria pensilia de quo Vitruuius erit quale modo Cylindracea specie uiatores frequẽtant. horarum autem comprimis sunt æquinoctiales quæ Isomerinæ: & temporales quæ uulgares græci Cæricas appellant.

Clepsydra

Automata

Tintinabulũ æs campanũ

Horologia cubicularia excitatoria

Isomerinæ

Cæricæ



Atulam & matellam ut alii etiam matellionẽ & lasanum uas ad lotium idest urinam uocitabimus: Græci scaphium: Iuuenalis: & ride positis scaphium cũ sumitur armis: de matella Martialis in apophoretis: Cum poscor crepitu digitorum & uerna moratur: Ah quoties pellex culcitra facta mea est sed lasanum & Scaphium ad excrementa uẽtris aliquando: De matellione Cicero in paradoxis: Quid enim censes inquit si .L. Mumius aliquem istorum uideret matellionẽ Corinthium cupidissime tractantem cum ipse totam corinthum contempsisset: Vbi de aquali idest uase ad aquã

Matella

Matellio

Lotium

Lasanum

Scaphium

Aqualis

inteligemus ĩ quo significatu & Matula & matella ab autoribus ponuntur. Hoc addimus Scaphium quoq; fuisse uas æreum in quo stili in medio positi proceritas horarũ ductus discriminebat. aliquando & græcis poculi genus: At Plutarchus in Numa Scaphiũ appellat quo ignis eternus extinctus solis tantum radiis accendebatur.



Atrina locus priuatarum sordium a latendo Columella: Immundis quecumq; uomit latrina cloacis: Apuleius de Asino aureo libro nono. Omnia prorsus ut in quandam cœnosam latrinam in eius animum confluxerant uitia: Foricæ uero loca publica sunt in quibus licet omnibus uentrem exonerare: nam foria stercora dicuntur & præcipue liquidiora ut est apud Põpeium: de Foricis Poeta satyrographus. Inde reuersi conducunt foricas. Cloaca enim locus cauus nuncupatur quo publicæ sordes eluuntur a clocare quod est inquinare: siue a coluendo ut alii sensere: cuius appellatione & Tubi & fistulæ continentur ut inquit Vlpianus: Cloacas publicas Romæ fecit mãibus plebis Tarquinius superbus ut autor est Liuius: Plinius tradit id opus factum a Tarquinio prisco: Marcus quoq; Agrippa in ædilitate post consulatum suffosis montibus Cloacas fecit omnium operum dictu maximum: namq; septem amnes cursu præcipiti modo torentium per meatus subterraneos omnia auferebant: omnia rapiebant: ut refert Strabo Geographici operis quinto: Latrinæ ipsæ subdiales quas Andronas dicere possumus inter duos parietes ita produci debent ut in pariete altero foramen sit quod Operculo obturatum fetidum fetorem cubiculo reddere nõ possit: uerum magis conducet locũ facere cubiculo adiacentem quem dormitioni seruorũ uel cubiculariorũ aptissimum conclaue dicemus: in cuius pariete fiant latrinæ de qua diximus spiramina: nam & latrinas habent domus uel in cubiculis: uel ĩ loco ab his sequestrato sæpius: quas cæcas nominabimus tubulis fictilibus p medios parietes excremẽta in cauam lacunam deducẽtibus: nõnulli e potẽtioribus

Foricæ
Foria
Cloaca
Andronæ
Conclaue
Cæcæ latrinæ

præſertim ſellas in cubiculo ponunt famialiares:in quibus uaſa condita oletum ideſt ſtercus excipiunt per unum e famulis mox exportandum: uaſculis ad id ex auro: ut eſt apud Martialem Baſſa utebatur:hinc eſt.

Oletum
Sella familiaris

Ventris onus miſero nec te pudet excipis auro
Baſſa bibis uitro carius ergo cacas.

Et Lampridius refert Heliogabalum Imperatorem onus uentris auro excepiſſe:& ĩ murrhinis ac onychis minxiſſe. Plinius quoq; l.xxxiii.ex autoritate Meſſallæ oratoris ſcribit.M.Antonium triumuirum aureis uſum uaſis in obſcœnis omnibus deſideriis pudẽdo etiam crimine Cleopatræ. Et quoniam huiuſcemodi ſellæ familiares ualitudinario ĩprimis neceſſariæ ſunt: placuit de illo paucula ſtatim his ſubnectere.

VALITVDINARIVM CAPVT .VII.



ALITudinarium locum dicimus quo ualitudinarii & infirmi curantur:ut ualitudinem malam bona permutẽt.Seneca ad Lucilium:tanq̃ in eodem ualitudinario iaceam de communi malo tecum colloquor remedia conuinco. Item in quæſtiõibus naturalibus:Non uideo quare ſibi placeat qui robuſtior eſt in ualitudinario: In eo autem quid ſuppellectilis ponendum ſit referre ſuperuacuum uidetur:comportabuntur quæ per alias ædiũ partes erunt cum neceſſitas poſtulabit.Aduocabuntur medici uel Iatraleptæ qui perfrictione & unctionibus curant: uel clinici qui dieta & pharmacis medentur:uel chirurgici quos uulnerarios dicimus cũ ſpecillo: forpiculis:ſcalpello quæ lanceola: cucurbitulis uentoſis: & id genus cæteris: Poſtq̃ a medicis ſalutem immo uitam noſteam pendere iã diu eſt receptum: qui famæ plerũq; ſtudio circa ægros miſeris ſententiaꝶ concertationibus uelitantur: In quibus inter eos quiſquis pollet loquendo fit ſtatim uitæ noſtræ ne

Valitudinari⁹
Valitudo

Iatraleptæ
Clinici
Chirurgici
Scalpellum
Cucurbitulæ

cisq(ut ille iquit)imperator:discunt quidem periculis nostris & experimenta (doctos semper incipio) per mortes agunt:nec mirum: quando per quietem uiso in somnis Galeno aut Auicēna Aesculapioue multi litterarum penitus ignari medicos se profiteri non erubescunt: & statim (heu dementia)fides habetur: Vtinam legum sanctione plecteretur iscitia capitalis: utinam non adeo creduli essemus:non tam insigniter nostro maxumo malo delirátes: Vtinam ab herbis arboribus fruticibus auibus quadrupedibus & cæteris simplicibus remedia ad morbos peterentur: ut olim petebantur medicinam ipsam quodámodo rerum.natura faciente. Non fecit Cærata malagmata emplastra Collyria Antidota & id genus mixtiones inexplicabiles parens illa ac diuina rerum artifex:ista ingeniis constant: officinarumq immo auaritiæ commenta sunt: Videres pauculos grassatores purpuratos mulis obequitantes: Videres uenerandæ senectutis canos immo septuagenarios innumerabiles. Verum stultitia nostra fruuntur. Verum hominem iis solis occidere licet impune: Sed & mortuis quoq ultro conuicia ingerunt intemperantiæ inobedientiæue illos accusantes: & id quidem(ut mihi uidetur) meritissime:postq̃ salutis nostræ pauci rationem habemus: & cuicumq Herbario etiam mulottribæ uitam nostram credimus:ac ingenti sæpissime precio necem nobis ipsis emimus: Vtcumq: animas profecto nostras æruscatores medici negociant Vidimus ipsi post multa pharmaca magno sumptu icassum a medicis igesta ægrum iam conclamatum iam orco candidatum remedio ab horto quæsito & accepto sine impédio uitæ restitutum: Saccarum igitur antidota: cathartica: pharmaca unde pharmacopolæ: Epithemata quæ a Cornelio celso pitacia:clysteria:pyriases:balani quæ suppositoria:cataplasmata uelut fomenta: Eclegmata: quæ linctus: pastili qui trochisci:catapotia :septæ: cauteria uel caustica: malagmata:pessi: emplastra quæ nunc triuiales unguenta: Hygremplastra:Xeria: Diaphoretica:Enchrista:cærata:collyria: Amuleta: Turunda e filis ad uulnus linamentum: &

In medicos malos

Pharmacopolæ

Epitgemata

Pistacia

Balani

Catapsalmata

Eclegma

Linctus

Emplastra

Linamentū


Trochisci

reliqua medicamina quorum meminit Galenus in pharmaceuticis & alii pro morborum differentia parabuntur: quos uarios impensius ac multiformes ut ostenderem a capite more boni pictoris incœpi particulares in calce finiturus: his adiunxi & generales ne quid deesset ad cognitionem humanæ miseriæ: quæ a uitæ innitio ad exitum usq; tot tantisq; ægritudinum generibus: nam supra.ccc.autore Plinio credũtur: ut omittam necessariorum & amicorum funera prope quotidiana: exilia: proscriptiones: famem terrerimum genus mortis ut inquit Egesippus neneficia. metus: desideria: & erumnas, in dies uel potius in horas affligitur. ut inuocata morte nullum iam sit uotum frequentius: & fœlicissimi existimandi sint qui mystica unda renati q̃ primũ ad omniparentem deum a quo exierunt reuertuntur. Hinc pro miraculo receptum est Xenophilum musicum centum quinq; annos uixisse sine ullo corporis incõmodo Heu fragilis & laboriosa mortalitas: heu misera & incerta hominum uita: Abunde profecto atq; indulgenter (ut ille inquit) fortuna deciditur cum eo: qui iure dici non infœlix potest.

Morborum numerus

Fames

Votnm frequens



Ephalea ægritudo est capitis cum dolore inter maximos adnumerato. Sunt autem stomachi & calculorum. uehemens est etiam dentium: Vnde Serenus haud facile est acrem dentis tolerare dolorem cum baccho uiolas decoxeris ore teneto. caput infestant cephalalgia. porrigo. achoræ. sycosis. heterocraneæ. hemicraneæ. hydrocephalea a capite ĩ nares descendẽs. Siriasis. phrenitis. mania. uertigo. uigiliæ: lethargus quod ueternum: subetia: Epilepsia: qui maior herculeus caducus diuinus comitialis morbus dicitur. apoplexia subita quædam percussio. Deformãt caluitium. Areæ Morphea: Ophis. ophiasisue: Alopetia. At prurire faciunt lẽdes coitu pediculoꝝ autore Aristotele hist. animaliũ quĩto ꝓcreatæ pedicularem uero morbũ (ut hoc quoq; transeunter enaremus) totum fere corpus infestantem græci phthiriasim appellant: nam phthira pediculum dicunt: de illo Serenus.

Hydrocephalia

Lethargus

Epilepsia

Apoplexia

Lendes

Phthiriasis

Noxia corporibus quædam de corpore nostro
Progenuit natura uolens abrumpere somnos
Sensibus:& monitis uigiles intendere curas:
Sed quis non paueat Pherecidis fata tragedi:
Qui nimio sudore fluens animalia tetra
Eduxit:turpi miserum quæ morte tulerunt
Sylla quoq; infœlix tali langore peresus
Corruit:& fœdo se uidit ab agmine uinci.

Plinius l.xxvi.phthiriasi quoq; sylla dictator consumptus est: & Aristoteles historiæ animalium quinto de pediculis Accidit morbus non nullis præ nimio corporis humore: & quidem aliquos fœditate obiisse proditū est: ut Alcmanem poetam & Pherecidem Syrum:nascuntur & intra cutem & carnem pedicilli pruritum haud mediocrem suscitantes. Pedicili



Rithe ab hordeo tuberculum est in palpebris nascens unde & hordeolum latini: Oculorum autem e quorum pupulis est homini uisus sensuum si non primus saltem secundus ægritudines sunt Ophthalmia a qua ophthalmicus medicus Xerophthalmia: Lipitudo: Ectropium: Gramiæ: Epiphoræ etiam testiculorū:Lagophthalmos: Mydriasis: argema quæ albugo leucoma:nubeculæ e quibus interdū cæcitas Sors lœto durior oī ut ille īquit: Glaucoma:plūbum:Scotoma uertigo Aegylops amaurosis:ambliopia:Ancylops & Hypochysis suffusio quam a fluore ex græco uulgus cataractam nuncupat uel quia uisum ut opinor impediat non aliter q̄ cataractæ in fluminibus & canalibus liberum decursum transuersæ positæ impediunt: Ammianus cataractis auulsis ad diffundendas reprimendasq; aquas rigare suetas opere saxeo structis: Itē sublatis cataractis undas euagari fusius permiserunt.In portis quoq; ciuitatis cataracta e ferro lignoue demissa obstat ingredi uolentibus: Liuius porta cataracta deiecta erat clausa: est & Luscitio morbus qui Nyctalopia: unde luscitiosi & nyctalopæ per noctem melius qua per diem uidentes:ut est apud Theodo℞

Hordeolum
Visus
Epiphoræ
Argema
Cæcitas
Suffusio
Hypochysis
Cataracta
Luscitio
Nyctalopia
Luscitiosi


Luſcus
Cocles
Monophthal
mos
Myops
Iſthmoidæ

Priſcianum:nã luſcus uitioſus eſt unico tãtum oculo: quẽ monoculũ coclitem deſioculũ etiam:græci monophthal mon dixere. Myops uero niſi admota uidere non poteſt.



Zena morbus eſt ulcus naribus inducens uſq; ad oſſa illa quæ ab anguſtiis uocantur Iſtmoidæ : mali odoris:unde a putore ex græco nomen accepit. Lædunt & naſum polypus:coryza:grauedo:catarrhus pituita : mucus & rheumatiſmus e capitis diſtilationibus:multaq; aliunde cauſata:at auribus unde auditus procedit Parottides íſeſtæ ſunt:ex collectionibus in his glandulis hinc inde:quæ Adenes græcæ dicũtur:Tinnitus:& ſurditas. In facie uero & ore prouenire ſolent oſcedo:Rhagades in labris & anoſciſſuræ:aphtæ:hæmoptoea a pectore ſtomacho iocinoreue deriuans : cinicoſpaſmos:diſodia:ephelis:lentigo:Melaniæ:furfures qui etiam capitis ſunt: mentagra quæ lichen : & Emproſthoton cum mentum adhæret pectori:de quibus ſæpicule apud Plinium.

Rheumatiſmus
Hæmoptoea
Parottides
Adenes
Rhagades
Mentagra
Lichen
Emproſthotõ



Arulides tubercula ſunt iuxta dentes in gingiuis naſcentia:ut ſcribit Celſus:& Epulides quoties in gingiuis genuini caro excreuit:dẽtes ipſi ignibus domiti tabe cauãtur:quæ nõnũq̃ dolorem acutiſſimũ parit. Vua quæ ſtaphylis humore e palato dependet interdũ non ſine periculo:Nã ut eſt apud Ariſtotelem primo de hiſt.animaliũ ſæpius ſtrãgulat. hinc Serenus. Si uero afflictã langor deiecerit uuam: Aut illã toſti puluis releuabit aneti: Aut cinis ex cochlea. Fauces tumor occupat qui toles:autore Põpeio:tõſilla etiã nomĩatur:cõmunicato morbi & loci noĩe:ut græcis quoq; Pariſthmia angina uero obturãtur ut plurimum:cuius ſunt teſte Cornelio celſo ſynãchis:cynãchis & paraſynãchis:Serenus ad anginam: Verũ angina ſibi mixtũ ſale poſcit acetũ uoluẽdum fauce ſonora. Anginã uinariã inquit feſtus habere dicunť qui uino ſuffocanť:at brãchus uocis quæ diciť Raucitas(aliis licet ex cauſis)accidit tamen etiã cum deſtillationes in Arteriã aſperam defluunt : Intumeſcit & aliquibus

Epulides
Dentes
Vua
Staphylis

Pariſthmia

Toles
Tonſillæ
Angina
Syuanchis
Branchus

guttur spongiosis quodãmodo tumoribus: qui hæreditarii fere sunt nõnullis domibus & nationibus: aquarum accidit id plerumq; uitio ut tradit᷑: Vnde gutturosos passim uidem⁹ nouocomẽses & e trãspadanis plurimos: sicut calui olim Myconii dicuntur omnes: Plinius de succino: hodieq; transpadanarum agrestibus fœminis monilium uice succina gestantibus maxime decoris gratia: sed & medicinæ: quando Tonsilis creditur resistere & faucium uitiis uario genere aquarum iuxta illos infestante guttura & uicinas carnes. Gutturosi Myconii



Pisthoton dicimus ex græco quando ceruix annectitur scapulis: tetanon cum flecti non potest de quo ut opinor Serenus: Tetanos

Et si ceruices durataq; colla rigebunt:
Anseris ex pingui torpentia colla fouebis.

At gibbus in scapulis præcipue tumet inter uitia corporis non morbos numerandus: a quo gibberosi: qui fiunt si in septima parte arietis habuerint horoscopum ut sentit Iulius Firmicus in. VIII. Quid autem differat morbus a uitio docet Au. Gellius libro quarto noctium atticarum: Est & Bronchocœla in ceruice tumor haud mediocris & rotundus de quo Celsus meminit in septimo. Gibbus Gibberosi Brõchocœla




Aper siue Hircus & græca dictione qua utitur Martialis Tragos morbus est sub alis propter fetorem Hircinũ sic appellatus. Hora. An grauis hirsutis cubet hircus ĩ alis. Catul. Valle sub alaꝝ trux habitare caper: Ab alis aũt ad ungues nascunt᷑: Chiragra morbus articularis: Paronychia quæ rediuium: Panus: phygethlon: Pterygium: & uerrucæ quæ etiam in aliis partibus corporis intumescunt: Serenus. Tragos Chiragra Paronychia Verrucæ

Interdum existit turpi uerruca papilla
Hinc quondam Fabio uerum cognomen adhæsit
Qui solus patriæ cunctando restituit rem:
Id poterit uitium sanguis curare lacertæ.

S Tomachus in quo cibi cõcoquuntur rex corporis & pater familias merito nominatur Serenus:

Qui ſtomachum regem totius corporis eſſe:
Contendunt niti uera ratione uidentur.
Huius enim ualidus firmat tenor omnia membra:
Anorexia — At contra eiuſdem franguntur cuncta dolore Ipſius mor/
Aneumatoſis — bi apoſtema:ſigultus:ītercifio:anorexia faſtidium ſiue nau
Elcoſis — ſea : Malacia : Pneumatoſis inflatio : elcoſis exulceratio ſi
Diſpeſia — Theodoro Priſciano credimus:& Diſpeſia ideſt mala con
Pepſis — coctio:quādo cibi non perficiuntur:Nā pepſis concoctio.
Pepticæ — Vnde Pepticæ medicamenta quæ foris adhibentur ad cō
coctionem:Stomachus ſubeſt pectori a quo ad anum uſq;
interiores morbi homines torquent cruciāt affligunt:tuſſis
& pertuſis inueterata:pneumonea:aſthma : Dyſpnoea or/
thopnoea: phthiſis: cardia: hydrophobos: pleuretis: lipo/
Lipothymia — thymia lipopſychiaue defectio medioctis ſpiritus : & ſyn/
Sincopis — copis maior ambæ ex corde : Pareſis: ſcintillatio : hæmo/
Hæmoptoea — ptoea ſanguinis excreatio Theodoro Priſciano de qua di/
ximus ueluti Diabroſis: Rhegmochaſmos & Anaſtomo/
ſis:Epaticus morbus:Hydrops:aqua Intercus:ſcliroſis. Bi/
lis atra:choleræ:cœliacus morbus:dyſenteria tormina.liē
Sciros — teria.rhenaſmos.ileos a quo Ileoſi ſciros ſimile quoddam
Mola — molæ qua laborāt fœmīæ.lagonoponon.colū.telum.uer/
Lithiaſis — mina.lomgabo. Nephritis unde Nephriticus : ſtranguria
ſubſtillū dyſuria ue. lithiaſis calculus in ueſica.ſuffocatio
uuluæ & Rheumatiſmus: ſatyriaſis ; cirſocelæ enterocelæ
Hernia — bubonocele porocelæ ſarcocelæ hydrocelæ epiplocelæ
Phimoſis — herniæ uel ramices . At phimoſis erit cū glās mēbri uirilis
Faſcinum — quod faſcinū:mentulā:& mutonē appellant:ita tegit̄ præ/
Muto — putii pellicula ut nudari nō poſſit.Rhagades uero: ſycoſis
Sedes — ficus:& cōdilomata ſedē:hoc eſt podicē infeſtant ; ut hæ/
Hæmorhoi/des. — morhoides cæcæ comprimis:de quibus Serenus.
Excruriant turpes anum ſi forte papillæ:
Agreſtis prodeſt radix ſuper addita porri:
Dulcia cumq; nigra iunges fuligine mella:
Apgoniſq; ſuper pellit medicina dolorem.
Gonothæa — & Gonorhea profluuium genituræ : Intertrigo autem ex
Intertrigo — attritu fit membroꝝ æſtate uiatoribus p̄ſertim ſudore pro/

ueniens.Pli.in.xxiiii.uirgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur:hæc græce Paratrima. Paratrima



Oxendix uertebra cum Neruo dicitur quæ fœmora trunco annectit: hæc luxata si fuerit dolorem mouet: hinc sæpius apud Plinium remedia ponuntur ad luxatas coxendices:infestatur & Ischia quam qui patiuntur non generant: quod accidit in omnibus animalibus ut Arist:in problem. testatur:Loripedes quoq; idest claudicantes facit.Serenus. Sæpius occultus uita coxendice morbus Persurit & gressus diro langore moratur. Sed & luxata membra quæcũq; a græcis stremmata dicta dolores mouẽt: A coxa uero quæ eadẽ est:ad calcem nascũtur phimata: hoc est tubercula ĩguinariæ:uarices:chironium:claus:morticini:callus:flegmina:gemursa:acrocordones:thymon:myrmecia:quam latini formicationem alibi etiam prouenientem uocitant.Podagra morbus peregrinus: unde latinum nomen non habet:& perniones calcanea per hyemem exulcerãtes:a quibus ad morbos qui plurimas uel omnes corporis partes occupant transeamus.

Ischia
Loripes
Coxa
Phimata
Luxata
Strẽmata
Inguinariæ
Myrmetia
Podagra
Perniones



Ebris plura sunt genera: quotidiana: quæ amphemerinos:tertiana:quartana unde quartanarii:periodice:hemitritæos:synochus: continua: causon:epialos:stegna:hetica:& ephimeris:anitantum dei & acceũionis:de quibus est apud Plinium:Auicennam Galenum & cæteros medicos.Est in eis horripilatio leuis motus:frigus:horror:& calor feruidus: a quo latine nomẽ accepit:Nam a feruore febris dicitur:sicut pyrettus græca dictiõe ab incẽdio:hic Lexipyrettos medicamẽ finiens febres.Aristoteles in problemat.Totius inquit corporis excedat calliditas est febris: alii a morbi feritate deducunt: curantur omnes medicaminibus purgatiuis quæ cathartica appellant:phlebotomia scalpellum uenæ addactum: Nam altera cucurbitali scabies suppurationes mẽbra liuida & alia quædam lauantur: Dieta quoq; hoc est uictus tenuis prodest impensius: confert etiam uomi-

Amphemerinos
Quartanarii
Epemeris
Horripilatio
Lexipyrettos
Pyretus
Cathartica
Scalpellum
Dieta
Vomitus

Reiectus — tus:quem & reiectum & reiectionem Plinius & Celsus dixere:inde ægyptii omnis morbos ieiunio & uomitu curabant:& bragmanorum Didymus ad Alexandrũ scripsit:
Parsimonia — medicinæ remedium nobis parsimonia est:quæ non solũ illapsos potest curare langores:sed etiam procurare ne ueniant.Legimus in decretis Põtificalibus de conse.distin.v.
Abstinentia — Abstinentiam corporales morbos curare quos ciborum. superfluitas contraxerat.Asclepiades autem uomitum eiecit in libro de tuenda sanitate : ut scribit Cornelius Celsus: Nam oculis maxime & dentibus officiens frigidiora red-
Frictio — dit corpora:commendatur & frictio quæ fricatio in nonnullis ægritudinibus:Non improbantur & carmina: quæ utpote uana & magica nũc a sanctissima uerissimaq; omnium christiana religione interdicta sunt : Serenus quoq; scriptum reliquit.

Carmina — Nam febres uario depelli carmine posse
Vana superstitio credit tremulæq; parentes.

Affectio — Operari autem uidentur ex infirmorum affectione : quæ & erga medicum & res cæteras cum fuerit plurimum cõferret ad tollendas ægritudines. Vexatur & plurifariã genus humanum innumerabilibus morbis:e quibus paucula numerabo compluria relicturus : ne scriptus ĩ tergo nec dum finitus libellus enchiridion excedat. Sunt igitur elephantiasis quæ elephantia:cachexia:aurigo Icteros regius
Neruici — arquatusq; morbus paralysis quæ hemiplexia.stupor.spasmus.neruorum dolores unde neruici:phlegmon : uigiliæ:
Boa — fistula:scabies:impetigo:Psora:pustula:Herpesis:lepra:boa
Apostema — hoc est papula rubẽs:phagedæna:uomica:apostema quæ suppuratio:furunculus:grandines:Lenticulæ:meliceria:ce-
Antrax — tion:gangilia : atheromata steatomata eiusdem fere gene-
Strumæ — ris tubercula:epinyctides:antrax siue carbunculus:nomæ:
Scrophulæ — panus:papulæ.Vari: burões:strumæ quæ scrophulæ.Car-
Alphos — cinoma cuius sunt Cacoethes & Thymium:cangrena:cã-
Synctexis — cer:alphos quæ uitiligo:leuce : Melas : synctexis defectio:
Syncteticus — Vnde synctetici:qui defecti.Acmæ:Erysipelas: Pyricausta: & ignis sacer:de quo Serenus.

Est etiam morbi species quæ dicitur ignis.
Languida quo multo torentur membra calore
Vel tu uicino seuum bouis igne remittes
Molituq; lines:uel odoris fecibus oua
Sed non cocta dabis:sic torrida membra fouebis
Lumbricus terræ mixto inducetur aceto
Aut parili noua ruta modo:sed iunguis oliuum
Ouaq; cum betis prosunt simul illita tritis

Hunc & græci uocant ιερὰν νόσον ut testis est Seruius de hoc plura apud Cornelium celsum libro.v.& Plinium. xxx.Omnifariæ historiæ qui ait uermes terrenos ex aceto illitos mederi Columella libro.viii.est etiam insanabilis sacer ignis quem pustulam pastores uocant de quo Carius Lucretius in libris rerum naturalium.

Exurit sacer ignis:& urit corpora serpens
Quamcũq; arripuit partem serpitq; per arcus
Nimirum quia sunt multarum semina rerum
Et satis hæc tellus morbi cœlumq; malefit.

Cum igitur tot ac tantis(ut cætera taceam)uexemur morborũ ægritudinibus profecto uita hæc nostra quæ ut flos matutinus est:siue potius Bulla nec hilum fœlicitatis habere potest: & ideo non plurimi quidem sed nauci facienda: terrena ista præcipue quæ ad gehenam trahunt omnia aspernanda:Cælestibus uero aspirandum:in quibus quies tranquilissima:imměsa lætitia:Vita nullius indiga: & athanasia diuos ex hominibus trãsformatura possidetur:quæ bona bonorum optima facillime(dicant quicquid uelint irreligiosi)lucrifacere potest humana fragilitas:cum unica tantum candidissima benignissimaq; charitate illa promereri ualeat.Hæc exigit ut proximi dilectores deũ amemus: Proximi dilectio erit nõ facere illi quod ipse pati dedignareris:Dei uero qui nobis soter & Eleuterius est: amor cultus latria & ueneratio:quæ cum ubiq; tum in templis præsertim est exibenda:& domi in sacello de quo hæc paucula ideo subiungere cogimur.

Vita nostra Bulla

Charitas

Soter Eleuterius

SACELLVM CAPVT. .VIII.



Sacrum
Res diuina

Acellum a ſacro locus dicitur in quo res diuina ſit quam primos omnium Caynũ & Abellũ Adami filios Deo uero & maxumo feciſſe conſtat:nam diis primo ſacrificaſſe Meliſſum antiquiſſimũ regem cretenſium ex ſentẽtia Didymi ſcribit Lactãtius: Eſt autem ſacrum ut exponit Macrobius ex autoritate Trebatii quicquid ergo deorum habetur: Res ipſa diuina ſacrificium apud nos ſignificat non ut olim ex uictimis holocauſtum:ſed ex puriſſimo corpore & ſanguine Ieſu chriſti dei filii redẽptoris humaniſſimi:qui innocẽtiſſimus crucis patibulum ſubire:& pro peccatis noſtris ſe ipſum offerre imolandum non recuſauit. Ad hanc principes(licet abſq; magna neceſſitate in locis profanis fieri nõ debeat)ſacellum in ædibus(ut antiqui larariũ)habere con ſueuerũt.Quod ſi fuerit præ cæteris locis ornatius eſſe debet:utpote in quo Deus trinitas indiuidua in qua per quã & a qua ſunt omnia diuerſatur:Sit canibus ac reliquis brutis occluſum:abſint rerum omniũ ſordes: Sit teſtudinatũ cum pictura uernãte:habeat aram marmoreã ad oriẽtem ſpectantem:uel ſaltem teſſellã e marmore in aræ medio ſi ea fuerit lignea uel lateritia: Altaria nãq; niſi marmorea ut in decretis Pontificalibus iubetur conſecrari non debent: & abſq; ſacrato lapi diuina non eſt offerenda: Inſtrata ſit ara linteis mundiſſimis: Sint puræ ueſtes ſacerdotales Amiculũ capitalue Noegeũ Talare:Cingulũ:Manipulus: Sudariolũ:Orarium Stola:& id genus cætera. Pura inquit Feſtus ueſtimenta ſacerdotes ad ſacrificium habebant id eſt non obſita non fulgurita nõ funeſta nõ labem hoc eſt maculã habẽtia:Sed magis purus ſit ipſe ſacerdos:& talis qualis Aaron Moſis frater: qui primus ſacerdos a Deo eſt cõſtitutus:hinc Tibullus henteus poeta. Diſcedat ab aris.

Ieſus chriſtus

Lararium

Deus
Trinitas

Ara

Sacerdos
Notet

Cui tulit hesterna gaudia nocte uenus:
Casta placent superis:pura cum ueste uenite.
Et manibus puris sumite fontis aquas. Et nos quoq;
Christo casta placent:manibus purissima puris
Frangite Liba:malus sit procul omnis odor.

Sit Missale:sint candelabra argentea uel orichalcea in quibus ponantur Candelæ:uel cærei ex punica cæra albicantes:& flāmam cum opus fuerit nutricātes : sine qua Missa non est celebranda:Sit Calix Patina aurata : & quæ ad calicem spectant omnia nitidissima:Nec procul amululæ ad aquam & uinum crystallinæ per Hierodulū ministrandæ: Sit ad conspectum sacerdotis imago Iesu crucifixi:siue tutelaris Diui:quem aduocatum dicimus:uel Candidissimæ Virginis Mariæ effigies non Caretano sed Temperelli aut Francisci Marmittæ nostratis ducta penicillo:& tallis qualem Iconiam Lucas Euangelista coloribus deliniuit:ut ad Orandum introeuntes alliciēs cum ueneratione detineat: Vnus enim quisq; in larario domi colit simulacrum eius diui quem peculiariter ueneratur : Vnde Lampridius scribit Alexandrum Cæsarem:si cum uxore nō cubuisset matutinis horis in larario suo rem diuinam fecisse:In quo Diuos principes:sed optimos:ellectos : & animas sanctiores: In quibus Apolloniū & Christū & Abraham & orpheū habuisse dicitur:Enos autem primus omniū quos scimus nomen Domini inuocauit: Oratio ipsa sit breuis ex corde Nam in multitudine uerborum non flectitur deus sed in cordis affectu : ut ex decretis Pontificalibus de cons. dist. quinta didicimus.& in tertia dicitur.Adoratio imaginum non picturam sed picturæ representationem ueneratur. Sit inibi antepensile Lampas siue Cicindela nitidula quæ lumen funiculo in oliuo præbeat & seruet: Sit acerra arca thuraria siue Thymiaterium : cum Thuribulo : nec desit uasculum cum aqua benedicta & aspergillo: cuius roratu uenialia delicta remittuntur & insidiæ Dæmonum cum fantasmatibus fugantur.Sed iam falcē a messe fere aliena retrahens ad magis nostra transeo.

Hierodolus
Tutelaris
Diuus
Caretanus
Temperellus
Iconia
Imago
Oratio
Adoratio
Acerra
Thymiateriū
Thuribulum
Aspergilum

BIBLIOTHECA CAPVT .VIIII.




IBLIOtheca ut inquit Vlpianus de legatis tertio ac Pompeiꝰ:& apud græcos & apud nostros tam librorum magnus per se numerus q̃ locus ipse in quo libri collocati sunt appellatur: Ausonius Gallus poeta Emptis quod libris tibi Bibliotheca referta est Doctũ & grãmaticũ te Philomuse putas Pli.in . xxxv . Asinii Polionis hoc Romæ inuentum:qui primus Bibliothecam dicando ingenia hominum rempublicam fecit.An priores cœperit Alexãdriæ & pergami reges qui bibliothecas magno certamine instituere non facile dixerim:Strabo cosmographici operis.xiii.Arist ĩquit primus oĩm quos scimus libros cõgregauit:& ægyptios reges Bibliothecæ ordinem docuit. Primus equidẽ liberariũ disciplinarum libros athenis publice legẽdos posuisse dicitur Pysistratus tyrãnus.Nomen ex græco sortitur nã biblos liber est:unde bibliopola uẽditor librorum: Theca repositoriũ:hic chirotheca a manibꝰ: Pinacotheca a tabulis deducta:a libris latini librariam uocãt Aulus Gellius In libraria ego & L.Paulus consederamus: q illius curam habuerit Bibliothecarius dicetur: Bibliothecæ ipsæ ad orientem spectare debent ita libri non putrescunt:ut autor est Vitruuius architectus in.vi.nam quæcumque ad meridiem & occidentem apertiones habet fenestrarum tineis & humore libros uitiant:quod uenti humidi aduentantes procreant illas & alunt:infundentesque humidos spiritus pallore uolumina corrumpunt:Vnde uel in parietibus quidam uel ex tabulis armaria extruunt ad libros continẽdos:quæ forulorum nomine significari plerique omnes apud Iuuenalem existimarunt cum inquit : hic libros dabit & forulos

Congregati primo libri

Biblos
Theca
Pinacotheca
bibliopola
Libraria
Bibliothecarius

mediamq; miueruam: Fiũt & armaria in cubiculis culina & cœnationibus uerum ad alios usus ut uidemus. Sed caue ne sine delectu quoscũq; libros congreges: onerat discẽtem turba non instruit: multoq; satius est ut inquit Seneca paucis te autoribus tradere q̃ errare per multos: caue etiã (quod peius esset) ne sacrorum opera ingeniorum in speciem & cultum parietum comparentur: Alexandriæ. xl. milia librorum pulcherrimum regiæ opulentiæ monimẽtum siue potius studiosæ luxuriæ spectaculum aiferunt. Armaria Foruli



Ibri olim ex papyro nunc e charta: præferuntur ut optimi ex membranis: Apud antiquos binis umbilicis decorabantur: Papinius quarto Siluarum.

Noster purpureus nouusq; charta.
Et binis decoratus umbilicis:

Martialis.


Et frontes gemino decens honore:
Pictis luxurieris umbilicis: Porphirio Hora. interpres Vmbilici inquit in fine libri ex osse aut ligno solent poni unde ad umbilicum adducere est finire: apud nos binis tabellis constricti additis fibulis corio uestiuntur arte speciosa insculpto: Talis ornatus supra trecentos sexaginta humanarum litterarum in Bibliotheca sua posuit Georgius Anselmus nepos: omnium horarũ amicus oculissimus Immo idem Marius: in quo ingenium cum doctrina: doctrina cũ ingenio de principatu contendunt. Libri autem ipsi qui & codices unde codicilli inde nomen acceperunt. ꝙ ante usum chartæ papiraceæ de libris arborum uolumina fiebãt: nam liber arboris est cortex interior: Vergil. Vdoq; docent inolescere libro: In libris paginæ sunt dictæ ꝙ suam quæq; obtinent regionem ut Pagi: uel a pangendo: ꝙ in illis uersus panguntur idest figuntur autore Pompeio. Plinius Cecilius Ego non Paginas tantum sed etiam uersus syllabasq; numerabo. Harum extremitatem marginem licet ad alia trãseat dixere: unde emargino extremitates recido: A libro autẽ est per diminutionẽ libellus paruus liber

Vmbilici Georgius Anselmus Nepos Libri Codices Liber Paginæ Margo Libellus

Libellio
Tabellio
Notarii
Librarius
Bibliograph⁹
Papyrus

ſiue epiſtola: unde libelliones uocabant antiqui quos nūc Tabelliones:ut a notis Notarios:& petitio in iudicio porrecta in quo ſignificatu legulei utuntur. Eſt librarius qui græce Bibliographus libros tranſcribit:Hi fuerant ut diximus ex papyro naſcente in ægypti paluſtribus: aut nili aquis quieſcentibus: cum ex ea fierent chartæ diuiſæ acu in tenuiſſima folia:in quibus antiquiores ſcripſerunt. ſed prius quod a pleriſq; etiam nunc obſeruatur concha marina ex poliebantur ut curſus eſſet calamo facilior. Martialis: Leuis ab æquorea cortex mareotica concha Fiat: in offenſa curret harundo uia: & Plinius in.xiii. ſcribit papyraceam chartam ſcabritiam leuigari dente conchaue:ubi mendoſe in pluribus codicibus dente concauo legitur.

Scabricia



Hartā ab urbe tyri charta:uictoria magni Alexandri repertam autor eſt .M. Varro condita in ægypto Alexandria: antea chartarum uſus non fuerat. Palmarum foliis primo ſcriptitarū eſt.unde ad hanc uſq; diem folia chartæ dicimus: deinde quarundam arborum libris:poſtea & plumbeis uoluminibus monumenta publica: mox & priuata linteis confici cœpta aut cæris. Apud nos hodie charta e lineis canabiniſq; panis ueteribus & atritis producitur. Secti in fruſtula aqua inſperſa per dies.xi.macerantur:& in pila aquaria pilis ferratis minutim contuſi addita calce in alteram trāsferuntur: exemptos deinde in aquaria tinia cum poſuerint formis aquam traſmitentibus in ſingula extrahunt folia: quæ laneis pannis alternatim ingeſtis prœlo calcātur:ædificioq; ad id patulo prius ſiccata:mox glutino facto ex pellium quiſquiliis ſiue ramentis:quæ coriarii & membranarii reponunt ad hūc uſum:feruefactis intincta:rurſus ſiccata & uitro leuigata aptiſſima redduntur ad tolerandos calamos:& atramentum non tranſmittendum: In hoc Parmenſes chartæ ſibi principatum uendicarunt:cum in candore præ cæteris Fabrianæ commendentur. Prima enim chartæ datur adorea:ſi non eſt bibula & atramentum nō ſorbet:quod ſi fuerit ſiccādæ ſcripturæ:ne fiant lituræ erit

Folia chartæ
Charta apud nos
Parmenſes chartæ
Fabrianæ chartæ
Bibula charta

utilis.Fiunt autem plura chartarum genera:cæteris omnibus tenuior est epistolis dicata nomine inde adepto : quæ & augusta dicebatur.Pli.in.xiii.Nimia quippe augustæ tenuitas tolerandis nõ sufficiebat calamis:& mox: augustæ in epistolis auctoritas relicta : firmior est libraria ad libros aptissima:regalis quæ Regia inter Macrocola:magnitudine reliquas apud nos antecellit : unde nomẽ sortitur olim Claudiana appellata: At Bononiæ & regiæ maior est ĩperialis libris templorum ad musicam per horas officiales idonea:quæ olim Hieratica:uilior est emporetica : quæ inutilis scribendo inuolucra segestrium uice mercibus prebet:& ideo a mercatoribus cognominata: quasi mercatoria : græce enim emporos mercator : & emporium locus mercatus & nundinationis ad quem distrahendi præstinãdiq; causa conueniunt mercatores : chartaceum inuolucrum cuculum dicemus: & uenditorem chartarum chartularium nos:græci chartopolin.

Epistolis
Augusta
Regalis
Claudia
Imperialis
Hieratica
Emporetica
Segestria
Emporos
Emporium
Cuculus
Chartopolis




Embranarum usum pergami repertum fuisse tradit.M. Varro supprimente chartas Ptolomæo unde pergamenæ dictæ. Diuus Hiero. Chartam defuisse nõ puto ægypto ministrãte comertia:& si alicui Ptolomæus maria clausisset tamẽ rex Atralus mẽbranas e pergamo miserat : ut penuria chartæ pellibus pẽsaretur:unde pergamenarum nomen ad hãc usq; diem tradẽte sibi inuicẽ posteritate seruatũ est.Membrana uero: ut uerbũ exprimamus ex uerbo iterũ abrasa palimpsestus dicit:quæ uilissima est.M.Cice. ad Trebatiũ:quod in palimpsesto laudo equidẽ parsimoniã : sed miror quid in illa chartula fuit quod delere malueris q̃ hæc scribere : nisi forte tuas formulas.Catullus ad Varũ:Nec sic ut fit in palimpsesto relata.Iuriscõsulti delitiã interpretant:nã abrasis prioribus litteris secribit . Vlpianus Chartæ appellatio ad nouã refertur & ad delitiã proinde & hopisthographo si quis testatus sit hinc peti potest bonorum possessio. hopistographũ uero dicimus in tergo scriptũ.Plini.iunior:Electorũq; cõmẽtarios.clx.mihi reliquit hopistographos. Vnde

Pergamenæ
Palimpsestus
Deletitia
Hopisthographum


Hoposthocomæ Acrocomæ Schedulæ Phylurae

Hopisthocomas euboicos scimus dictos q̄ post terga comam fusam alerent: sicut acrocomas Thraces qui Antias caproneasue in frontem muliebriter dimittebant.



SChedæ & per diminutionē schedulæ dici possunt folia carthæ: ut neoterici appellāt: nōnulli phyluras postq̄ pagellis Philyraceis hoc est Tiliaceis prisci uice chartarum usi fuerunt. Quintil. Nam qui omnes etiam indignas lectione sedas excusit anilibus quoq; fabulis accomodare operam potest: ubi paginas intelligere etiam possumus ac litterarum monumenta. Et diuus Hieronymus ad Iulianum Ecce tibi noster Ausonius cœpit schedulas flagitare urgere notarios. Item ad uirgines Hemonēses: Et uobiscum uolebam prolixius loqui & angustia schedulæ cogebat tacere: Schedia uero apud græcos sunt quæ nos extemporalia uocamus: unde Apuleius in deo Socratis In isto ait Schedico & incondito experimini an idem sim repentinus qui præparatus.

Schedia



PVgillares tabellæ apud antiquos erant cæratæ in qbus stilo scribebant: unde cæræ simpliciter nomitæ. Plinius iunior ad Cornelium Tacitum Ad retia sedebā: erant in proximo non uenabulum sed stilus & pugillares: meditabar aliquid & notabā: ut si manus uacuas plenas tñ cæras reportarem: Apuleius Dolebam me hercules q̄ pugillares & stilū non habebā: qui tam bellam fabellā pernotarem: eorum usum ante Troiana tēpora fuisse scri. Pli. in. xiii. ex Homeri autoritate. Sūt aūt pugillariū alii eburnei ex ebore candicantes usibus seniorum deputati. Sunt triplices & quincuplices: sunt citrei e citro: & a membrana membranei nominati.

Cæræ

Eburnei

Membranei



GRaphium stilus est ferreus: a grapho scribo deductum: eo enim in pugillaribus scripsere. Suetonius in Claudio Graphium & libellos quos tenebat in manu: & in Iulio Cæsare narrat illū arreptographio brachiū cascæ traiecisse: a graphio theca fit graphiaria: cuius meminit in Claudio: & apud Martialem Graphiarium dicitur repositorium graphiorum: Hæc

Graphiaria theca Graphiarium

tibi erunt armata suo graphiaria ferro Mittit enim poeta thecam graphiis refertam: Hinc est suo ferro armatam ut infra de calamaria: Sortitus thecam calamis armare memento. Stilus autem scribit in cæra: autore Diuo Hieronymo: unde Martianus: Stilos acuunt cærasq; componunt: at chalamus in charta. Stilus Calamus



Luteum tabulam appellare possumus: cum ad plurima referatur: qua utuntur qui litteris dant operam & scribũt: Persius Nec pluteum cedit: nec demorsos sapit ungues. Sidonius Grãmaticales pluteos aut athenei cuneos aut armaria extructa bibliopolarũ: nam tabulæ quibus aliquid præsepitur: autore Pompeio: Plutei dicuntur: & crates crudo corio intentæ quæ militibus opus facientibus opponi solebant sub hoc uocabulo significantur.



Tramentarium uasculum quo atramẽtum cõtinetur. Hiero. Ezechielis. viii. Atramentarium scriptoris ad renes eius. Atramẽtum autem ab atro nigro colore deducunt. de quo Pli. in nono. Effuso atramento quod pro sanguine his est offuscata aqua absconditur. Itẽ in. xi. ut sepiæ in mari sanguinis uices atramentum obtineat hinc Persius. Atramentum Sepia

Tunc quæritur crassus calamo q̃ pendeat humor.
Nigra q̃ infusa uanescat sepia lympha.

Atramentum quo scribimus scriptoriũ Celsus: Librarium Vitruuis nũcupat: cuius cõpositionem docet Dioscorides Pli. quoq; in. xxxv. Fit & fuligine inquit pluribus modis: Resina uel pice exustis: propter quod etiã officinas ædificauere fumũ eum non emittentes: Laudatissimũ fit eodẽ modo e tedis: omne aũt atramentum sole perficitur librarium & tectorium glutino admixto. Eadem nũc etiam fuligine oleo quod e lini semine fit & pice græca (ut cætera taceã) simul mixtis ad ignem uase donec subferueant utuntur Chalcographi ad atramentum glutinosum illud librariũ: nam atramento quo litteras calamo notamus fuliginem non miscent nostrates: Est enim & atramentum sutorium Scriptorium Librarium Sutorium

quo pelles tingunt Coriarii? Plinius trigesimo quarto. Græci cognitionem æris fecerunt nomine & atramento sutorio appellant enim chalcarum: & paulopost subdit: diluendo fit atramentum tingendis coriis: Demadem scribit Plutarchus in Solone in primis laudatum quod Draconem dixerit non atramento sed sanguine leges notasse: cum etiam minima delicta capite puniret. Minium quoq; græce Milton in librorum scriptura usurpatur a Challia Atheniense primo in argentariis metallis inuentū: utimur & nos. hinc miniati codices dicuntur: cum litteræ ī eis maiores non tantum ex illo: sed etiam ex alia materia diuersi colores fiunt.

Chalcarum

Minium

Miniati



Alami ad scribendum cæteris aptiores meliores'q; sunt ægyptii. Plinius in. xvi. Chartis'q; seruiunt calami ægyptii maxime cognatiōe quadam papyri. Mart.

Dat chartis habiles calamos memphitica tellus
Texantur reliqua tecta palude tibi. Cōmendantur & Gnidii. Calamis quoq; utuntur in prœlio orientis populi uice sagittaꝝ. His enim pēna addita mortē accelerant: addūtq; spicula irreuocabili hamo noxia. Nullus aūt aptior sagittis calamus ꝗ qui in rheno Bononiensi amne reperitur: cui plurima inest medula pondus'q; uolucre. A calamis theca calamaria in qua reponuntur. hinc distichon.

Spicula

Calamaria Theca

Sortitus thecam calamis armare memento:
Cætera nos dedimus tu leuiora para.

Suetonius in claudio: Ne cuius comiti aūt librario calamariæ & graphiariæ thecæ adimerentur. Sunt & calami ad Tibias unde Tibiales dicti & græce Auletici.

Auletici



Enna plures hoc tempore utuntur ad scribendum qui sunt librarii: unde Pennarium & thecam pēnariam dicemus ubi pēnæ ipse condun tur. Nuperrime cœpit utpote me puero in crepundiis ars olim ut aiunt a germanis inuenta ære litteras & ita libros formis ut uulgo dicitur excudendi: qua tātum una diecula notant: quātum librarius per annū uix posset

Penaria Theca

Chalcographus

exarare. Artifices ex re Chalcographos appellamus: qui/bus (modo diligentissimi sint) plurimum debent doctri/næ cupitores & litterarum dilectores: cum inde scriptorũ scaturierint prius incogniti riuuli librorum: cæterorum ue/ro copia emanauerit. Scribere autem non solum est litte/ras notare: sed etiã pingere ueluti apud græcos γραφειν: unde graphia scriptura & pictura: hinc orthographia re/cta scriptura: Zographia animalium pictura: Singraphum quæ fit in rei alicuius testimonium scriptura: Idiographus liber propria alicuius manu scriptus: sicut Autographus manu autoris.

Scribere
Graphia
Ortogrephia
Zographia
Simgraphiũ
Idiographus
Autographus


TAempocon græci dixerunt genus scribendi deorsum uersus ut nunc dextrorsum scribim⁹ autore Pompeio: Aegyptii scribunt inquit He/rodotus hist. secundo a dextro i sinistrum ma/num referentes: quam consuetudinem seruaut hoc etiam tempore apud nos qui sunt iudæi. Est qui necessitate urgẽ/te summisso capite papyrũ supra genu tenens scribat Grã/matocyphon nuncupatus.

Grãmetocy/phon


ANnulum signatorium quo testamẽta epistolæ quæ apostoli etiam a mittendo & epistolia: li/belli: diplomata & id genus cætera signantur dici nomine ipsum apparet: Paulus iurecon/sultus: annulus inquit signatorius ornamenti appellatione nõ cõtinetur. Valerius Maximus de Sylla: Vt annulo quo signatorio utebatur sculptam illam traditionem haberet. Nam gemmæ in effigies uarias cælantur anulisq; includi/tur signandi gratia quẽadmodum Diuus Augustus initio imperii Sphĩge signauit: mox Alexãdri magni imagine no/uissime sua: ut referunt Pli. & Sueto.: Dicunt aũt ad actus nostros prosperandos plurimum conferre Magni Alexan dri imaginem annulo getatum: Celebratur & rana Mœce natis: Locri ozalæ phocidis in annulo signatorio ciuitatis stellam habebant insculptam hesperum: Pompei quoq; gemma qua signabat fuit ensifer leo. quidam tamen nul/

Epistolæ apo/stoli
Epistolium
Gẽmæ

las admittunt gemmas: sed auro ipso signant: ut Claudii Cæsariis principatu repertum est. apud Babylonios: teste Herodoto: singuli anulum gestant signatorium: Policrati īquit Samiorum Regi gemma erat signatoria smaragdus quã gestabat opus Samii Theodori: anulum græci Dactylion uocant: unde Dactylotheca: Prisci apud Romanos ungulum postea græci & latini symbolum: Dactylotheca autem ipsa & plures gemmas notat & repositorium. hinc Dactylotheca legata: ut tradit Pomponius & Vlpianus de legatis tertio: & anuli & theca intelliguntur. Martialis Sæpe grauis digitis elabitur anulus unctis: Tuta mea fiet sed tua gemma fide. Primus Scaurus Syllæ priuignus Dactylothecam excogitauit: at Pompeius Dactylothecã mithridaticam in capitolio dicauit: Anulos uero singulis digitis primo gerere mos fuit qui sunt minimis proximi: sic in Numæ & Seruii Tullii statuis: ut scribit Plinius uidemus: qꝫ ab his digitis & manus præsertim sinistræ neruum quēdam tenuissimum insectis corporibus humanis: quas anatomas idest disectiones græci uocitant ad cor tendere compertum est. Legimus in decretis Pontificalibus.xxx. questione quinta: Sponsum nouæ nuptæ digito quarto anulum indere: ut sicut ab eo uena cordi coniungitur: ita eorũ corda sint unita is Pronobus dicitur quo ueluti Arrabone noui sponsi oppignerantur: nam pronubi & Pronubæ & a græcis paranymphi & paranymphæ in obsequio sunt nubentium: Postea polici proximo: quem indicem latini græci lichanon: teste Boetio in musica nominant: induere deorum simulacris: dein Iuuit & minimo dare. Galli britanniqꝫ dicuntur in medio usi: hic nunc solus excipitur: cæteri omnes onerantur: atqꝫ etiam priuatim articuli aliis minoribus: hinc Seneca in ultimo naturalium quæstionũ exclamat: Exornamus anulis digitos In omni articulo gēma disponitur. De anulorum origīe & iure complura traduntur a Plinio in.xxxiii. quæ breuitatis gratia omisimus: cui cordi est noscere is satis habeat autorem esse monstratum: apud quem si quid copiosius uoluerit inueniet.

Auro signant
Dactylion
Vngulum
Symbolum
Dactylotheca
Vsus anulorũ
Anatomæ
Arrabo
Pronobus
Paranymphi
Pronuba
Index
Lichanon


Aera ex pressis fauis in uarios colores pigmentis trahitur ad reddendas similitudines signandas epistolas & innumeros mortalium usus: punica optima existimatur quæ candida est: Insolatur cæra idest ad solem sub dio ponitur & post insolationem decocta candescit. Nigrescit autem addito chartarum cinere. sicut ære uiridi admixto Virescit.& anchusa rubescit.

Punica cæra


Crinium libris seruandis est idoneum ne a tineis & blattis consumantur. Martialis scrinii lemmate præmisso.

Constrictos nisi das mihi libellos.
Admittam tineas trucesq; Blatras.

Horatius in primo sermonum.

Ne me Crispini scrinia lippi
Compilasse putes uerbum non amplius addam.

Libris inquit Vlpianns Iureconsultus legatis ut Cassius & sabinus referunt neq; armaria neq; scrinia neq; cætera in quibus libri conduntur contineri satis notum est. scrinium græce chartophilacium:nam philaci custodia est:hinc Gazophilacium in sacris litteris arca ad custodiendas oblationes apud Iudæos:& Corbona dicta: Significat & capsam qua res pretiosiores & secretæ imprimis scripturæ seruantur:unde scriniarii secretarii quos etiam a secretis dicemus: ut scribas ab epistolis & Grammateos & canzellarios: Archigrãmateos uero principes scribarum. In scriniis Mithridates grauiores epistolas & Darius unguenta habuerunt: Alexander postea captis Darii castris eius scrinium unguẽti libris Homeri seruandis destinauit.

Chartophilacium
Corbona
Gazophilaciũ
Scrinarii
Secretarii
A secretis
Grãmatei
Ab epistolis
Cancellarii
Archigrãmatei

ARMAMENTARIVM CAPVT .X.



Rmamentarium ab armis ut nomen idicat locus est i quo arma & tela reponuntur: Iuuenalis quicquid habent telorum armamentaria cæli. Valerius Max. Habebat iquit armamẽtarium omnis generis telorum copia refertum. T. Liuius de bello macedonico Conflagrarunt & Horrea regia & armamentarium cum ingenti apparatu machinarum tormentorumque: Armamẽtarium alias ab armamentis est ubi naues habentur: Plinius Philon athenis armamentario mile nauium: Arma autem ab arcendo nomen acceperunt quod his hostes arcemus ut autor est Marcus Varro in libris linguæ latinæ. At Pomp. & Seruius ab armis idest humeris: quod ab his pendeant dicta

Tela

existimarunt: cum tela usum præbeant iaculãdi & procul

Arma primo

prœliandi: Siue potius quod armis oneri sint: Arma & tela militaria a Samnitibus Ro. ueteres sumpsere: & isignia magistratuum pleraque ab Etruscis: ut scribit Salustius. Primus

Mars

fabricatis armis Mars qui Gradiuus milites armauit pugnandique usum induxit Vnde ab antiquis deus belli creditus. At primi chalybes ferrum quo abundát erutum do-

Chalybs

marunt: Hinc calybs apud poetas: Romæ autem armorum tractandorum meditatio a. P. Rutilo cons. tradita est: Is enim accersitis ex ludo C. Aurelii Scauri gladiatoribus uitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus in-

Caput cucurbite

generauit: quam tenent etiam qui apud nos sunt gladiatores ita animatum prodigi ac si cucurbitæ caput haberent: Qui totus armis contectus equo insidens in pugnam pro-

Cataphratus

cedit cataphratus dicitur: si tamen & equum habeat undique lorica munitum: ut est penes Aelianum de re militari

ad Hadrianum imperatorem: Arma ipſa græce Hopla. In
de hoplomacus qui armatus in ſpetiem iuſtæ pugnæ di
micat: & Hoplitides mulierum ſi quæ ſunt ſtatuæ armatæ
Verg. Arma & ruſticorum & piſtorum inſtrumenta appel
lauit: Item fraudes: hinc eſt: & quærere cõſcius arma: Erũt
igitur omnium generum inſtrumenta: ueluti Sutoꝝ. acus.
ſubulæ muſtricola Modioli forfices ſcalpra digitalia: Fa
bri materiarii ſera terebella cælum dolabra aſcia circinus
bipennis ſecuris ſecuricula lima roncina linea quæ tingi
tur rubrica: Tornum mymphur amuſſis: Cementarium
trulla Malleus Norma libella perpendiculum quinquepe
da Decempeda penicilli tectorii: Pinctoris Spongia penici
li Viriculum ad encauſticen: Fabri ferrarii: æraraii argenta
riiqꝫ: Folles: Tudites qui pyrobolæ: incus forceps: Formæ
Verucula ſcobilis ſiue ſcobina: Laniorum bilances in qui
bus trutina per quam examen: culter: ſtatera: cratis: cultellu
li: alueolus: menſa quæ lanionia: Venatorum retia plage ue
nabulum calami uiſcati ad aues: Semiplotia: culter uenato
rius: amites: Agricolarum aratra & cum rotulis planara
tra uomeres ſtimulus & rulla ad purgandum aratrum illi
addita: plauſtra: traheæ: pectines: raſtra: ligones: ſarcu
cula: marræ: paſtinum: hirpices: falces lumariæ: Meſſo
rie: fœnariæ: arborariæ: fiſcinæ: fiſcellæ: bidentes: ra
ſtelli: furcillæ: corbes: rutrum: tribula: uentilabrum: chi
lindrus: uanus: quali: roncones. Nauturum rudentes ue
la artemones licet potius membra nauis eſſe uideantur uel
additamenta: Anchoræ: harpagones. bolis. tonſæ qui
remi: manicæ. Aleatorum tali: teſſeræ: calculi qui ſcrup
pi & latrones: alueolus tabuſa latronculi: tabellæ pictæ:
fritillus: Muſicorum fiſtula: monocordium: tibiæ: lyra:
cithara: in quibus neruiæ: plectrum monaulum mercurii
inuentum decachordon heptachordon: & id genus cæte
ra a numero chordarum: ſambuca a troglodytis mon
ſtrata: organum barbiton arpæ: Getulorum qui uaſtazon
tes qui baiuli: & a Perſis gangabæ dicuntur: pertica: reſtis:
ſaccus: utres ad liquida portanda: muli mariani: ærũnulæ:

Hopla
Hoplomachus
Hoplitides
Sutoꝝ arma
Cementarii arma
Viriculum
Trutina
Examen
Lanionia menſa
Agricolaꝝ arma
Planaratꝝ
Rulla
Tonſæ
Scrupi
Neruiæ
Monaulum

phalangæ quæ Scheyophoria. Tõſorum pecten nouacu la:cotes:foculus:matiacæ pilæ:ſapo:forpex : auriſcalpium: calamiſtrum:ſpeculum:muſcarium ſetaceum : diſcernicu

Studioſorum arma

la:Studioſorum libri:graphium calamus:pugilares:lucer na:atramẽtarium cultellus forficulæ: Et hæc e multis pau ca ſufficiant : incœptum iam opus aliquantulum euagati proſequamur.

Caſſis
Conuu
Criſtæ



Alea quæ caſſis a galero:ut ſcribit Marc⁹ Var ro:nomen accepit:ea caput armatur : quã Lacedæmonii primi inuenere. Diodorus inuentionem curetibus aſſignat:huius ſummitatem conum appellãt : in quo criſtæ e pennis auium quas cares monſtrauere ponuntur . Vergilius Terribilem criſtis galeã flammaſq3 uomentem.Prudentius in pſichomachia.Hirſutas quatiẽs galeato uertice criſtas : & Plinius in decimo de ſtruthiocamelo alite : Conoſq3 bellicos & galeas adornantes pennæ:de caudis quoq3 animalium antiqui fecere:

Iubæ

hinc eſt.Criſtaq3 hirſutus equina:a quo etiam Iubæ dicuntur:ut illic:graiarum errore iubarum:Galeæ pars e qua ſpi


Baccula

ritus educitur Bucculæ nomen eſt adepta:Iuuenalis:Lorica & fracta de caſſide Buccula pendens.Sũt & galeæ frõte & ceruice tenus caput regentes quibus utuntur pedites

Torquis ferreus

lancearii & Hippotoxotæ addito torque ex anulis ferreis uel laminis ad iuguli ĩprimis tutamẽtũ:Galea ipſa & ſcutũ a ſcythis ad egyptios traducta ſunt ut refert Herodotus.

Thorax



Orica : quam Thoracem non nulli : dicitur ꝙ antiquitus ut ſcribit Var. e loris de corio crudo pectoralia faliebant: poſtea ſuccuderũt galli ſub id uocabulum ex anulis ferreis tunicam. Vnde Vergilius in.v. Leuibus huic hamis conſertam auroq3 trilicem Loricam:Apuleius in libro de mundo.Cum

Lorica ſub ueſte

tuba bellicum cecinit milites clangore accenſi:alius accingitur gladio:alius clypeum capit:ille lorica ſe ĩduit & Suetonius ſcribit Auguſtum Cæſarem in reformatione ſenatus uſum lorica ſub ueſte ferroq3 cinctum præſediſſe : hãc Mydias meſſenius primo monſtrauit.


Anicæ a manibus dicũtur quibus milites e ferro in præliis pugnantes utũtur ad earũ deffensionem: ueluti a brachiis brachialia : ab humeris humeralia : & a fœmore fœmoralia. Sunt etiam manicæ & quibus noxiorum manus cohercentur. Apuleius in Floridis: Quod si manus manicis restringant: quid si pedes pedicis coartentur? Prudẽtius in psichomachiæ hemistichio manicisq; tenacibus arctat: & qbus hyeme aduersus frigora manus teguntur: Plinius Cecilius in epistolis: Ad latus notarius cum libro & pugillaribus cuius manus hyeme manicis muniebantur: ut ne cæli quidẽ asperitas ullum studiis tempus eriperet. Græci Chirothecas manuum dicunt operimenta: nam chira illi manum uocant: unde chiromantia diuinatio per manuum liniamenta: Chirographum propria manu scriptura: & chironomia lex gesticulationis manuum deducũtur: Apud Lucanum eo loco: Ast alias manicæq; ligant teretesq; catenæ Machinulas notant ad capiẽdas naues excogitatas: quas etiam manus uocitatas Pericles atheniensis inuenit.


Brachialia
Humeralia
Fœmoralia
Chirothecæ
Chiromãtia
Chirographũ
Chironomia
Manus


Creæ quæ crura tuentur ideo dictæ: quod opponãtur ob crus: ut scribit Varro: at Pompeio: inde nomen deductum existimauit quod sint inæqualiter tuberatæ: Ocrem montem cõfragosum ueteres nominarunt: de his Vergilius: Tum tenuis ocreas auro electroq; recocto. & Apul. in cosmographia: hic galea caput ille crura ocreis inuoluit: Ocreas primi cares inuenerunt: utebãtur illis equites: sed & scutati pedites ferreas ocreas in dextris cruribus cogebantur accipere: ut est apud Vegetiũ libro primo de re militari: nam crurifragio homo sternitur: quo nomine crurum fractio notatur: ueluti & ceruicifragio ceruicis: addidere nonnulli Costifragium. Plautus Lumbifragium.

Crurifragium
Ceruicifragiũ
Costifragium
Lumbifragiũ


Alcaria e ferro dicta quod calci adnectãtur ad equos concitandos. Ouidius: Nil nocet admisso subdere calcar equo. Calcar inde pro impetu & stimulo interpretatus est Nonius Marcel.

lus eo Varronis loco:Ventus suo casu uehæmẽtius suffla/re & calcar admouere:calcaria etiamnum quibusdam aui bus data ut gallinaceis utilia tãtum in pedestri certamine quod sæpius cõmouent: si duo sint in eodem gallinario: autore Aristotele de partibus animalium ultimo.



Clypeus a glypho quod est sculpo nomen mu/tuatur:Pli.Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum est continebãtur imagines:unde & nomen habuerũt clypeorum: non ut peruersa grãmaticorum subtilitas uoluit a cluendo deduci: Cluere autem pugnare est: primi clypeos inuenerunt Prœtus & achritus inter se bellãtes:siue chalcus athamantis filius: ut idem refert in.vii.apud antiquos ut cõtumacius ferrũ trã/smitterent taurorꝫ & bouum coriis uestiebãtur.Papinius ĩ achilleide. Cirrha sagittiferas certat stipare pharetras Ler/na graues clypeos cesis uestire iuuencis. aurũ postea addi/dere.unde chrysoaspidas Alexãdri seueri Imperatoris legi mus:nam aspis græce scutũ est & chrysos aurũ.Ab argen/teis autẽ scutis argyroaspidas dicemus. Scutũ ipsum a se/ctura nomen accepit: quia fit tabellis minutim desectis ut autor est.M.Varro in libris de lingua latina.At Põpeius ꝙ non sine pellibus fiat:nã σκυτοσ græce pellis est:unde & scorta & scuticæ quæ a corio taurino etiã Taureæ dicunt. Sunt autem scuta ut inquit Seruius equitũ:clypei uero pe/ditum:sed a scriptoribus usurpãtur:inter quorũ genera est pelta scutum paruũ & leue a quo petalstæ & peltati pedi/tes:qui inter leuem armaturã adnumerati macedonica ar/matura utuntur:uerũ leuiore:ut est apud Aelianũ de re mi litari ad Hadrianum Imperatorẽ:Est Cetra e paruulis scu/tis:ut scrib.Marcellus:Est & Parma & Parmula fere quod Pelta sed rotũda dicta quod in omnes partes par sit: quæ omnia ad corporis tutelam habentur.unde Africanũ Sci/pionem cum ornatũ scutum elegantius cuiusdam uidisset non mirari se dixisse perhibẽt quod adeo illud ornasset in quo plus præsidii ꝗ in gladio haberet:autor Frontinus li/bro quarto strategematicon. Parma Itẽ ut cosmagraphi

Cluere
Chrysoaspide
Aspis
Chrysos
Argyroaspide
Scutum
Scytos
Scuticæ
Scorta
Pelta
Peltati
Cetra
Parma

tradunt:Galliæ Cisalpinæ nunc Lombardiæ clarissima est ciuitas:mihi patria & natale solum: quæ ut apud Liuium in nono de bello macedonico curiosissime obseruaui:consulibus Claudio Marcello & Fabio Labeone ciuium Romanorum colonia est deducta: celebrabatur lanarũ copia & bonitate:unde epigrãmatarius poeta. Tondet & innumeros gallica Parma greges. Itẽ: Velleribus primis apulia Parma secundis. Nũc uero caseo sciti saporis cuius massulas Orbiolas uocant:omniũ etiam rerũ copia redũdat: ita ut merito dici possit: Aurea fruges En Parmæ pleno diffũdit copia cornu. & hinc sperare possis ueluti de Samo retulit Menãder lac gallinaceũ. In hoc quod nimium est: & nollẽ (dicam tamen) damnat:suos pellit deuorat: Externos suscipit alumnatur: & quod pene prætericram inscitia inuidia:lupa improba:stultitia inconstante quorundã semipaganorum:nunc municipalium:musas etiã duabus uel tribus quatuorue ad summũ ædibus apud eam diuersantes tẽptat eliminare. Hinc nos ex stomacho in satyra.

Parma urbs Colonia Ro.

Orbiolæ

Lac gallinaceum

Ex stomacho

Properate lanistæ.
Alea schœnobates scurræ damnista nepotes:
Sunt decus hic merces & honos:Gymnasia uobis
Plena:fauor populi:dixit non esse capacem
Delphini Amphicrates peluim.fuge docte citelle:
Verres Autolico non displicet:& Cato magno:
Nam colit & similem diligit sibi quisq; Valete.

Ciues attamen ipsi qui sunt ueri Parmenses: nam pridem in tyberim syrus defluxit orontes:uiribus insignes ac optimi milites ingenio fide integritate commendantur: Cimbris olim ad Vercellas superatis Mario & Catulo ducibus: cum orta esset contentio inter milites de uictoria in hæc pacta uentum est ut legati Parmensium qui tum aderant de hac re iudicarent: Nec minorem laudem litteris merentur multiiuga doctrina celeberrimi: hinc est (ut cæteros taceã) Cassius poeta sub Augusto Cæsare: Basinius noster Aratus: Blasius pellicanus philosophia magicaq; arte illustris. Georgius Anselmus alter Aesculapius uir

Parmẽses ueri


Parmensium ingenia

undecũq; eminentissimus: qui de Astrologia in primis plu ribus uoluminibus editis Cælestia oculis subieci. Nã ma crobium nostratem fuisse a paucis est receptum.



Asta q̃ stans feri soleat ut iterpretatur Marcus Varro in libris linguæ latinæ: apud antiquos præcipuum belli signum fuerat: unde Carthaginenses cũ Romanis bellum inituri hastã misere: eadem uiri fortes donabantur: ab hasta fit Hastile & equites hastati qui ea cominus decertant: hoꝝ alii scutum gerunt: ut scribit Aelianus a quo scutati uocantur: alii sine scuto hasta impugnant: qui noĩe speciali hastati dicuntur & contati a conto hasta longiore & robustiore: ut est apud Marcellum: Verg. duris detrudere contis. Et Iulius Capitolinus narrat Pertinacis imperatoris caput conto fixum milites qui eum occiderant per urbem ĩ castris pertulisse. Hastas autem primi lacedæmonii inuenerunt: hasta etiam in auctione adhibita: hinc uenditionem auctionariam Tertulianus non ineleganter hastarium nominauit.

Hastile
Hastati
Scutati
Contati
Contus
Hastarium



Ancea teli genus longissimum hispanica dictio est non latina ut tradit Aul. Gellius in noct. atti. ex. M. Varronis testimonio: hãc olim a nomine luculli luculleam appellarunt: scribit Suet. Salustium lucullum Britaniæ legatum q̃ lanceas nouæ formæ dici luculleas passus esset exilio a Domitiano Cæsare mulctatum: Lanceam primos Aetholas inuenisse Pliniano testimonio receptum est: græci lonchen nominant: Vnde lonchophoros qui apud nos est lancearius: nam Dory est hasta a qua Δορυφορος satelles. Quicũq; habuerit horoscopum in. xvii. parte aquarii Lanceatus idest lancea percussus morietur ut inquit firmicus Maternus.

Lucullea
Lonche
Lõchophoros
Lancearii
Dory
Doryphorus



Ipẽnis securis ex utraq; parte acuta: autor Marcellus: ea & arbores procũbunt: Vergilius crebrisq; bipẽnibus instant: & in bello hostes trucidantur: Idem de camilla in undecimo.

Nunc ualidam dextra rapit indefessa bipẽnem.

Item de securi:

Aeratam quatiens tarpeia securim:
Et sonat icta securibus ilex:
Fraxineæq; trabes:

Securim ad bella Pantasilea amazonū regina inuenit: Dicta autem est a secando: uel quasi semicuris ut notat Seruius: curis lingua sabinorum hasta nuncupatur: Inde curetis iuno & Quirinus. Secures ipsæ & id genus cætera arma bellica ad pugnam acuenda sunt: aptissimæ ad id habentur Cotes: Vergilius acuunt in cote secures: Apuleius de asino aureo. Gladium cotis attritu parabat: Horatius in satyricis sermonibus: fungar uice cotis acutum reddere quæ ferrum ualet exors ipsa secandi: plura earum sunt genera: oleo quædam indigent tonstrinarum officinis habiles: aliæ aqua trahunt aciem acerimo effectu: nonnullæ saliua hominis proficiunt: Italia cotes aquarias fœnisecis dedit limæ uice falcibus imperantes. Securis Curis Curetis Quirinus Cotes Oleariæ Saliuariæ Aquariæ

GLadius ensis dicitur c in g mutato a clade q fit ad hostium cladem ut refert. M. Varro in libris linguæ latinæ: hunc primi Lacedæmonii inuenerunt: alii curetes cretæ primo monstrasse existimarunt ut Diodorus in sexto: Præterea galeam & cum armis saltādi morem. Fiunt autem gladii unicam tantum aciem habentes & imprimis falcati: cuduntur & ex utraq; parte secātes quos ancipites dicimus. In ense enim & in genus cæteris quæ secat acies uocatur: alias instructos exercitus ad dimicādum hoc nomine significamus: est quadrata acies q̄ persæ & siculi usi sunt: atq; etiā maior fere pars græcorum: alia cuneata a cunei quo ligna & materiā omnem scindimus forma: qua scythas & Thraces usos perhibent: quin & macedones suadēte Philippo: & Tertia quæ græcis Embole ad Rhumbi speciem a thessalis primū facta est, qui plurimum equitatu potētes fuere Iasone ut ferunt autore: Vertūt autem sese equites ut in quemuis prospectum pateāt: teste Aeliano: Gladii ipsius manubriū Capulus a capiēdo: Trāquillus in caligula: Veniam inquit ueniam & hic mecū: Capulum gladii crebro uerberans quo Ensis Anceps gladius Acies Cuneus Embole Capulus

cinctus erat: Et Spartianus in Adriano: Capulo uix eburneo spatham clauderet: Ita enim ensem uocitamus: & minorem Semispatham Apuleius: Militaris etiam sacramenti genium ob amissa Spatham uerebatur: dictio est græca: nam illi σπάθη dicũt & macheram. Inde Macherophori & Spathiferi qui Ensiferi: & Macheropius faber gladiorum: Mucronem quoq; nõnulli: qui proprie cuspis & acumen est ensis ac telorum: Apuleius Circulatorem aspexi equestrem spatham præacutam infesto mucrone deuorasse. Seneca ad Lucil. Gladium bonum dices non cui deauratus est balteus: nec cui uagina gẽmis distinguitur Sed cui ad secandum subtilis est acies: & mucro munimẽtum omne rupturus: Plinius Capuli militum ebore etiam fastidito cælentur argento: Vaginæ batillis: baltei Laminis crepitent: At capulus proprie quicquid capit aliquid autore Marcello: Vnde ferretrum siue Sãdapilam loculumue capulum nuncupant. Idem Apuleius hac dictione Sepulcra significauit in quarto Metamorphoseos. Ibi capulos carie & uetustate semitectos quibus inhabitabant puluerei & iam cinerosi mortui passim ad futuræ predæ receptacula reseramus. nam capulus q corpora capiat: ut Nonius ĩterpretatur: Hinc capularis senex morti uicinus ut scribit Fulgentius. A gladiis Gladiatores dicimus qui in monomachia Duelloue ĩter se ferro solẽt certare docti ut olim apud Ro. a lanista rationẽ inferendi & euitandi ictus: quãdo familiæ fuerunt: gladiatoriæ: Vunde Munerarii munus dabãt gladiatorium: in quo paria gladiatorum componebãtur: ueluti Threces aduersus Mirmillones: & homo ut inquit Cyprianus occidebatur in hominis uoluptatẽ: Est & Rhõphea genus gladii Val. Flaccus nec ferro breuior nec rhomphea ligno: Est Framea quã Marti dedit antiquitas.

Semispatha
Spatha
Machera
Macherophori
Spathiferi
Ensifer
Macheropius
Mucro
Feretrum
Sandapila
Loculus
Capularis
Gladiatores
Familiæ gladiatoriæ
Munerarii
Rhomphea
Framea
Pugiunculus



Pugio qui hypocoristicos pugiunculus dicitur q eo punctim pugnamus. ut notat Pompeius alii a pugno cui subest dum infertur uulnus. Narrat Suetonius in Claudio Iuxta eius cubiculum cum pugione hominẽ e plebe media nocte depre-

hensum fuisse: & Frontinus libro secundo Strategematicon. Q. Sertorius inquit cum acie decertarent Barbarum qui ei núciauerat Hirtuleium periisse pugione traiecit: Romani namq; orbis gloria punctim pugnauere ut testatur Vegetius: qui monet nõ cesim sed púctim ferire docẽdos esse Tyrones. Qui a zonis balteisue militaribus depẽdẽtes lusit portant Parazonia dicunt de qbus disticho Martial.

Punctim non cesim

Balteus

Parazonia

Militiæ decus hoc gratiq; erit omen honoris
Arma tribunitium cingere digna latus.

VAgina theca est qua gladii conduntur: Papi. in Thebaide Exuerat uagia turbidus ensem aptaratq; neci: Claudianus de nuptiis Honorii. Gladiosq; tegat uagina minaces: & Seneca ad Luciliũ: Nec bonum nec malum uagina gladium facit: ergo de corpore quoq; idem tibi respondeo: hinc euaginare est ensem nudare & ferrum stringere: Hieronymus siue is est alius Ezechielis duodecimo Gladiũ euaginabo post eos.

Euaginare

VEnabulum telũ uenatoribus aptum latissimũ est & aciei lõgissimæ ut autor est Marcellus: uenabula apud nos cornibus hinc inde extantibus utiliora reddũtur ad feras excipiẽdas ne in uenatorẽ irruant etiã transfixæ. Mart. de uenabulo quod primum Piseus inuenit distichon est in apophoretis.

Excipient apros expectabuntq; Leones
Intrabunt ursos sit modo firma manus:

DOlones dicuntur intra quorum uirgam latet pugio aut secundũ Var. ut refert Seruius Ingẽtes conti cũ ferro breuissimo: Verg. Pila manu sæuosq; gerunt in bella Dolones: & Sueto. in claudio reperti inquit & equestris ordinis duo in publico cũ Dolone ac uenatorio cultro prestolãtes: Dicti autẽ sunt a dolo q decipiant ferro cum speciem præferant ligni. Et claua quoq; telum est militare notissimum: quo utebatur Hercules: græce Rhopalum: & quandoq; κορυνη. Vnde Corynephorus clauam ferens: qui a nostris clauator appellatur ut scribit Festus qualis Peripheta ob id Coryneta

Claua

Rhopalum


κορυνη

Corynephor⁹

Clauator

Coryneta

nuncupatus:a Theſeo interfectus:quem poſtmodum eius claua uſum ferunt in certaminibus.



Amentum

Aculum quod cum amento mittitur a iacédo ut ſentit:M.Varro:Fit enim ad iactum : Amentum ipſum lorum eſt quod medio telo religatur ut habilius aut lõgius mittatur autores Seruius & Feſtus Pompeius:Silius Italicus.xiiii. Haſta iuuatur amento:Prudentius in Pſichomáchia: Nec ſtridula lancea torto emicat amento.Iaculum cum amento primus ætholus Martis filius inuenit. Corrigias etiam teretes quæ lora & ligamenta nomine améti ſignificamus Plinius Soleiſq; ſine amento in ſignis in Metelli publica porticu. Erant & inter miſſilia quibus præcipue pedeſtris utebatur exercitus quæ pila & a quibuſdam ſpicula dicebantur: ferro ſubtili trigono præfixa nouem unciarum ſemipedali:quod i ſcuto fixum non poterat abſcindi:& loricam fortiter dirrectũ facile perrumpebat: ut eſt apud Vegetium libro primo de re militari: hinc (ut opiuor) Præpilatæ haſtæ dicuntur quæ ferreas habent cuſpides: Sed & quæ abſq; ferro in mucronem ut ſudes exacutæ ſunt: legimus & cũctos præpilatos diuerſos omnino ab illis qui ſicilices id eſt ſpicula lata habuerint: Generaliter tamen pila e perimendo quaſi perilla:autore Varrone: tela romana ſunt:ſicut geſſa Gallorum:Sariſſæ macedonum.

Corigias

Lora

Pila


Præpilatæ haſtæ

Sudes

Sicilices

Geſſa

Sariſſæ



Rcus quibus ſagittas emittimus:utraq; ſcythes iouis filius inuenit:ſagittas alii perſen Perſei filium mõſtraſſe exiſtimant.Cretenſes arcus & ſagittãdi repertorem fuiſſe appollinẽ affirmant: ut ſcri.Dio.arcus græce toxos:ĩde hippotoxotæ equeſtres ſagittarii:ut tradunt C.Cæſar in tertio belli ciuilis cõmentario:ac Thucydides hiſt.ii.& agyrotoxos apollo argẽteum arcum gerẽs:Veteres etiam arquum dixere unde arquites qui nunc ſagittarii a ſagittis: quibus ſpicula proprie cuſpidulas e ferro addimus. Quin. Curtius: Alexander ſagittatus eſt quæ in medio crure reliquerat ſpiculum:ſed quod ilacertis uibrans & quod arcu emittunt hoc nomine ſigni-

Sagittæ

Toxos

Hippotoxotæ


Argyrotoxos

Arquites

Spicula

ficatur:hinc poeta:& spicula uibrant. Item spicula conuerso fugientia dirrigit arcu: Sunt enim lanceæ breues a spicarum: ut uolunt specie: talibus utuntur Scorpionarii. & ueruta appellant:quibus penna additur scelestissima fraude:si quidem ut ocyus mors ad hominem perueniret pennas ferro dedimus:hæc in summo creuã habent quã ĩtrat neruus chorda siue funiculus quo arcus tenditur:qui summis cornibus suas etiam crenas habet:ĩ quibus collocatur sedetq; neruus:probatur ad pennas sagittarum glutinãdas inchthyocolla:glutemq; ex tritico manduco idest masticato:ac Viscum e camileone herba candidum quod in creta fœminæ etiam mandunt Lucubrationis gratia ne dormiant in opere. Plurimæ aũt utilitatis ad uictoriam in prœlio sunt boni sagittarii ut Cato in libro de disciplina militari dilucide ostendit: hinc Africanus Scipio cum aduersus Numantinos qui exercitus populi Ro.sub iugũ miserant esset acie decertaturus aliter se superiorem futurum esse nõ credidit nisi in omnibus centuriis electos sagittarios & funditores miscuisset ut refurunt Vegetius libro primo & frontinus quarto strategematon. Salustius ne Iugurta: Ipse cũ expeditis cohortibus dehic funditorum & sagittariorum delecta manu apud primos erat. Persæ & Parthi sagittis impensius usi sunt:unde cum Leonidæ diceretur Persas sagittis nubes facturos:pugnabimus ĩ umbra melius respondit.Parthi uero etiam fugientes ut nunc Turcæ iaculabantur:ut scribit Plutarchus in Crasso & Appianus ĩ Parthico Vergilius Fidentemq; fuga parthum uersisq; sagittis.

Veruta
Crena
Neruus
Sagittarii utiles
Gluten ex tritico
Manducatus
Cameleon



Haretra græcum uocabulum theca est qua reconditæ sagittæ portantur. Ouidius Dant illis animos arcus plenæq; pharetræ. & poeta: Altet amazoniam pharetram plenamq; sagittis. Choryti uero proprie sunt arcuum thecæ: aliquando & sagittarũ ut autor est Ser.apud illud Maronis.Quis tela sagittæ Chorytiq; leues humeris & lœtifer arcus.Sili.Italic⁹. Paruulus ex humero chorytos & aureus arcus.
Pendentesq; sonaot aurata lynce pharetræ

Choryti

Item Cœlestibus implet Choryton telis: quorum sine sangui ne nullum Effugit. Scranteum quoque in quo sagittas recõ dimus: ab eadem ratione dicitur qua scortum: scytos enim græce pellis est: unde scuticæ uerbera e corio & scuta quod nõ sine pellibus fierent: ut iam dictum est.

Scrantem
Scuticæ
Scuta

FVnda a fundendo quod fundat lapides apud baleares primo iuenta est: ut scrib. Seruius & Vegetius: unde poeta. Stupea torquentẽ balearis uerbera fundæ: Claudianus. Nũc glãdes baleari spargere funda: sunt enim glandes e plũbo pilulæ ĩ glan dis speciem: quæ fundis per funditores mittebãtur ĩ hostes Salustius in Iugurta: Pars eminus glande aut lapidibus pu gnare: Verg. Pars maxima glandes liuentis spargit plumbi Et seneca in quæstionibus naturalibus. Liquescit excussa glans funda: attritu aeris uelut igne liquescit. Tales nũc mit tuntur machinulis quibusdam quas & Spigardas & Sclo ppetos neoterici appellãt. Pli. uero fundam nõ balearicos: sed Phœnicas scribit inuenisse. Balearici quidẽ optimi fun ditores iudicati: ut est apud Diodorum: nam a teneris ad fun das exercebantur: ita nc panis quidem pueris exhiberetur nisi funda scopum prius attigissent: ut autores sant Strabo & Vegetius. Scopus enim σκοπεῖν a quod est speculari & diminutiue scopulus notam cõstitutam significat & lo cum ad quẽ tela dirrigimus: Funda aũt uel iaculis usi sunt in pugna pedites leuis armaturæ quos & expeditos & ueli tes nũcupamus. Rorarios etiam: ut pompeius testatur. Fun da item genus est retis piscatorii ut sagena. Verg. in Georg. Atque alius latum funda iam uerberat amnem.

Glandes
Spingardæ
Scopus
Scopulus
Velites
Rorarii

BAlistæ tormẽta sunt quibus saxa maiora & gra uiora mittuntur: ut notat Marcel. Oui. ĩ tristibus: q̃ graue balistæ mœnia pulsat onus: & metamor. Nec leuius pulsata sonat q̃ ferreus olim:
Cum laceras aries balistaque concutit arces.
Aul. Hirtius de bello hispanensi. C. Cæsaris: Simulque balista missa a nobis turrim deiecit. Lucanus pro machina hastã iaciente accepit: cum inquit. Neque enim felis emissa lacer

tis Lancea ſed tenſo baliſtæ turbine rapta. Silius Italicus utramq; excuſſionem his uerſibus epreſſit.


Adductis ſtridula neruis.
Phocais effundit uaſtos baliſta morales.
Atq; eadem ingentis mutato pondere teli
Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit:

emittebat & alia: unde Frontinus libro ſecundo ſtrategmaticon: Caputq; eius baliſta excuſſum intra munimenta hoſtium miſit: Seneca in naturalibus quæſtionibus: Nam Baliſtæ quoq; & ſcorpiones tela cum ſono expellunt: primi phœnices id genus tormenti inuenerunt. Nunc uero tormenta Aenea ſaxa rotunda immenſi ponderis ui pulueris factitii & ignis emittentia cum ſonitu non ineleganter Bõbardas appellamus. Ipſe tñ pro bombarda baliſta uſus ſum hoc carmine. Fnderat aut uaſtos fumans baliſta molares. Bombardæ

TOrmentum generale uocabulum eſt omnium machinaꝶ ſyra tela & id genus uaria iaculantium ueluti eſt baliſta. Bõbarda: Spingarda: catapulta a Syris inuenta: ſcorpiones nunc arcubaliſtæ a Cratenſibus excogitati: quibus ſpicula & uerruta emittũtur p ſcorpionarios ſiue mauis arcubaliſtarios equeſtres ac pedeſtres: & ſcloppeti a ſcloppo qui eſt buccaꝶ ſonus per ſimilitudinem nomẽ adepti: & nuper a germanis (ut uolũt) inuenti. Lucretius Vt ualidis quæ de tormentis miſſa feruntur. Diuus Hieronymus Machabeoꝶ. vi. de Lyſia duce Antiochi contra Hieroſolymam: Et ſtatuit illic baliſtas inquit & machinas: & ignis iacula & tormenta ad lapides iactandos & ſpicula: & ſcorpios ad mittendas ſagittas: & fundibula: ubi per ignis iacula Pyroboli ſignificanť: Machinæ uero ſunt artificioſæ ſtructuræ: quæ ꝙagis cũueniunt teſtudini arieti & uineæ ad expugnãda oppida paratæ: & cæteris quæ græco uocabulo poliorcetica uocantur de qbus Vegetius & Ammianus meminerũt: Tormẽtoꝶ aũt uibratores iaculatoreſq; ac magiſtri Tortores dicunť. Et de armamentario hactenus: Iam granatiũ multiplicem frugum copiam uiſuri introeamus.

Catapulta
Scorpio
Arcubaliſtæ
Sclopetti
Spingardæ
Pyroboli
Machinæ
Poliorcetica
Tortores

GRANARIVM. CAPVT. .XI.



RANARIVM a grano locus est ubi fruges seruantur. Persius in satyris: Iam nunc astringas iam nunc granaria laxes. Nonnulli horreum ab hordeo. Pompeius a farre farreum deducit: Ouidius Horrea formicæ ueniunt ad inania nunq̃: Nullus ad amissas ibit amicus opes. Frontinus libro tertio strategema " t on Quia deficere frumenta uidebantur: horrea tota nocte circumduxerunt. Et Plinius in Panægirico, Traiani stupebant agricolæ plena horrea quæ ipsi non refersissent. Granaria sublimata & ad septẽtrionem aut aquilonem spectantia disponi debent: ut monent Vitruuius: Plinius. M. Varro: & Columella: ita enim frumenta non poterunt cito concalescere sed a flatu refrigerata diu seruabuntur incorupta. Cæteræ namq; regiones procreant curgulionem & reliquas id genus bestiolas: quæ frugibus solent nocere: seruantur etiam utilissime in scrobibus quos Sytos uocant ut in quibusdam Italiæ locis uidemus. M. Varro autor est Sic cõditum frumentum durare annis quinquaginta: Miliũ uero plus annos centũ: Idem tradit Fabã a Pyrrhi regis ætate in quodã Ambraciæ specu usq; ad piraticũ magni Pompei bellum durasse annis circiter centũ uiginti. Quo enim spiritus nõ peruenit ibi non oritur tinea nõ curgulio. In granariis musipulæ disponantur ad mures capiendos: & per foramina ostii fellibus introeũdi potestas relinquatur: ad mures frumẽta rodẽtes fugãdos: hi nãq; occulto speculatu insidiãtes exiliũt in eos & interimũt: obrepunt & in aues sæpicule: oculos p noctem radiantes & acute cernentes propter tenuissimum

Horreum
Farreum
Curgulio
Syti
Faba
Musipulæ

uidendi ut inquit Aphrodisæus spiritum sortiti excremen- Felles
ta sua cõtegunt: Græca dictione quidam Aeluros neoteri- Aeluti
ci Catos ab astutia nominarunt: utcunq; Myoctonos est Myoctonos:
fellis quod est murum interfector. Catos

FRugum appellatione cadit quicquid ex fructu terræ i alimoniã uertimus: eaq; prima duo sunt genera frumenta & legumina. Fruméta a fruédo autore. M. Var. & Donato Terentiano iterprete dici possunt omnia quæ spicas habẽt cum arista: aut spicam muticam: legumina uero a legẽdo quæ siliquis iclu duntur: Sunt enim siliquæ eorum thecæ modo rotundæ ut Ciceri: modo chylindraciæ ut piso: cæteris lõgissimæ & pro mensura seminum latæ: Plinius i. xyiii. Omnium satorum aut spicis cõtinetur ut triticum: & mox: aut icluditur siliquis ut leguminũ: Calphurnius i Bucolicis Tãdemq; legumia plenis uix resonãt siliquis: siliquæ itẽ arboris cerãniæ fructus quas & fabã ægyptiã quos dulcellos pueri nostrates thecas maris nũcuparunt: Frumenta autem. Isis in ægypto: Triptolemus apud atticos docuere: ut scribit Martianus capel. de nup. Philologiæ & Mercurii. cõminuẽdæ uero frugis farrisq; fragméta pilũno signat Italia. at Pli. cererem cum antea uescerẽtur glande fruméta & molere & cõficere mõstrasse in Attica Italia & Sicilia ob idq; deã habitam attestatur: Lucre. quoq; Cereri frugum inuentionem & uini libero patri assignat.

Frumenta
Mutica spicu
Legnmina
Siliquæ
Frumenta
primo

TRiticum quod spicis tritũ sit. ut scribit. M. Varro in libris linguæ latinæ: de illo hec Pli. Itaq; sapientes agricolæ triticum tantum cibariis serunt & alibi. Tritici semine nullum auidius est nec quod plus alimenti tradat: tritico nihil fertilius est hoc enim natura ei tribuit quoniam eo maxime alit hominẽ: nam ex uno modio si sit aptum solum: ut in bisanzio africæ campo centeni quinquageni modii reduntur: misit ex eo loco Diuo Augusto procurator eius ex uno grano mirum dictu: difficile creditu quadringenta paucis minus germina: misit & Neroni similiter. ccclx. stipulas ex uno

Mirum dictu

grano. Aristo. in proble. & Auice. in secundo triticum nutritiuum esse impensius affirmant: inter cuius genera est timestre: quia post sationem tertio mense maturescit metiturq; totis alpibus: hyemalibus prouinciis notissimum. triticum simul ac est in horreis conditum frequentius debet moueri: ne mucoris odorem contrahat ex calore: Calescunt enim in granariis frumenta: & papiliones generant. hii uero tineas illa rodentes: ita feruens triticum podagris remedio est ut scribit Plinius Sexti Pompei prætorii uiri patris referens exemplum: qui hispaniæ citerioris princeps cum horreis præsideret correptus dolore podagrico mersit sese in triticum super genua: leuatusq; siccatis pedibus mirabili modo hoc postea remedio usus est. Vis præterea tanta est feuescentis tritici in horreis ut cados plenos exsiccare dicatur.

Timestre triticum

Papilio

Tinea

Ad podagrã

Siliginem: ut Pli. uerbis loquar: dixerim proprie tritici delitias: candor est & sine uirtute & sine pondere conueniens humidis tractibus quales italiæ sunt & Galliæ comatæ: sed & trans alpes in alobrogum tantum aruernorumq; agro pertinax: in cæteris ibi partibus biennio in triticum degenerat: remedium est ut grauissima quæq; grana eius serantur: siue arista est excepta ea quæ laconica dicitur: rectam autem habet spicam: nec unq̃ maturescit pariter: exteritur in græcia difficulter ob id iumentis dari ab Homero dicta: Hæc enim est quam ille uocat olyram: e siligine laudatissimus panis fiebat: de quo iam satis in Cœnaculo.

Laconica siligo


Olyra

Far ador ueteres hinc adoriam laudem dixerũt q̃ gloriosum eum putarẽt qui farris copia abũdaret: Farre enim: populus romãus usus est annis trecentũ cum ĩ Italia primus antiquioribus cibus fuerit. Vnde a Farre farina: Est farris genus in Gallia maxime quod Brancem nũcupant: nostri Sandalam grani nitidissimi. In cibis nõ solum bene habentium sed ualitudinariorum & ægrotantium febricitantiumq; probatur lacte amygdalino quãdoq; cõditum.

Adoria

Farina

Sandala


Peltam græci Zeam dixere:frumenti genus est ut refert Strabo quod ĩ quibusdam campaniæ aruis bis ãno seritur:Ex ea apud maiores fiebat Alica potio sic dicta q̃ aleret corpus ut Pomp. iterpretatur : hæc Pompei magni ætate nõ fuit ĩ usu : qui Zea utuntur ĩquit Plinius non habent far : est tamen & in Italia agro præcipue campano Semenq; appellatur. Zea Alica Semen


Riza speties est fruměti folio carnoso altitudi/ne cubitali flore purpureo: ex qua Italici Ptisa/nam potioné faciunt : Horatius ĩ sermonibus : Sume hoc Ptisanariũ orizæ.Candore grani in cibariis cõmendatur ad Iuscula testuacia & frictellas: Stra/bo libro decimo quĩto de India loquens ex autoritate Ari stoboli dicit Orizam ĩ aquis clausis stare factis areolis qui/busdam:eamq; esse ibi altitudine cubitorum quatuor:mul ti fructus multarumq; spicarum : meti circiter pleiadũ oc/casum emundari ut speltam nasci & in Babylonio agro in Bractriano:in Susio:& in Inferiore Syria: Apud nos nu per seri cœpta: Seritur autem mense Martio & aquis clau sis irrigatur. Ptisana


Ordeum in cibis antiquissimum fuit : Polentã græci ex eo conficiunt & potum plurimæ gen tes apud quas uini penuria est : quem Ceruisiã & Zithum uocant a Dionysio primo monstra tum: Panem uero ex hordeo maioribus usitatum uita dã/nauit datumq; est teste Plinio quadrupedibus Ptisanæ in/de usus laudatissimus:Martialis de hordeo. Polenta Ptisana Ceruisiam Zithus

Mulio quod non det tacituris accipe mulis.
Hæc ego cauponi non tibi dona dedi:

Hordeum inter primas fruges demetitur : In chalcia Rho/diorum insula locus quidam est in tantum fertilis ut suo tem/pore satum demetant hordeum : sublatumq; protinus se/rant:hordei genus est quod alii distichum:galaticum non/nulli uocant ut scribit Columella in secundo : Ponderis & candoris eximii adeo ut tritico mixtum egregia cibaria fa/miliæ præstet. Disticum Hordeum

SEcale nigritia triste gracili stipula prouenit uerum fœcunda ad arcendam famem tantum utile:nam precipuum est pondere: panis ex eo non probatur sola tenaci amaritudine quam mitigat Far admixtum & tamen sic quoq; ingratissimus uentri est. Apud Insubres & circumpadanos : milium illi miscetur panemq; meliorem præstat. Secale autem licet amarum admittit uermiculum rodentem frumenta qui Cis dicitur:ut Ips uites: Sis uestes:Trips ligna:& midas fabam de quo Theophrastus & Plautinum illud in Aulularia:reperi non quod in faba reperisse pueri clamitaut.

Cis
Ips
Sis
Trips
Midas

MIlium miliariæ auiculæ nomen dedit ex eo panis fit multifariam & quidem perdulcis : qui priusq̃ refrigescat sine fastidio potest absumi ut testatur Columella in secundo.Est & Miliũ quod Indicum nominabimus ex India aduectum neoterici milicam dicunt colore nigrum siue rubrum & ut Plinius inquit amplum grano : harundineum culmo adolescit ad pedes altitudine septem pregrandibus culmis: Lobas uocant: omnium frugum fertilissimum : Milio Panicum haud granis dissimile predensis tantum aceruatur granis : & paniculis lobulisue quodammodo racematur: ex eo panis raro fit : at coquendo omni frumento magis crescit:Diocles a frugis dulcedine mel frugum appellauit: Inter frumenta æstiua est & Sisama numeranda ex indis ueniens.Est & Auena quæ ad cibaria fere iumentorum seritur.Est Git quoq; nigellum:& Lolium pessimum uertiginem & uomitum inducens.

Indicum
Milium
Milica
Lobæ
Panicum
Paniculæ
Mel frugum
Sisama
Lobulæ
Auena
Git
Lolium

FAba hebetat sensus isomnia facit ob id Pithagorica sententia in cibis damnata : siue q͂ animæ mortuorum sunt in ea:qua de causa & parentalibus & Emortualibus interdum diebus adhibetur:Flamen quoq; dialis ut scribunt Festus & Varro apud Romanos Faba non uescebatur:nec illam quidẽ tangere nominareue iure poterat ut refert Aulus Gellius quoniam in eius flore litteræ reperiuntur quæ luctum &

Emortualis dies

Faba parentalibus

lamentationem indicant ut tradit Plinius. Quin etiam Herodotus autor est Aegiptios fabam i sua terra neq; admodum serere: neq; natas aut crudas aut coctas comesse. Sacerdotes uero nec aspicere sustinere haud mundum id legumen esse arbitrantes: unde facile crediderim Pythagoram philosophum qui in ægyptum discend t gratia profectus sacerdotum arcana mysteria cognouerat fabas damnasse: quid autem super hac re senserit Aulus Gellius in noct. att. & alii: & quid Cyamus significet non me preterit. Fabæ genera sunt albicans & nigra: hinc fabis usus est Pericles ad sortem: cum athenienses milites in obsidione Samiorum tedio afficerentur: nam quibus alba faba obuenerat epulari: atq; in ocio esse permisit cæteris pugnātibus iccirco posteri dum uoluptatibus indulgebāt illum diem ab alba faba nuncupare erant soliti: ut scribit Plutarchus: Aliter more thraciæ gētis albus lapillus faustos dies: niger infœlices notabat. Quod in summo fabæ nigrū adhæret hilum appellāt: id quia minimum nullius est præcii pro nihilo ponitur Cicero Sysiphus uersat saxum sudās nitēdo nec proficit hilū: At eius folliculi Valuoli dicūtur autor Festus: apud nos fressa in cibis non improbatur oleo & aromatis cōdita: conchen quidā credidere: unde Martialis. Fabæ genera Albus dies Hilum Valuoli Faba fressa Conchis

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa.
Lautorum cœnas sæpe negare potes: Quo disticho fabaceam uiridem alii interpretantur: nōnulli genus leguminis apud Iuuenalem.



Vicia arua pinguescunt siccitatem ex omnibus quæ seruntur maxime desiderat: ut refert Plinius: ad triplicem uix prouenit fructum cū cætera legumina prouentum habeant uberiorē: unde Maro tenuem fructum uiciæ dixit in georgicis. Est autem a uinciēdo quod item capreolos habet ut uitis: quibus sursum uorsum serpit: & scapum lupini aliumue calamum ad quem hæreat solet uincere: ut scribit. M. Varro in re rustica: ab ea Viciarium cribrum recte dicemus quo Vicia ipsa e frumento si mixta fuerit tollitur: At Viciarium Scapus Viciarium cribrum

erit plantarium uitium ad uiuiradices faciendas quæ postea transferantur ad arbusta.

Cicercula
Cicera

Cicer apud nos tria habet genera:album:subrubens & nigrum:de quibus Auicenna in secundo Et & Cicercula i æquales angulos habens ueluti pisum: & cicera hominibus non inutilis neq; in iocunda sapore:quæ a cicercula colore tantum discernitur : nam & obsoletior est & nigro propior ut tradit Columella disciplinæ rusticæ secundo : a ciceris satione : si Plinio credimus:Cicerones nomen acceperunt:sicut a lẽte Lentuli:a faba Fabii:a piso Pisones cognomina traxerunt.

Cicerones
Lentuli
Fabii pisones

Pisum folia habet longiora qualia Eruiliæ:caules sparguntur per terram:qui si adminiculum non habuerint deterius producunt : seri debet terra facili & soluta locis apricis:est enim frigorum impatientissimum:eruilia ipsa eruo minor est. De illo hæc Plinius Nec erui operosa cura est : hoc amplius q̃ uicia runcatur & ipsum uim medicaminis obtinens: quippe per eruum diuum Augustum curatum epistolis ipsius memoria extat . Aristoteles in tertio historiæ animalium scribit eruum lactis copiam ruminantibus præsertim augere.

Eruilia
Eruum

Lens duo genera habet in ægypto nigra altera rotunda:ut notat Plinius:constat æquanimitatem fieri uescentibus ea:optima nascitur circa Pelusium oppidum : a quo Nili ostium Pelunomen accepit . Vergilius Nec pelusiacæ curam asperna bere lentis. Ausonius de monosyllabis: Et pelusiaco de semine plana teres lens. At lendes capitis animalia dicentur Serenus.


Lendes

Vnda maris Lendes capiti deducit iniquas
Et quicquid crebri defendit silua capilli.

Fasiolus quem poeta in georgicis fasellum uocauit uelocis est digestionis & egressionis:mala inducens somnia:ut est apud Auicẽnam libro secundo. Phasellus item nauicula . Propertius. Sedatit placida uela phasellus aquas : & Papinius siluarũ

Fasellus

tertio:Quæq; secuturam religent post terga phasellum.Est autem fasiolus cunctis leguminibus candidius unde in senatu nostro Parmensi eo refragamur:cum faba nigra suffragemur.



Vpinorum & homini & quadrupedum generi ungulas habenti usus cõmunis:nam bouem unum modii singuli ut scribit Plinius satiãt ualidũq; præstant : homini autem in aqua maceratus post coctionem pro cibario est:aliter amaritudine genuina improbatur. Vnde non inurbane Nicolaus Rauacaldus mihi auunculus sapientiæ uir compositissimæ dicere solebat:litteras homini præstare quod aqua lupinis. Nicolaus Rauacaldus Litteræ hõi



Annum interpretatur Nonius quo fruges uẽtilãtur.At.M.Var. per diminutionem uallum: q cum ipsum iactant uolant leuia.Adiecit idẽ uentilabrum esse quo uẽtilatur in aere frumẽtum : Festus Pompeius Velabrum ea ratione qua euelatũ euentilatum dicitur:unde.M.Varro rei rusticæ primo:His inquit tritis oportet e terra subiactari uallis aut uẽtilabris cum uẽtus spirat lenis:Ita fit ut quod leuissimum est in eo atq; appellatur acus euannatur foras extra aream : ac frumentum quod est ponderosum purum ueniat : Et Diuus Hieronymus Mathei ac Lucæ tertio : Cuius uentilabrum in manu sua : & permundabit aream & congregabit triticum in horreum suum: Vbi Nicolaus interpres uẽtilabro dixit in Palestina contra uentum purgari frumenta ueluti nunc pala.Columella quoq; libro disciplinæ rusticæ secundo in eadem significatione accepit:qui & uẽtilatorem uocat eum qui per longiusculum spatium iactando in area contra uentum fruges purgare consueuit. Dicitur & fœminino genere uannus hinc poeta:& mystica uannus Iacchi:id est cribrum areale inquit Seruius. Vallum Ventilabrum Velabrum Acus Pala Ventilator



Ribra e pellibus fiũt ut plurimũ suillis crebris ptusa foraminibus ad frumẽta purgãda:unde frumẽtaria dicunt: Apuleius aspernati latrões clamorẽ absonũ meũ cedẽtes hinc ĩde miserũ Frumentaria Cribra

corium nec cribris iam idoneum relinquunt: Hic ĩ adagio est aquam cribro haurire qui frustra operantur mercedes in pertusum mittentes(ut dicitur)saculum:quoniam aquã & id genus cætera liquida uel minusa transmittit: Plautus in Pseudolo:Nõ pluris refert quam si imbrem in cribrum geras. Vnde demonactos cum e duobus philosophis imperitis uidisset alterum quædam absurda percunctantem: alterum nihil respondentem: ad amicos conuersus Non ne horum ĩquit uobis uidetur alter hircum mulgere alter cribrum supponere est apud Lucianum: & Pli. libro. xxyiii. miraculum referens: Extat Tuciæ Vestalis incestæ precatio qua usa aquam tulit in cribro anno urbis sexcẽtesimo nono; inde cribrare est frumenta cribro purgare: ex cuius pertusura excreta purgamenta decidunt: Sunt & cribra quæ e setis equorum a gallis farinæ a furfuribus separãdæ gratia excogitata Farinaria setacea & subcernicula dicuntur:hispaniæ uero e lino excussoria & polinaria inuenerũt: a Poline polinaria appellata & Polintores qui pollinem faciunt: Nonnulli ab incernendo hoc est cribrando incernicula dixerunt quibus frumenta emundamus: Plinius in octauo: Decretum fecerunt ne frumentarii negotiatores eum ab incerniculis arcerent. Cribrum autem græce Coscinon:unde Conscinomantia diuinatio per cribra fœmellis & rusticis peculiaris.

Aquã cribro
Tuciæ miraculum
Cribrare
Excreta
Farinaria
Setacea
Pollinaria
Subcernicula
Excussoria
Pollintores
Incernicula
Coscinomãtia


Extarius mensuræ genus apud nos triuialiter appellatur quo ut metiri possint frumenta & complura alia utuntur: antiqultus tam arridis q̃ liquidis seruiebat: ueluti chorus in Iudæa ex modiis: Modius ipse capit duo & uiginti sestertis: modiolus quartam partem ipsius modii: at Medimnus sex modios / alii medimnum modium interpretantur: uariæ sunt enim super huiusmodi mensuris sententiæ pro locorum consuetudine prolatæ: ut hodie quoq; uidemus: Hemina quoq; dimidium sextarii in aridis & liquidis quæ Minæ: Marcus Cicero officiorum secundo: Si emere inquit sextarium aquæ Mina cogeretur: Aulus Gelius noctium attica-

Chorus
Modius
Medimnus
Hemina
Mina

tum tertio. Si e sextario hemina fusa est non dimidiatum sextarium fusum dicendum est:sed dimidium. Et Plinius in. xviii. Quartarii faris aut heminæ conferente populo: Vbi quartarium nominauit qui sextarii quartam partem continet:Verum a maioribus urna dicebatur quatuor capiens sextarios:sicut congius sex:a quo Nouellius Tricongius Mediolanēsis potator egregius cognomen traxit tribus Congiis uno impetu siccatis: Sextarius ipse uncias uiginti ut inquit Festus. Quartarius Vrna Congies

RAdium a radendo ut nomen indicat dicemus quo mēsuras radimus & deiecto cumulo coæquamus:Plautus Dii deæq; omnes tātam nobis lætitiam tot gaudia sine radio cumuletis: nonnulli Hostorium: quo præcipue utimur ad frumenta cum ueneunt & legumina corradenda. Hostorium

CVleus saccus e corio linea tella uel canabina quem ad frumēta portanda & īnumeros usus habemus.Pli.in.vii.Iunius ualés meruit in prætorio Diui Augusti centurio uehicula cum culeis donec exinanirentur sustinere solitus:saccus ipse per similitudinem ut uolunt a sago ueste militari æqualiter lata nomen mutuatur Diuus Hieronymus de Iuditha hebrea muliere quæ Holophernem interfecit uidetur Ascopam pro culeo utreue posuisse:Culeus item genus mensuræ.xl. capiēs urnas:Vnde Dolium sesquiculeare legimus:& Culeus parricidarum pœna:Eculeum autem in suppliciis: & aculeum in uespis crabonibus ac apibus sciunt omnes: A frumento saccum frumentarium dicemus quemadmo apud ueteres a uino uinarium quo Vina spissiora colabātur:& a niue niuarium:de quo Martialis. Attenuare niues norunt & lintea nostra Frigidior colo non salit unda tuo. Sed iam tempus est ut per Turrim ad fastigium ascendamus. Saccus Ascopa Eculeus Aculeus

TVRRIS ET TECTVM CAPVT .XII.


VRres Cyclopas primos in/ stituisse placuit Aristoteli: at Theophrasto phœnices Oui/ dius Cybeli magnæ deorum matri inuétionem tribuit: qđ ideo fingitur quia tellus est in qua sunt urbes turritæ: ut Lu/ cretius & Diuus Augustinus testantur: Dicuntur autem a toruis secundum Varronem siue a terédis hostibus quem admodum arces ab arcendis: nam ad deffensionem & tutelam in altum turres erectæ sunt: Est & in eis columborum sedes Martial. in tertio: So/ nantq turres plausibus columbarum: Plinius de colum/ bis: Earum amore insaniunt multi: ac super tecta exedifi/ cant turres his nobilitatem & singularum origines narrát Vetere iam exemplo. L. Axius eques romanus ante bellũ ciuile Pompeianum denariis quadringentis singula paria uenditauit: ut Marcus Varro tradit: Et Palladius Colum/ bariũ inquit accipere potest una sublimis turricula in præ/ torio constituta leuigatis ac dealbatis parietibus: nam co/ lore albicante præsertim delectátur columbi: ut refert Co/ lumella: Ouidius Aspicis ut ueniant ad candida tecta co/ lumbæ Accipiat nullas sordida turris aues: Hinc loca ea/ rum tectorio & albario incrustanda dealbandaq esse tra/ diderunt: siue ne musculi ita facile introrepant: qui ouis pullisq columbinis solent obesse: Proprie autem locus in quo columbæ habentur Peristerotrophiun græce est la/ tine columbarium: nam peristeris columba: Inde periste/ reos herba columbis admodum familiaris: A culminibus dictas existimat Varro q propter timiditaté turres & sum ma loca petant: nonnulli a uoce primis syllabis correspó/ dente. Mirum est quod legimus Columbas ueneri dicatas

Arces

Columbi

Columbariũ

Peristerotro phiun

coniugii fidem non uiolare cõmunemq́ꝫ seruare domum nisi cælibem aut uiduam relinquere & imperiosos mares subinde etiam iniquos ferre: suspitionem tamen esse inter eos adulterii q̃uis natura non sit: uiuunt annis octonis quẽ admodum turtures: Nidificant uel in foraminibus parietum uel ĩ locis distinctis lateribus tabellisue: quæ loculamenta & columbaria dicemus: Sed & fictilia & e uiminibus non improbantur. In magnis rebus internuntiæ fuere quod ĩnuisse uidetur Iuue Tanq̃ a diuersis partibus orbis anxia præcipiti uenisset epistola penna: nam epistolas annexas pedibus obsidione Mutinensi in castra consulum pertulere Dec. Bruto mittente autore. Pli. & Frontinus scribit Hirtium litteras collo columbæ seta religatas ad Decium Brutum Mutinæ obsessum ad Antoniũ misisse. Est columborum genus uilaticum qui saxatiles & liuiæ: sunt Miscellæ: sunt Palumbes in arboribus nidificantes & campos habitantes: hinc dixit Arist. in primo historiæ animalium campospalumbes: montes Vpupæ: cum hominibus columbi habitant: per quos domesticos siue Cellares intelligit: cibo domestico contentos: & intra ædes mẽstra fœtura passim nobiscum diuersantes: quorum pulli præcæteris commendantur in cibis Pipiones uocant: Palumbes ipsi torquem collo preferunt: Inde torquati: Mart. Inguina torquati tardant hebetantq́ꝫ palumbes. Non edat hanc uolucrem qui cupit esse salax. Turris autem ita contignationibus in numeris crescere ita in altum toli potest: ut ipsa sola sit tota fere dom⁹: In imo cellulæ penuaria uel uinaria: mox per gradus cœnatio cubicula coquina bibliotheca armamentarium (reliqua taceo) haberi possunt satis cõmode. Ex huius igitur tecti quæ sequitur dispositione: quorumcumq́ꝫ tectoꝶ concatenationi necessaria notabis: siue pectenata siue testndinata magis placuerint.

Loculamenta

Saxatiles

Liuiæ

Miscellæ

Palumbes

Pipiones


Turris tota domus



Ranstra tigna quæ transuersa a pariete ĩ parietem porriguntur autore Pomp. dicere cõsueuimus. Vitru. architectus ĩ. v. Trabes etiã supra columnas & parastratas & antas ponunt ĩ conti

gnationibus tigna & axes sub tectis si maiore spatio sunt & transtra & capreoli:si commoda columen & cāterii:sed & sedilia in manibus hoc nomine significamus:si tigna extra columnas & parietes extendantur Menianum faciunt quo genere structuræ superiora amplientur: Menius inuētor illi nomen imposuit. Tectum uero ipsum eam proprie partem notat quæ domum tegit sed pro uniuersa domo sæpicule ponitur: pro omni loco usurpatur in quo tecti habitare possumus cuiuscumq; cælestis iniuriæ securi dummodo nec fulmen erumpat nec ruant molares: Diuus Hieronymus Domata tecta plana & solaria interpretatur: A tecto architectos dicimus:qui probe norunt ædificia disponere:hi sint pluribus disciplinis ornati:litteras habeant nec quidem nimis triuiales: calleant geometricas dimensiones: arithmetricen prius edocti: teneant astrologicas rationes a musica medicina pictura non alieni: Architectus enim non debet nec potest esse grammaticus ut Aristarchus:sed non agrammaticus:nec musicus ut Aristoxemus sed teste Vitru. non Amusos: nec pictor ut Appelles sed graphidos non imperitus: nec plastes ut myron seu polycletus: sed rationis plasticæ non ignarus: nec denuo medicus quemadmodum Hippocrates: sed non Aniatrologitus: nec cæteris doctrinis singulariter excellens: sed in his non imperitus.

Menianum
Tectum
Domata
Solaria
Architectus
A grāmaticus
A musos
Aniatrologetos



Tibicines ī ædificiis tigilla sunt ueluti Pillæ stelæue & parastatæ tecta iuuātia:dicti a similitudine tibiis canētium ut Pomp.testatur:quia sicut isti sustinēt atq; iuuāt cantātes ita illi sustentat ædificia Iuue.Nos colimus urbē tenui tibicine fultā:Intextina quoq; tibicines sunt:Naso ī fastis:uersabat stātem tibicine: At capreoli a similitudīe capreolorum quibus uites & cucurbitæ adhærent ramusculis erunt tigna tectum cōcatenantia.Parastatæ uero proprie ut quidam uolunt lapides pilatum fere modo appositi columnis: nam & aliis apponuntur: A pila opilare est Pilis uel ligneis uel lateritiis tectum firmare.Seneca terremotus inquit pilas operibus subditas

Pilæ
parastratæ
Capreoli
Parastratæ

dissipat:& ædeficia pilatim æhere Vitruuio:Pilæ quoq; formas sphericas notant: quales sunt pilæ pugillatoriæ: & illæ quas Scarabei in iumentoꝝ stercus emisso(ut dicitur)spermate rotundant: & auersis pedibus uolutando condunt: Hinc Ausonius nõ ab re Marcum nescio quem posticonẽ emasculationem pediconem ue in illa Pithagorea Palingenesia idest regeneratione scarabeum futurum asseueranter affirmat.

Pilæ

Scarabem

Palingenesia


Elicia tignum est quod a culmine ad tegulas angulares infimas uersus fastigiatum collocatur: unde tectum delicatum:& tegulæ deliciares:inquit Pompeius.



Emplum tegillũ notat quod in ædificio transuersum ponitur supra cãterios. Vitr.archi.li.v. Et canterii prominentes ad extremam suggrũdationem:supra canterios templa.Sunt.n.canterii & tigna ĩ tectis adhuc nomen pristinum retinentia nõ formam tamen(ut uidetur)spectemue:Templum item ædificium deo sacratum: quod fanũ a fano dixerũt: & locus manu auguris baculo ĩcuruo qui est lituus ad captãda auguria designatus: unde extemplo & cõtemplari deducta. Pompeius Imbrices inquit regulæ sunt quæ transuersæ asseribus & tegulis ĩterponuntur: ubi per asseres canterios nostri temporis etiam intelligemus.

Canterii

Fanum

Lituus

Imbrices


Mbrices quas tegulas a tegendo passim appellamus dicuntur ꝓprie quibus incuruis domus ac ædificia tegũtur ut a pluuia sole reliquis huiuscemodi defendãtur aquã receptam dedecẽdo: hinc Strabo li.xv. scribit seleuciã imbricibus nõ uti cũ imbribus careat. Ouidius Tũc quoq; cũ solem nũdũ prohibebat & ĩbrem tegula:Primus cyniras Agriopæ filius tegulas quæ planæ sunt ĩuenit:Tabulis ꝓ maiori parte apud ueteres domos tectas fuisse ĩdicium est q; inde tabernæ appellatæ:& Plinius scribit ex Cornelii nepotis autoritate romam scãdulis opertam usq; ad regis Pyrrhi bellum annis quadringentis septuaginta: nam scandulæ quasi scindulæ

Tegulæ

Tabernæ

Scandulæ

Plancæ
Tectum
ſcandulare
Diuerſitas te/
cti

tabellæ ſunt:non ſerra:ſed bipēnibus productæ trunco de ſecto ueluti plancæ:quibus ad plurima utimur:unde tectū ſcādulare Apuleio:niſi potius a ſcādendo. Alii cruſtis mar/ moreis tecta contegunt: ut omnes fere montium accolæ: plumbeis quoq; laminis nōnulli:ſeptētrionales populi ha/ rundine. hinc Plinius. xvi. Principatum in his tenebunt ha rundines belli paciſq; experimentis neceſſariæ: atq; etiam delitiis gratæ. Tegulo enim earum domos ſuas ſeptētrio/ nales populi operiunt: durantq; eius alta tecta: In reliquū uero orbe & cameras leuiſſime ſuſpendunt quæ inde can/ nitiæ nominantur: Diximus & apud Indorum populos e ſuperficie teſtudinum habitabiles caſas contegi: & apud ichthyophagos oſtrearum & cœterum conchis cooperiri Græci ſubdialia pauimenta exco gitauere quibus domos tegerent locis maxime repetentibus: qualibus nunc utitur campania: mauri ſcirpis paluſtribus ſua mapalia: quæ nos tuguria & gurguſtiola: germani materia informi citra ſpe tiem aut delectationem domos contegunt: nam penes il/ los: ut ſcribit Cornelius Tacitus: tegularum uſus non ha/ betur. Culmis uero antiquiores tecta concinaſſe etiam ſcri/ ptorum monumentis apparet: unde & culmina nomen traxere. Seneca ad Lucilium: Culmus liberos texit: ſub mar more atq; auro ſeruitus habitat.

Canitiæ came
ræ

Mapalia

Teſtudinariū



Ectenatum tectum dicemus ī duas partes deue xum a ſimilitudine pectinis: quēadmodum te/ ſtudinatum ī quatuor: de quo Vitru. archi. ī ſe/ cundo tecta recidētes ad extremos tranſtra tra iiciunt gradatim cōtrahētes: & ita ex quatuor partibus ad altitudinem educūt medio metas quas luto & frōde tegē/ tes efficiūt barbarico ritu teſtudinata turriū tecta. Columel la. xiii. Inter ſe accliues teſtudinato tecto tuguriolo uireſcen tem ficum a rore & ījterdum pluuia defendunt.

Stilla



Tillicidium quid ſignificet oſtēdit Vitru. archi/ tectus li. ii. ſic ſcribens Faſtigia facientes luto in ducto proclinatis tectis ſtillicidia deducebāt: no men a ſtilla mutuatur: ut docet Seruius hono/

tatus. Per id. n. stillæ decidunt i impluuium: stilla ipsa per di minutionem est a stiria quæ guttam pendētem notat. Pli. distillantes hiberno gelu stirias. Rhenius palæmon grā maticus Vincētinus iterrogatus quid stilla a gutta differet Gutta iquit stat: stilla cadit: autor Eusebius i cronicis: Quæ. cumq; autem sub stillicidio tectis affiguntur ex opere figli no antefixa dicuntur. — Stiria — Gutta — Antefixa



Vbgrundia parres tecti ꝑminētes appellamus: quæ græce γεισα: hinc hypogesson aizoi ge nus i subgrundiis fere nascens nomen accepit: ut Plinius in. xxv. interpretatur: Labeo Proiecta inquit sunt quæ ita prouehuntur ut nusq̄ conquiescant cu iusmodi sunt Meniana & Subgrundia: quæ uero haberēt aliquid ubi cōquiscerent Immissa non proiecta uocabātur ut scribit Iabolenus Iureconsultus de Verborum significa tione: Suggrundaria uero antiquiores dicebant sepulchra īfantium qui nec dum: xl. dies implessent: autore fulgentio. — Gessa — Hypogesson — Suggrbndaria — Proiecta — Immissa



Vbuli per diminutionē a tubis dic possunt ca naliculi siue potius ligna canaliculata: quæ sub stillicidiis ponuntur imbrium gratia ad cister sternas colligendorum siue in una tantum im pluuii parte: aut extra impluuium deriuandorum: ne stillæ cadentes lateritium marmoreumue cauedii pauimentum corrumpāt: Proprie tamē tubi teretes sunt: canales uero a cānæ similitudīe: quas nauicellas triuiater appellāt semiro tundi: uel potius semiteretes aptiores ad aquas pluuiales colligēdas: ut tubi ad meatus subterraneos. Pli. Pin⁹ piceæ & alni ad aquarum ductus ī tubos cauātur: Verum diutur niores ut essent e plūbo ueteres factitarunt. — Tubi — Canales



Vlmina fastigia & summitates ædiū ide nomē traxerūt ꝙ ante usum regularum tecta culmis tegebant: ueluti etiam hac nostra ætate pagani in tuguriolis consueuere: Fastigia ipsa summita tes ædium sunt & uirorum. Suetonius in Augusto: ut su pergressa fastigium templi ad cælum usque ferretur: sed etiam scrobium fastigia dixit uates Andinus. Proprie — Fastigium

tamen fastigium est quod erigitur a tota parietum latitu/dine sensim in acumen:non aliter q̃ forma pyramidalis in quo columen tignum culminarium ponitur : hinc.M.Ci/cero Officiorum tertio : Operi incohato prope tamen ab/soluto tanq̃ fastigium imponimus:per quod finem uoluit significare.

Columen

A FASTIGIO igitur huiuscæ domus meæ a fundamentis incœptæ imposito:libellam:normam:perpendiculum:marculum:trullam:dolabram:asciam : terrebellum : serrã: roncinam:circinnum:securim:& id genus cætera arma fa/brilia opere peracto colligens descendo structuram mira/turus:an ad amussim erecta symettriæ correspondeat: Sed quoniam de ædificio cementarius redemptor non iudicat si qui ociantes uidendi gratia intrauerint(modo liuor ab/sit)iudicent meo periculo an sit eleganti specie frequentã/da: an cacodæmonibus penitus incursantibus deferenda. Ipse equidem cum aurea illa Neroniana(quod sine arogã/tia dictum sit) Hanc Grapaldinam qualiscũq; sit non per/mutauerim:cui te imprimis iudicẽ patronum(si meretur) & assertorem nuncupo. Neq; enim me fallit fore aliquos ex his qui meliores damnare malunt q̃ imitari : qui ex ge/nuina sophisteia hæc nostra acutis naribus contracto su/percilio caperata fronte condemnent:non cogitãtes quãli bet domum:omni etiam(ut uidetur)parte perfectam quã doq; perstillare.

Grapaldina

Francisci Marii Grapaldi Poetæ
Laureati:de partibus Aediũ
Libri Expliciunt.

FRANCISCI MARII GRAPALDI POETAE LAVREATI DE VERBORVM EXPLICATIONE QVAE IN LIBRO DE PARTIBVS AEDIVM CVMTINENTVR.



N Libro de Partibus ædiũ pluſcula deſiderari audiebá: & illa cum primis quæ conſulto tamen nomine tenus illic a me ſubmoſtrata: & q̃ſi digito (ut aiunt) ĩdicata ſunt: quo legentium coniecturæ in requirendo acuerẽtur: Ea ipſa Diis opitulis bene uolẽtibus nunc interpretari: & in hoc lexico tãquam corpore membris bene conſtituto diſponere non eſſe ab re: nõ ab operæprecio uiſum eſt: additis interſperſiſq; non nullis interdum raris: ſelectis & ſuaue olentibus floſculis ad rem facientibus / ac quibuſdam quaſi parergis uenuſtantibus: ita ut non ulterius multum colatis utriſq;: etiam ſi parce & breuiter omnia deſiderari poſſit. Sed fœlices ĩquit Fabius eſſent artes ſi de illis ſoli artifices iudicarent: quando omnes ſutores (alios taceo) non uno modulo: non eodem corio: non æque boni artem exercent: & rarus datur calceus cui imbecillis non ſit uel ligula: uerum ſutor ipſe ueteramẽtarius ſupra crepidam etiãnum iudicat plerũq;: & ſcalpro ſubulaq; confodit & ſecat ea quibus nec honorarius arbiter eſt: Vtinam non idem eueniret in litteris: Sed euenit q̃ alia in re ſæpius & peruicacius: indoctus quiſq; ſibi ipſi doctus uidetur: inq; alienis æſtimandis Lynceus tã cernit acutum: q̃ aquila aut ſerpens epidaurius: & multi (ut dicitur) Manii aritiæ: attamẽ ſcribendũ omnino: publicæ omnino utilitati pro uiribus conſulendum: demiſſi profecto & pu

Parerga

Dictũ Fabii

Sutores

Manii Aritiæ

pilli habendus est animi: qui timeat reprehendi quæ nun/
dum scripserit/qui ue scripta condat tineis metu uiperina/
rum linguarum/& nigræ succo loliginis/cum obtrectato/
res/carptores/maleuoliq;/quibus nūq̃ caruit mūdus/nūq̃
cariturus est/ex nulla occasione suscitent occasionem/ &
Momus scandalium uel substrepere/ut ille ille Momus/calumnient:
Plerosq; omnes etiam magni nominis/etiam sermonis ca
stissimi: etiam bene eruditos qui ante nos scripserūt uideo
nota uel una inscriptos: Suus cuiq; attributus est error: op/
timus ille qui paucis minimisq; urgetur: Meminisse uero
meminisse inquam oportet in his quæ doctrinæ sunt: non
eloquentiæ: acre ingenium: emunctum iudicium: solertem
diligentiam esse perq̃ necessaria: & hoc uno presertim (ut
homonyma: etymon: aliaq; omittamus) quod librorū fe/
re omnium uolumina mendis librariorum ac sciolorum
scatent inextricabilibus: quæ doctos etiam sæpe fallūt uel
intricant: hallucinari interdum: claudicareq; compellunt.
His igitur quæ infabre fortassis inter ociandum a studiis
humanioribus iampridem feriatus excudi: quæq; nūc pu/
blicando sub censura non una emitto: iudices nuncupo te
cum primis doctrinæ cōpositissimæ: auctoritatis amplissi/
mæ uirum principem: cæterosq; omnes litteris rarioribus
oppido q̃ peritos: ac bene initiatos: Profanum & profestū
Vulgus (ut ille)uulgus arceo: imprudens est: peruicaci pertinacia:
sine ratione sine iudicio: Laboraui autem totis: ut dici solet
neruis circunspectando: excutiendo: pensitando: casticādo
singula: ne ullum daretur offēdiculum: Sed Dii nō sumus:
auguror nihilominus e rabiosulis illis uel aliquos adlatra/
turos: baubentur quantum uelint: modo non demordeāt:
modo saturi non fiant: Vnum oro: quisquis hæc legerit: si
modo ullus legerit: culpet ut uult mala: dum bona tamen:
si quæ sunt: laude sua non defrudet. Cauimus nos impen/
dio ne quēq̃(quod pessimi est ingenii)uellicaremus: nec eo
tamen animo ut nostris æque parceretur: ut errata si sunt
aliqua condonarentur: haut placuit unq̃ mihi: & nūc qui/
dem ueluti malum malum abominor: aliorum nomini de

trahere:meisq; (quod solent plurimi a se inuentis quæ ia/ctitant) arroganter applaudere:dandus si quidem est aliena manu Plausus : Sed cæca nimirũ est illa Philautia. Scribimus nos ingenue : & candidissime eruditionis publicæ: non aucupii priuati:non ambitionis gratia quæ sentimus: Sentiant quicquid uelint seorsum a nostris alii non hic reprehendimus:neq; fieri nobis iniuriam putamus:æquo iure utimur omnes in litteris:erũt quibus nostra: non deerũt quibus illorum scripta magis facient ad stomachum: etiã si hæc uel illa fuerint crudiuscula:non omnibus idem stomachus : & dispendium sæpe facit qui compendium uellet: Ab aliis iam dicta ab aliis accepta : quod fateri ingenui est animi: & cõmune cum multis uitium : si uitium est tamẽ: Sed i dicta quoq; quod est ingenii reponimus:unus homini est animus : non idem tamen in omnibus : nec ad omnia: Quæ uero subterfugerunt ac ueluti mihi decoxerunt:quæq; ut omissa desideraret etiam fortasse quispiam lectione multa uel curiosus inueniet:uel a doctis magistris illis non mutis haurire poterit:quando nihil est tam recõditum in litterarum adytis etiam penitioribus:quin tamen aut sciant complusculi aut commentariis & monumentis uel uni mandauerint: Sed & paucis ab hĩc diebus uberiora (ut audiuimus) & meliora fortasse id genus plura sunt qui Philologis ac posteritati dabunt legenda : mihi quidẽ imi subsellii uiro(quo res cũq; cadat)satis fuerit : quod inter receptos conuiuas non ultimus nec asymbolus discubuerim: Vale & me ama. III. Non. Ianuarii die Natali.

Plausus

Philautia

Animus

Acus
χυβαλον
Acerosus

Craticii parietes

Paleatū lutū

Lexicographi

Elenchus

Melinum

Stipteria



ACeratum immixtum paleis lutum ad septa gurgustiorū in primis: quando acus græce χυβαλον paleæ quædā de frumentis appellantur: Vnde acerosum frumentū Pompeio: Plinius. Illini crates parietū luto & lateribus crudis extrui quis ignorat? habentur enim & Craticii parietes. Vitruuius Craticii uero uelim quidē ne inuenti essent. satius uidetur esse impēsa testaceorū in sumptu q̄ cōpendio craticiorum esse in periculo: Est eidē Plinio in mentione insitionis: paleatū lutum: Nunc inquit abunde arbitretur paleato luto libro farcire duos digitos insito extante: ¶ Hinc autē cœpisse me non est lector optime quod mireris: nec temere id factū credas: secuti sunt alii (fateor) Lexicographi ordinem litterarū a prima in primis syllabis subsequētiū: me uero ut interpretē fere adnotare iure optimo decuit paginatim singula ut occurrebāt: quæ suis quidē locis in ipso uolumine adposuissem: Sed nolui obiiceres quod olim Apelles Protogeni: nescire manū de tabula tollere tibi cū uti uolueris hinc uocat a presto aderūt: & qua uidebitur sede locare poteris: Iccirco inuētu faciliora elēcho indiceue præmisso reddēda curauimus: in quo & hæc ipsa: & illa ex libris de partibus ædium suo solito ordine digesta sunt.

Alumen intelligitur īquit Plinius salsugo terræ: cuius multa sunt genera: fit omne ex aqua limoq̧ hoc est terræ exsudātis natura: corriuatum hyeme æstiuis solibus coquitur ad maturitatem: optimum Melinum ab insula Melo: nulli uis maior neq̧ astringendi neq̧ denigrandi neq̧ indurandi: oculorum scabritias extenuat: sanguinē sistit in totum foris illitum: uuam in ore comprimit ac tonsillas: Vis omnibus astringendi unde nomen græcis στυπτηρίαν uocāt ut Galenus: In coriis lanisq̧ perficiendis maximi est momenti.

Alnus arbor folio coryli non nisi in aquosis prouenit & ri

pis fluminum: ut salix/populus/siler: in aquis sub terra perennat hinc sub fundamētis substructionum pangitur crebris palationibus in uliginosis & arenosis ad firmitatē: ita cum extra terram modicū tempus duret: obruta permanet ad diuturnitatē ut Rauenæ: ubi publica oīa & priuata opera sub fundamētis eius generis palos īquit Vitru. habeāt: & nos quoq; Venetiis uidimus palos alneos ustulatos demitti ad fundamina/oneris quālibet patientes: Alnei pali

Antidora retributiones/cū donanti redonamus/cū beneficio beneficiū repēdimus: siue redonaret & repēdere tenemur ut est apud Iurecōsultos: Vlpianus libro. v. ff. plane si antidora inquit acceperit: Est & Antidosis contra datio/& fere remuneratio: ut Anticharis: & nostris Hostimentum de quo Plautus in Asinaria: Par pari datum hostimentum est: opera pro pecunia: Antidosis Anticharis Hostimentum

Ancones in parietibus & promontoriis dicūtur Vitruuio Straboni & aliis flexus/pminētiæ/cubiti/unde Ancon ciuitas Plinio/& Ancus festo qui adūcū habet brachiū ut exporrigi nō possit: ὁ ἀγχωνωνος in hoīe cubitus: Ancus

Amerina salix uiminalis inter utilia precipua habet ad uites ligandas in tabulatis arboꝝ/& ad ridicas pedamenta q; Verg. atq; Amerina parāt lentæ retinacula uiti: Sūt enim salices uiminales/& quæ in pceritatē dant iugis ī uineis fit aut ptica aut arūdine: ad pedamētū arctissimo nodo uinceri oportet/siue simplici iugo stent uineæ q̄ Pedatæ: siue q̄druplici quæ cōpluuiatæ dicūtur a cauis ædiū cōpluuiis ī quaternis partibus totidē iugis diuisæ: Salix Iugū uineatū Pedatæ uineæ Compluuiatæ

Aerugo ab ære quo fit ut ostēdit Plinius modis pluribus: meminit & Vitruuius: cruda uulnerariis emplastris adhibetur: est quā Scoletian uocant a specie uermiculo rū: nam scoletion uermiculus græcis σκωληξ uermis: Aerugo quoq; rubigo est unde rubiginosus/æruginosus/Idem Plinius Est & rubigo ipsa in remediis/& sic Telephum pditur sanasse Achilles siue id ærea siue ferrea cuspide fecit: ita certe depingitur ex ea decutiēs gladio: Scoletia Rubigo

ſed rubigo ferri deraditur humido ferro clauis ueteri/
bus:uis eius ligare/ſiccare/reſtringere:quæ ferrugo eidē
Plinio dicitur : qua uoce colorē purpuræ cōpreſſæ uel
Coccini ſignificamus: Vnde Maroni hibera ferrugo/&
Ferrugo ferrugiei hiacinthi:Claudiā.quoq; dulci uiolas ferrugīe
pingit:At Noni⁹ ferrugineū colorē ceruleū uult accipi:
Antipatia rerū diſidentia Pli.xxxvii.de diſcordia rerū con/
cordiaq; quā Antipatian inquit ac Sympathian appel/
lauere græci nō aliter clarius intelligi poteſt : Cū oculis
& corde quædā eſt ſympathia:& xxxii. quod ad repu/
gnantiam rerū attinet quā græci Antipathian uocant:
Sympathia Sympathia uero cognatio cōſcenſus & cōcordia quā
eſſe terrenis cū cæleſtib⁹ etiā ſatis liquet ex Prochlo pla
tonico & aliis receptiſſimis auctoribus.
Appendix genus ſpinæ Plinius ſpina eſt appēdix appella/
Ampēdix ta/quoniā baccæ puniceo colore in ea appēdices uocā/
tur:& appendix ab alio pendet: At Feſtus Ampendices
inquit ab antiquis dicebantur quod circum penderent:
nunc appendices: An circū:unde amputare/anſanctus/
anterminus/anquiſitio uſq; quaq; inquiſitio/& alia grā
maticorum cōmentariis uulgata:
Areolæ ſpatia in hortis ſurgunt inter duos ſulcos ſubacta
optume terra:dicūtur & Puluini Areæ quoq; Columel
la: & Plinio in hortorū cura & cū de porro loquitur ſo/
lum areis inquit diſtingui/eaſq; reſupinis puluinorū to/
ris ambiri/ſingulis tramitū ſulcis/qua detur acceſſus ho
Puluini mini/& ſcatebris decurſus:Puluinus quoq; arenoſus in
mari Dorſum Vergilio:unde puluinariū Plauto in caſi/
na:nā puluinū ſedem uocari iam diximus:hic Vitruuio
puluinata capitula : & eidē puluinus quod cheloniū in
mentione catapultarū ac ipſi Plinio de palmis dorſum
Puluinatus puluinatū:Areæ pura in urbe loca ædificio idonea: Sue
tonius in Veſpaſiano Vacuas areas occupare & ædifi/
care ſi poſſeſſores ceſſarent cuicūq; promiſit:de quibus
Areæ eligendis Vitruuius & alii:fiunt & areæ in capite homi
nis capillis cadētibus:& rure æquātur pauiculis Cylin/

droue ad frumenta & legumiua excutienda:

A ntes Festo extremi ordines uineaꝝ de quibus Maro/un Antæ
de etiam nomen habuerũt Antæ quæ sunt latera ostio/
rum:quandoq; Parastatæ:Vitruuius Aediũ autẽ princi/ Parastatæ
pia inquit sunt e quibus cõstat figuraꝝ aspectus:& pri/
mũ i antis quod græce να μσ ιν παραστασι dicit:

A ssarota inter paulmenta dici ex Papinio apparet: Vnde
Sidonio asarotici lapilli: & Plinius Asaroton pergami
uocat a Zenodoto factum uaria pictura ubi Eusaro/
ton tamen scriptum est diuerso ut uidetur sensu ab A sa
roto/quãdo Asaroton inscopatum dixeris: Eusaroton Eusaroton
bene purgatũ scopa ũq;:nisi illa particula intendat:Ve/
rum ex uerbis Plinianis quisquis ea bene pensitauerit
Asaroton facile legendũ iudicabit: quod picta in paui/
mento analecta inscopatum semper ostendebant:

A thleta certator αγωνιστησ. Athlotheta premii præ/ Agonistes
positor præfectus in certamie/ut aliis Agonitheta: spar Athlotheta
tianus de Hadriano Cæsare:& pro Agonitheta resedit: Agonitheta
Agonisma ꝑmiũ certaminis: αθλον quãdoq;:Agonia Agonisma
æstuatio animi & quasi lucta:Certaminum uero Iudex Athlon
Brabeuta:quo uerbo utitur i Nerone trãquillus: Agon Agonia
certamẽ:Agon:ĩ sacris agone? Vñ agonales dies Var. Brabeuta

A naglypha uasa i asperitatẽ ancesa:Vergilius Cymbiaq; Agon
argento perfecta atq; aspera signis:ubi Anaglypha in/
quit Seruius:Plinius:Nũc anaglypha in asperitatẽq; ex
cisa circa linearũ picturas querimus:Inde Sidonio ana/
glyphicũ metallum: Triglypha uero cælaturis sunt in/ Triglypha
æqualibus prominulisq;: Legimus & Cataglypha:sed Cataglypha
quæ fiãt penicillo:Plinius:Cimon Cleoneus pictor cata
glypha inuenit/hoc est obliquas imagines:& uarie for/
mare uultus respiciẽtes suspiciẽtes & despicientes:arti/
culis etiã mẽbra distinxit: uenas protulit/preterq; in ue
ste rugas & sinus. Vbi catagrapha legebat Hermolaus Catagrapha
imagines arbitratur illas Excurtas neoterici pictores Excurta
quas uocant. Vnde sint Tynni Catullo catagraphi:

A cetabula caua ossea in hoie & animaliũ plurimis:Plini⁹

ossa ex accetabulis penaꝶ circa quæ coxẽdices uertunť Eidem accetabuli mensatra heminæ quartá partẽ signi ficat:id est drachmas quĩdecim: In herbis quoq̧ dñr ace tabula:idẽ de urtica:ex oĩbus inqt his gñribꝰ urtica ma/ xime noscit̃ acetabulis ĩ flore purpureã lanuginẽ fundẽ tibꝰ:sunt hæc ab accipiẽdo dicta ut accetaria olera de q bus diximus:diuersa oĩo & alia ab acetariis q̃ ab aceto ue niũt odimẽta:uñ græcis sũt oxypora & uasa oxybapha:

Acetabula
Acetaria
Oxypora
Oxybapha

A rmillæ armi ornamẽta:Pli. Pueri q primus ceciderit dẽs ut terrá nõ attigat inclusus ĩ armillá:& assidue ĩ brachio habitus muliebriũ locoꝶ dolores ꝓhibet: Armillas ex auro quas uiri militares: inqt festus ab ĩperatoribus do/ nati gerũt dictas esse existimát quod antiq humeros cũ brachiis armos uocabát:uñ arma ab iis pẽdẽtia: idẽ Pli. ꝑterq̧ armillas ciuibus dedere:q̃s nõ hñt externi:ubi ꝑ/ terq̧ etiá & ĩsup significat: Armillũ uas uinariũ qd̃ hu/ mero portat̃:at.L. Appul.lib.viii. cui & armille vi. ĩstru/ ctionẽ doli & technã ipsam denotare uidetur:Vitruuio aũt in machinis tractoriis armillæ nominantur.

Armi
Arma
Preterq̧
Armillum

A naleutrides ĩter uestes numeratæ tenuiores & perlucidas quales multicia & cyclades fere: mulieꝶ ad usus & his ꝓcipue qbus essent altiores humeri scapulæue: Ouid.in arte amãdi:cõueniunt tenues scapulis analeutrides altis ex uetusto codice Thadæi Vgoleti uiri doctis.ĩ aliis lectũ ẽ Analectides ꝓ arbitrio cuiꝰq̧ hæc æstimãda reliq̃mus

Analectides

A mphimalla utraq̧ parte uillosa de qbus Pli.ut amphita/ petes & Nonio Amphitapæ uestes de qbus ĩ lib.de par/ tibus ædiũ iã dictum est. Heteromallon uero altera tm̃ parte uillos hẽt ut nomẽ oñdit:Malloten etiá græci uo/ cant:inuenio quosdá Abollá quæ Marcello uestis est mi litaris:& aliquibus Senatoria appellare malloten:

Amphitape/ tes
Tmphitapa
Heteromalla
Mallotes
Abolla

A methystus gẽma subpurpurea ꝑlucens uiolaceo colore Plinius Magoꝶ inquit uanitas resistere ebrietati eam ꝓ/ mittit/atq̧ inde appellatam: ab illa uestis amathystina eiusdem coloris:

Amethystina

A luta pellis arte concinnata & idonea ad ligulas/calceos/

delicatorum/marsypia/chirothecas/& alia: hic Plauto cer do alutarius qñ cerdo nomen generale est uñ sutor cer do Martiali: Alutarius e mullis piscibus uilissimus dice/ bat:Cerdones aũt sunt quicũq; uiliores artes exercẽt lu cri gratia:κερδος lucrũ:Cercopa iqt festus græci appel lant lucrari undiq; cupientẽ quasi cerdona quem nos quoq; Luctionẽ uocamus: At Cercopes hoĩum genus olim eximiæ & uulgatissimæ ĩprobitatis/ q Iouẽ cũ tẽ/ tauissent decipere illico in simias deformati fuerunt: Alutarius Cerdones Cerdos Cercops Lucrio Simiæ

Antidotum anthipharmacũ uocant quicqd aduersus ue/ nena exhibet:Plinius .xxviii. Hinc etiã sal pecori datur salubritatis causa/& ĩ antidotum cõtra serpentes addit: &.xxxii.Vrina quoq; fibri resistit uenenis & ob id in an tidota additur:dicitur & Antidotus Gellio huius inquit regis antidotus celebratissima/quæ Mithridatos uoca/ tur:Plato uirtutẽ antipharmacõ uitiis hñdam pdicabat qñ uitiis sua inesse uenena quis negauerit: Celsus/Anti/ dota recte dantur collisis corporibus/uel p ictus/ uel ubi ex alto deciderunt uel uiscerum interiorumq; partium dolo/ ribus/maxĩe aũt desideranda sunt aduersus uenena uel per morsus/cibosue/aut potiones nostris corporibus in serta.meminit & Caius lib.xviii.digestorum. Mithridatos Antipharma/ con

Amuleta dicuntur quæcũq; gestanti fascinatiões lympha tiones & id genus mala arcere solent/ græci apotropea: ἀποτρέπειν/amoliri summouere: Plinius.xxv.de Cy clameno:In omnibus ĩquit serenda domibus si uerum est ubi sata sit nihil nocere mala medicamenta/Amuletum uocant:&.xxx.Scarabeorum cornua grandia denticulata adligata in his amuleti uicem obtinent: Apotropea

Achoræ græcis manãtia quæ sunt capitis ulcera dñr/quo rũ sicciora quædã habentur: Neoterici ut audio medici Teniam uocant/quia capitis caluã(ut reor)uincire solet & astringere ut tenia fascia quæ dicitur etiam si quibus/ dam uittarum extremitas uocatur Tenia: Teniam

Apoplexia resolutio totius corporis affecti & deficientis: Hemiplexia uero cũ altera pars tantũ corporis afficitur: Hemiplexia

Paralysis

quasi Semiapplexia: nã in utraq; neruo℞ accidit reso/lutio quæ græce Paralysis: Sed hemiplexia ipsa est para ralysis qñq;: uñ apopletici, Hemiplectici Paralytici Neo scio unde sit uulgo receptũ, ut subitaria morte corruen/tes gutta sanguinis a capite in cor cadente examinatos asseuerant: Cor. Celsus lib. III. resolutio neruo℞ frequens ubiq; morbus, sed interdũ tota corpora, interdũ partes infestat: ueteres autores illud apoplexian, hoc paralysin nominarunt, nũc utr℞q; Paralysin appellari uideo: Lysis solutio: Lypen tristitiã & dolorẽ quasi Lysin id est solu/tionẽ totius hoĩs Chrysippus appellatã putat inqt Cice ro ĩ Tuscul. idem Plato ĩ Cratylo: Ania uero ꝓprie tristi/tia est: Lysimerinos cura℞ solutor ut Lyeus non nullis Bacchus: Analysis resolutio ĩ dialeticis unde Analytica: sunt & Apoplectici attoniti, Embrontetos græci quos uocant cũ corpus & mens stupet ictu fulminis ut refert idẽ Celsus aut morbo: Diuus Hieronymus in chronicis scribit Valentinianũ subita eruptione sanguinis mortuũ quæ græce ait Apoplexis uocat̃: sunt qdẽ eruptiões san guinis ab Anastomosi Rhegnyochalmoq; ut dicemus & Diabrosi:

Lysis
Lypes
Ania
Lysimerinos
Lyrus
Analysis
Analytica
Attoniti
Embronteti

Leucoma
Albugo
Iris
Nubeculæ

Argema uitiũ oculo℞ & Leucoma quæ Albugo a cãdore ulcus ĩducit ĩ orbe illo quẽ Irim arcũ cœlestẽ dicunt cir/ca pupillas oculo℞, extra rubẽs, intus albicans: Albugo ipsa est cicatrix ĩ oculis magis descendens, cũ summum teneat Nubecula: Artemon sunt q uelint idẽ esse quod Leucoma: Argemos aũt dicit̃ & Argema: Pli. xxviii. hau stam ꝓdesse argemo ueteri. xxxi. Contra argemas ocu/lo℞, afficit is morbus & iumenta, Idem. xx. Folia trita cum oleo argemas iumento℞ sanant.

Aegilops ab auena (ut uolũt) abscessus ĩter mares & angu lũ maiorẽ oculo℞ dicitur: p quẽ catarrhus iugiter efflu/at, Cor. Celsus. vii. In angulo q naribus ꝓpior est ex ali/quo uitio quasi parua fistula aperit̃: per quã pituita assi/due distillat: Aegilopa græci uocant: id assidue male ha/bet oculos, non nũq̃ etiã exeso osse usq; ad nares pene/trat: itẽdũq; naturã carcinomatis habet: Pli. xxiii. Aegi/

lopas auteq̃ fupurent.xxv. Aegilopas fanat herba eodẽ noĩe quæ ĩ ordeo nafcit̃. Fiftulæ uero ex abfceffibus & ulcerꝝ gñibus oriunt̃: id nomen eft ulceri alto/angufto/callofo ĩ oĩ fere parte corporis: aliæ rectæ/tortuofæ aliæ atq; in plures finus diuiduntur duplices triplicefq;: Fiftulæ

Amphimerinos febris quotidiana quæ medicorꝝ ſñtia humoribus corruptis & pituita cũ primis coalefcit: Pli. Eft genus febriũ qd' amphemerinon uocãt: Ephemerinos aũt & Ephimera unius eft diei & adceffionis etiã Ephimeris nũcupata/quæ uox Diariũ notat fingulorꝝ dierꝝ gefta & rões cõtinẽs: ut annorꝝ q dñt Annales: Adceffionẽ uero ipfã Parrhoxifmũ dixere/nã deceffio erit cũ declinat/remiffio cũ definit/integritas cũ abiit: Ephemerinos Ephimeris Diarium Annales Parrhoxyfmns

Amaurofis ueluti hebetudo obfcuritatem oculis inducit nullo euidẽte figno pupillæ uitiatæ: & Amblyopia quoq; quã ꝓprie hebetudinẽ appellabimus lumẽ obtenebrat uerꝝ ipfius mali caufa cognita: & Synchyfis oculi cõfufionẽ quã dicemus/pupillã turbat uulnere ex plaga proueniens/nã occulorꝝ ĩnumeri funt: Nos eorꝝ nomĩa tm̃ hic & alibi pofuimus quæ noftris ufitatiora inter legendum quandoq; occurrant. Amblypia Hebetudo Synchyfis

Ancylops Ancyloblepharofq; dicitur cũ palpebræ ĩter fe ut inqt Celfus lib.vii. coalefcũt: apeririq; nõ poteft oculus: quotiefue palpebræ cũ albo oculi coherefcũt/ulcere in utroq; cafu negligenter curato: eft & oculorꝝ idẽ fere morbus Ancylofis q̃ Ancyla: Sed Ancylæ quoq; græcis cõtracti articuli uocant̃. Idẽ Celfus.v. Malagma ad recẽti ait cicatricæ contractos articulos quos Ancylas: græci noĩant: Et Ancyloglofis a nafcentia oĩbus eft fub lingua ĩnata mẽbranula/quã ungue fecãt obfetrices/ne fermonem impediat: ea fi adultis increuerit blefitatem ĩducit: & opera chirurgica tollitur. Ancyloblerος Ancylofis Ancyla Ancyloglofis Blefitas

Aemodia dentiũ ftupor quẽ ĩducit omphaciũ: tollit fal/& Portulaca græcis Adrachne/aliaq; cõpluria: Andrachne uero arbor filueftris unedoni fimilis folio nũq̃ decidẽte: fed portulaca ipa ftomachũ ĩ acetariis fumpta corroborat: Adrachne Andrachne

Synanche Parasynáche — Angina fauces uarie afficit:nã Cor.Celsus tria facit genera:Synáchen:Parasinanchen:& inter hæc mediũ:in synáche nec tumor nec rubor apparet:macies fit i corpore:mébra soluunť:& uix spiritus trahiť:Parasynáche uero fauces tantũ rubent cũ tumore: in medio illo rubor oriť:tumor obmutescétia singultusq;:facies pallet:oculi uertũtur.Alii scribũt synáchen musculos qui intra fauces sunt inflãmare:Parasynáchen exteriores: ad eundẽ

Cynanche Paracynáche — modũ Cynanchen musculos interriores accẽdere:Paracynáchen eos qui extra sunt Cynãchen præfocationẽ nocturnã maxime sunt qui dicũt:pituita crassa & lenta tenacitue i fauces ceruicesq; delata:& a canibus appellatã quos ifestat:αγχειν est græcis angere:& latinis Angina ab agẽdo:Anginã uinariã pati dici possunt q uino suffocanť ut Archesila⁹ p̄hus de quo dixim⁹:& argẽtã

Argyranche — ginã Demosthe.legimus q̃ αργυραγχη:uulgo audio Si qs pullũ hirũdinis ederit toto ãno angia nõ piclitari:

Asthama — Asthmatici suspitiosi:Asthma suspiriũ cũ æger sine anhelatione & sono spirare nõ potest: qui recti stantesq; spi-

Orthoponoea — rant orthopnoicos ab orthopnoea uocitant qua spiritus non nisi recta ceruice trahi potest:Dyspnoea nanq;

Dyspnoea — difficultatẽ anhelitus quã nostri dixerũt leuior est nec ex toto ut iquit Celsus strãgulat:Vnde Dyspnoici:Dy-

Dysnia — snia a medicis neotericis perperam recepta.

Aphthici — Aphthæ a quibus Aphthici habẽtur Plinio:in infantibus pueris nõ aliæ sunt quã oris ulcera a gingiuis incipiẽtia & ad uuã in ore faucesq; descendentia:albescunt his in summo lingua tõsillæ & collumnella:Cor.Celsus lib.ii. Vt infantes tenerosq; adhuc pueros serpẽtia ulcera oris quæ aphthas græci nominãt uomitus nocturneq; uigiliæ:aurium humor: circa umbilicũ inflãmationes exerceant: proprie etiam dentientiũ gingiuarũ exulcerationes:distentiones neruorum:febriculæ: alui deiectiones: maximeq; caninis dentibus orientibus male habent:& libro. vi. Periculosissima inquit ulcera sunt quas Aphthas græci appellant sed in pueris; hos enim sæpissime

consumunt:in uiris & mulieribus idem periculum non est. hæc ulcera a gingiuis incipiunt deinde palatum totūq; os occupāt:tum ad uuam faucesq; descendūt:quibus obsessis non facile fit ut puer conualescat. Sunt & alia oris ulcerula minus infesta utiq; in adultis.

Anastomosis sanguinis reiectionum genus est cum alicuius uenarum ore dehiscēte sanguis effluit:ut refert Cor. Celsus libro quarto στομα os græcis:Vnde chrysostomus qualis Dion ille prusieus qui primus tulit oris aurei cognomentum:Vnde Astomi Indiæ nullo ore olfactu odorum quos naribus trahūt uiuētes. Plinio in.vii. mentionem habet & Gellius in.viii. Stoma Chrysostom⁹ Astomi

Acrochordones Celso libro.vii. Verucæ sunt fabæ nostratis magnitudine extuberantes:quæ plures eodem tēpore nascūtur:maximeq; in pueris:& non nunq̄ subito desinunt dicte quod in imo adeo tenues & angustæ sunt: ut pendere uideantur: Set idem Celsus.ii. Verucarū inquit genera quædam dolentia(Acrochordonas græci appellant)& plura alia tubercula oriuntur.

Alopetia uulpinus fere morbus est unde nomen: ἀλώπηξ uulpes:Nā ut ait interpres Callimachi in hymnis lotiū uulpis areas in capite & capillorū defluuiū facit:fit & ī barba:Eadē fere est Ophiasis sed a serpēte cui subsimilis est dicta: Coalescunt ambæ ui humoris atq; succi nō deserētis ut in caluitio:corrupti tamen & uitiati Alopetia autē & caluitiū magis deformant q̄ afficiāt: Alopecuros herba etiam Plinio.xxi. Spica molli lanugine dēsa:nō dessimili uulpinæ caudæ atq; īde nomē sortita. Alopex Ophiasis Caluitium Alopecuros

Apostema quod pus saniemq; cōtrahit euomitq; sectani uel ad maturitatem perductum: nostris suppuratio & abscessus quoq; Celso Abscessus inquit corporis quæ apostemata græci notāt: Idē:quibus longæ febres sunt iis aut abscessus aliqui:aut articulorū dolores erunt: Et quæ per se uitio intus orto intumescunt & ad suppurationem spectant ea omnia abscessuum esse alias proposui: Plinius noster suppurationibus quæ græci uocant Abscessus Suppuratio

Purulenta
Suppuratoria

apostemata: a pure autem purulenta sunt: quæ sine pure non sunt: Idem Purulentis uel cruentis excreationibus medetur: eidem quoq; suppuratoria dicuntur medicaméta: Efficaciora inqt ad eadem: strigméta a balneis: & ideo miscentur suppuratoriis medicamentis.

Atrophi

A tropha uñ Atrophi: tabis speties est: qua corpus nõ aliter: nec cibũ sentit: Pli. quæ cibum non sentiunt atropha appellata: idẽ atropha inquit carnosiora faciũt hic atrophi sunt qbusdã ab ibecillitate qui uires reassumũt: particula illa (ut uidetur) itendente: cũ maxime nutriantur: Vnde Pli. ipse. xxviii. Et bibitur ab imbecillitate uires ait recoligentibus quos Atrophos uocant.

Athera

A theroma tuberculum in capite cui subesse solet tenuis quasi pulticula quam græci atheram dicunt: cuius mentio habetur Cor. Celso lib. vii.

Leuce
Melas

A lphos & Leuce nostris uitiligo: nã uitiliginis speties tres ponunt: Celsus. v. Alphos uocat ubi color albus est fere subasper: & nõ cõtinuus ut quædã quasi guttæ dispersæ uideant: Melas colore tm̃ differt qa niger: est & umbræ similis: Leuce habet qddã simile alpho. Sed magis albida est: & altius descendit: i eaq; pili albi sunt: & lanugini similes: Serpunt hæc oĩa: Leuce quẽ occupauit non facile dimittit: Alphos aliis mõ nigra q̃ Melas: mõ cãdida ẽ.

Vari
Ionthi

A cmæ uulgo græcis Vari dicuntur ab ætate i qua solent uel maxime erumpere ut scribit Aphrodisæus i problematis: Sed Ionthi quoq; uocantur:

Arthreticus
Aethra
Verticulæ

A rthretin nõ arthresin: arthreticũ morbũ id est articularẽ noĩant: qualis est chiragra & podagra: αθρα græcis articuli dicunt: Lucilio uerticulæ: Serenus. Si uero articulos tabes inimica p oẽs Hæserit: ex ficu betas cũ melle iugabis: Ennius ipse pater dũ pocula siccat iniqua: Hoc uitio tales fert meruisse dolores: Vinũq; nãq; imodicũ Neruicos & podagricos chiragricosq; facit ac nisi postea abstineant male torquet: Sed & arthreti laborantes Arthreticos recte dicemus:

Alsiosi

A lsiose herbæ: alsiosi frutices: hoies & alia dicũtur quæ fri

gora pati ex īgenita natura nō possunt: græci (ni fallor) uocant Dysriga: quales libanotis & Abrotanum autore Theophrasto Pli. Abrotanū & Adonīū seri æstate: quia alsiosa admodū sunt: itē de mulsa aqua Inuenio inquit etiā apud autores hūc potū bibendū alsiosis: &. M. Var. caprinū pecus stabulari meli⁹ refert si ab hibernos exortus caprile spectet: quia alsiosum est: Dysriga

Assas stomachi quæ sunt fastidia græci dicūt: At Celsus. in cū assas sudationes dixit siccas ītelligi uoluit: Asse Festo cātus tibiarꝫ sed merus (ut opinor) eo noīe uocat᷑: assam nāqꝫ uocē legemus occinētis absqꝫ cithara & aliis musicis instrumētis: qn̄ ad citharā quoqꝫ & id genus alia cantiones etiā nūc recipimus: Nonius assam uocē dicit humanā nō admixtis aliis musicis: Varro de uita patrū Et assa uoce: & tibicine: Cato de liberis educādis Melos altū ī cantibus & bipartitū: unū quod est ī assa uoce: alterꝫ quod uocāt organicon: eidē quoqꝫ Assæ nutrices dictæ quod adsint his quos nutriunt: ut ī partu quæ dūr obsetrices quasi adsetrices: passim obstetrices: Assa uox Organicon

Anatomæ græcis uocant᷑: nostris cōsectiones dissectiōesqꝫ ut Pli. Celso & aliis: A. Gel. Insectis aptisqꝫ humanis corporibus ut mos inqt ī ægypto fuit: quas græci Anatomas id est disectiones appellāt: has medicis uidere cōducit ad medellā multarꝫ corporis partium: Anatomatice ars & cognitio ipsa familiaris Aristoteli: ut liquido demostrant eius libri de aīmalibus. Primi aūt Zenon (ut fertur) & Andras anatomen tentauerunt cadauere hominis supplitio adfecti a rege concesso: Anatomatice Primi q anatomē fecerūt

Anclusa herba cuius radice rubra: ligna cærasqꝫ coloram⁹ Plinius Anchusa inficiendo ligno cærisqꝫ radice apta: itē Anchusæ radix manus inficit sanguineo colore: præparat lanas preciosis coloribus:

Ascia fabrile instrumentū satis notū: Apuleius uin me cruribus meis asciā īpingere? quod periti fabri lignarii non faciunt: unde exasciatū opus Plauto in asinaria Plinius: Mollissima tilia eadē uidetur & calidissima argumentū Exasciaticus

σταμι

afferunt quod citiſſime aſcias retundat ide retuſum ferramentum: Diuus Hieronymus Dolatorium nũcupat. Vitruuius:ſumatur aſcia & quẽadmodum materia dolatur:ſic calx in lacu macerata aſcietur.

Manuaria
Serra
Aquaria

A muſſis σταμι græcis : quæ uox etiam perpẽdiculum notat:regula fabrorum dicitur Feſto:& aliis ferramentũ quo in poliendo utuntur:Vnde amuſſim regulariter:ad amuſſim ad regulam:ex amuſſi a regula metaphoricos: ad quam aliquid exequatur : Filum audio quoſdam illud dicere:amuſſim quo rubrica : uel atro colore oblito uti conſueuerunt ad lineam rectam notãdam fabri:quã ſequantur in materia & lapidibus adæquandis:& aſſeribus tabuliſq; ſecãdis ſerra manuaria:Nam aquariæ ſerræ uno & orto tenore procedentes in ſecando: lineas & notas huiuſmodi ut ſuperfluas fere non admittunt.

Stœcha
Phanes

A tomi corpora inſecabilia: & minutiæ illæ indiuiduæ ſolis radiis per rimas apertionum intrantibus quæ uidentur:ex his omnia conſtare: & omnium rerum principia ab his fluxiſſe Democritus:& qui eum ſequutus eſt Epicurus crediderunt.Ex principiis autem quæ græce Stœchea appellant:& uarie diffinita ſunt:compoſita omnia corpora uolũt phiſici ut refert Vitruuius:Amorem Phaneta quem nominat rerum omnium humanarum principium ponit orpheus in carminibus.

Epagon
Ergata
Arganum
Periphoretus

A rtemo latinis dicitur qui græcis Epagon:tertia in machinis trochlea. Vitruuius In radice machinæ collocatur tertia trochlea:eam autem græci Epagonta noſtri Artemonem appellant: Eſt eidem & Ergata neoterici Arganum uocant:Circa tympanum inquit inuolutus alter funis refert ad Ergatam:item ſine ergata celeriter onus ad ſummum perducunt. Artemon uero is in cuius mollitiẽ inuectus eſt Anacreon ſemper lectica cum domo exiret geſtabatut:hinc Periphoretus id eſt circumlatilis cognomento eſt appellatus.

Culeus

A ſcopam pro culeo & utre Diuus Hieronymus uſurpat de Iudith hæbrea uiragine quæ Holophernem aſtu mu

liebri interfecit: Suetonius quoq; in Nerone/eodem in significatu ascopa uti uidetur / alterius inquit collo & ascopa deligata/simulq; titulus/ego quid potui? Sed tu culeum meruisti/græci ασκωπιτινη uocāt:Eo Suetonii loco Ascopa quibusdam legitur:super quo uelitati sunt inter se Hermolaus & Politianus uiri æque nostra ætate doctissimi hic marsypium & Suida interpretatur/sacculúq; pelliceum ab utre & sacco dictione formata:Ille uero proni calciamento uicinam dicit ascoperam utroq; nomine a pera deducto: qua uoce utatur Aristophanes & Pollux / sicuti & saccopera: Idem auctor Ascopitinam & pitinam quasi culeos uinarios intelligit.

Culeus
Ascopera
Pero
Saccopera
Pitina

Amphicirtos luna erit maior dimidia / & cum minorem plena:nam lune sua sunt incrementa & decrementa figuræq;:cornutam Menoiden uocant: maius deinde lumen concipiens in semiorbe Dichotomos Dichomeniue dicitur/& nostris Diuidua:Plinius modici noua inquit ad diuiduam æstus:Panselinos plena/ut soli aduersa/ Vnde astrologis oppositiones & plenilunia/quæ discrimina Marcianus/ Macrobius/ac præclare Ammianus scripta reliquerunt:

Menois
Dichotomos
Dichomeni
Diuidua
Panselinos
Oppositiones
Plenilunia

Apyrotus quod ignem non sentiat in igne dicitur: Apyron Homerus lebetem dixit / Vnde Athenæus græcos scribit Apyroton uas frigidarium appellare/Et Plinius carbūculos gemmas ab igni similitudine dici asserit/cū ignes ipsi nō sentiant:hinc Apyrustæ quibusdam nominati/ Theophrasto Apyroti & Acausti: Cor. Celsus sulphuris genus ignem non experti Apyron uocat. est & Apyron aurum eidem Plinio: Sed Apyrinum sine nucleo dicemus:

Apyrustæ
Acausti
Apyron
Apyrinum

Aurifex χρυσοχοος græcis ex nomine quid significet norunt elementarii:M.Varro de analogia ubi fodiatur inquit argentum argentifodinas dici:neq; ubi fodiatur ferrū ferrifodinas:qui lapides cedūt lapicidas/qui ligna lignicidas nō dici:neq; ut aurificem sic argentificem:

Chrysocoos
Lapicidæ

A llium ſponte naſcens in aruis allium uocant: id coctum ne renaſci poſſit abiicitur:ſtatimq; quæ deuorauere ali/ tes ſtupentes manu capiuntur:græce Scorodon agrion
Scorodon nam Scorodon allium dicunt:Sunt qui hallium ab ha
Alliatum lando aſpirent:ab allio alliatum condimentum: Plau/ tus in moſtellaria/ſine me alliato fungi fortunas meas: Cibi profecto illiberales allium & alliatũ:O dura meſſo rum ilia quid hoc ueneni ſæuit in præcordiis. Scordion
Scordion uero herba eſt putrefactionibus & uenenis contraria:

A rmillini alpini mures ut ferunt dicti candore eximio cõ/ mendati: horum pellibus extrema ueſtium/ut limbo/
Zibilini circundare conſueuerant: nunc totis ueluti Zibilinorũ quoq; ſubduntur ueſtibus: & lectorum quandoq; deli/ catoribus ſtragulis ſicut nigellæ talparum etiam pelles molli pilo/& pellucido nigrore cõmẽdatæ: Sũt & mu
Muſchi res odorati illi externi quos Muſchos uocãt odore qui Moſchos dicitur in præcio habiti: Aethiopes mittunt & Arabia:

Ceramia A mphoræ uaſa uinaria: quæ & Ceramia & Metretæ di/
Metretæ cuntur:ac latine quadrantalia:Italicæ amphoræ mino/ ris menſuræ fuerũt:Antiochicæ maioris duplo.Plinius de liberalitate Cæſaris dictatoris ĩ uino: Quid ni & Cæ/ ſar dictator triumphi ſui cœna uini falerni amphoras centum Chii cados centum in cõuiuia diſtribuit. Idem hiſpanienſi triumpho chium & falernum dedit.Epulo uero ĩ tertio cõſulatu ſuo falernum/chium/leſbiũ/ami/ terninum/ quo primum tempore quatuor genera uini appoſita conſtat:Hoc autem nõ omittendum quod tra
Bonoſus dit Vopiſcus Bonoſum principem tãtum bibiſſe/quan tum hominum nemo:ſed eũdem tãtum minxiſſe quã tum bibiſſet:ita ut nec ſtomachus nec uẽter aut ueſſica grauarẽtur: Is a Probo certamine ſuperatus laqueo ui tam cum finiſſet ioco locum dedit A mphoram pende/ re nõ homiem:

A tocia quæcũq; medicamẽta cõceptus tollẽtia/ & ſpem
Tocos partus adimentia ut iam dictum eſt: nam tocos partus

græcis:hinc Dyſtocia partus difficultas/& prototocos primus partus/ſed mutato acentu græce etiam hoc ipſo nomine primiparas ipſas ſignificant:Et tocos quoq; uſura eſt a partu pecuniæ/ut fœnus a fœtu/ Vnde τοκιστης fœnerator: Sidonius (ut uideo) poſteriora appellat:M.Varro Impēdiū: noſtri uſurarum mediatores & ſequeſtri Stocum dicunt/& preſertim cum pecuniæ fœneratitiæ locādæ additur res mobilis exſtimata: Dyſtocia Prototocos Tociſtes Poſteriora Fœnus Impendium Stocus Arſenicum

A renicum idem quod Arſenicum & auripigmētum/ cuius uis eſt reprimendi & tollendi quæ excreſcūt: Plinio Vitruuio/Dioſcoridi/Galeno/Celſo & aliis: Auripigmētū

A era numeri nota inqnit Nonius Marcellus: Aſtrologi omnes aeram quoq; initium temporis dixerunt a quo ſupputationes incipiunt: eſt & Aera lolium græcis uertigines & grauedinem capiti inducēs ut ſcribit Dioſcorides:Inde aerinea farina Plinio.xviii. Loliacea/inter uitia frugū id habetur & tritici maxime/ ut Aegilops ordei/Orobanche erui/Aparine lentis/Theophraſto in libro de cauſis plantarum: Lolium Aerineus Aegilops Orobanche Aparine

A bſis fornicis curuatura Cecilius ī epiſtolis cubiculum in abſida curuatum:græcis fere cum aſpiratione & hapſis ī curribus proprie dicitur:Vnde eſt Aurea ſummæ curuatura rotæ:pro eo quod eſt hapſis græce curuaturam poeta dixit latine: in cœlo autem abſides circulos fere ſignificant quos Ptolomæus & alii Ecentros ecentricosue dixerunt.Sed quod abſidem ſummam & imam ueteres appellauere/neoterici nomine(ut uidetur) barbaro Augem & contrarium Augi locum nominauerunt.Ptolomæus Apogæon & Epigæon:Plinius cauſa inquit prima circulorum eſt/græci apſidas in ſtellis uocant:& mox:deductas ab ſumma apſide lineas coarctari ad centrum neceſſe eſt:Sunt eidem Plinio & Apogri uenti a terra:nam uidemus & alios ait quos uocant Altanos e terra conſurgere/qui quidem cum e mari redeunt Tropei uocantur/ ſi pergunt Apogæi:per ſinus autem e mari uenietes Encolpias Ariſtotelles appellat. Hapſis Ecentri circuli Aux Apogæon Epigæon Altani Teopei Encolpiæ

Acentra

A centreta Acentraue quibus centra non sunt/durities clauo similis asciis ferrisq; inimica/quas retũdit sæpius edẽtatq;:talia ex abiete presertim Fusterna tabulas asseres tignaq; habere conspicimus:

Postuerta
Prosa

A grippæ qui pedibus antedictis/ex utero matris prodeũt in lucem:huius periculosi partus deprecãdi gratia duabus carmẽtibus aræ positæ:quarũ altera(inquit Gellius) postuerta Prosa altera/a recti peruersiq; partus & potestate & nomine.

Diaspasma
νοτισ
Adiantum

A spergo græcis Diaspasma/ad cohercendos sudores qua utũtur:ueluti sunt quæ siccis constant odoribus:Plinius de rosa Et atridis & ex pressis aliquis usus Diapasmata inde fiunt ad sudores cohercendos:At cum.xxxvi. scribit lapidem aspergine & gelu pruinisq; rumpi in testas madorem ex uligine & situ Hermolaus intelligebat qui græce νοτισ dicatur:Vnde.xxii. de Adianto herba umbrosas inquit petras/parietumq; aspergines/ac fontium maxime specus sequitur & saxa manantia quod miremur cum aquas non sentiat:& .xiii. de palma Tectorii uicem hæc parietibus/pletisq; in locis præstat contra aspergines:Vitruuius autem ex nimbis quæ suscitatur & facile penetrat Asperginem uocauit Vti cum tempestates inquit uentosæ sunt/non possit Aspergo in interiorem partem peruenire: Iureconsultus ad L.rhodiam de iactu : Si aspergine propter iactum res ait deteriores factæ sunt:

κοπουσ
Apona

A copa medicamenta quæ lassitudinibus quas græci κοπουσ uocant conferunt:ut Apona/quæ tamen non tam quia morbis aduersantur nominata sunt/q̃ quod citra ullum dolorem remedium afferunt: Vnde Aponi fontes patauini Cassiodoro dicantur appellati: De acopis Plinius non semel:& Cor.Celsus Acopaq; ĩquit utilia neruis sunt.

Scindalmos

A ssula græce Scindalmos:a qua assulatim Plauto minutatim auctore Nonio:est enim resegmen recisamentumue e materia : Vitruuius pro fragmento posuit quod mar

moratii ex operibus deiiciunt: Scirros græcis appella/ tur: E ligno autem Schidia idem nuncupat/Sarmenta inquit aut tedæ ſchidiæ comburantur: item Interual/ laq; quæ relinquiuntur propter craſſitudinem materiæ ſchidiis & luto obſtruunt: Sicut etiam Epiſchidion lib ro.x.pro cuneo qui σφην græcis:quo ligna ſcinduntur: e quibus nunc quoq; Schidias paſſim dicũt noſtri Par/ menſes:σχιζω ſcindo: Vnde Schiſma/& inde Schiſ/ matici: Schedia uero extemporalia & repente ſcripta græci uocant: qualia poetæ in primis ſolent cum Deo agitante caleſcunt:& Syluas ſuo nomine appellant:

Scirros · Schidia · Epiſchidion · Schiſma · Schiſmatici · Schedia · Syluæ

Aſſeres tigilla dicuntur non tabulæ Vitruuio Iuuenali Pli nio ab aſſidendo trabibus parietibuſq; ut placuit Feſto: fuit quando tabulas errore cum multis communi exi ſtimarem:& coaſſationem ab aſſeribus dici/cum ſit ab axibus id eſt tabulis ſectilibus eidem Feſto: ut aſſamen/ ta: Axes ſtipites teretes quoq; appellari ſciunt infantes puelli:hinc axis plauſtralis:

Coaſſatio · Axes · Aſſaméta

Anſæ & Anſulæ uaſorum notiſſimæ:ſunt & in calceis cre pidiſq;: Tibullus/ Anſaq; compræhenſos adligat arcta pedes:Plinius/feruntq; a ſutore repræhenſum quod in crepidis una minus pauciores feciſſet anſas:Et in ædifi/ ciis ut quæ lapidum iuncturas adligant:Anſa quoq; di/ citur quam(ueluti quæ uncinata ſunt)capere & tenere poſſumus:Apuleius: Loro q̃ ualido ad anſulam quan/ dam deſtinatum: Vnde metaphoricos Plautus ĩ perſa: Tace non tu illum uides querere anſam/infectum ut fa ciat:non aliter.M Cicero in lælio/quo plures inquit det ſibi tã q̃ anſas ad repræhendendum. Fuerunt & ueteri/ bus Anſatæ iaculamenta cum anſis/auctor Nonius:

Anſulæ · Anſatæ

Aſcules latinis utricularius qui tibia fiſtulaue utitur utricu lo addita: Vnde Martiali canus aſcaules: & Suetonius de Nerone Vouerat ſi ſibi incolumis ſtatus promáſiſſet proditurum ſe parta uictoria ludis etiam Hydraulam & choraulam & utriculariũ: Aſcos græci uocant utres: Vnde Aſcitæ arabes qui bubulos utres binos ſternẽtes

Vtricularius · Aſcitæ

Ascitæ

in mari pirraticã exercebãt:& Ascites genus hydropis.

Leucoma
Pictacium
Matrix
Matricula

Album quod græci Leucoma etiam ut ait Pollux dixere tabula est in qua iudicum nomina erãt descripta Pictacium quandoq; dicta & Lampridio Matrix in uita Alexandri Cæsaris: Vnde Parmensis Matricula notariorũ: in qua & ipse ab adolescentia conscriptus: Domitianus Cæsar equitem romanum ob reductam inquit Suetonius in matrimonium uxorem cui dimissæ adulterii crimen intenderat erasit iudicum albo: ab eodem in Nerone dicitur album citharedorum & Apuleio album musarum: At Vlpianus libro.l.digest. In albo Decurionum inquit & municipum nomina ante scribi oportet eorũ qui dignitates principis iudicio consecuti sunt: postea eorum qui tantũ municipalibus honoribus functi sunt ita omnium magistratuum habeatur tabula: nam Ciceroni & album tabula Pont. Max. qui annales maximi appellati: sed de pictacio ut scriptura legimus.xii. libro digest.' Actuarii nisi expleto.xxx.dierum spatio Pictacia autentica confestim tradiderint:

Annales maximi

Anodyna quæcũq; dolorem leuãt medicamina leuareue solent inducendo somnum prouocandoq;: quibus uti nisi nimia necessitas urgeat alienum est: ut consulit Cor. Celsus: sunt enim ex uehementibus medicamentis & stomacho alienis officientibusq;:

Amptron funiculum illum notat qui per iuga ipsa tenditur: aut quo iumẽta ueterina trahunt ferũtq; onera:

ἀκρος
Acrolython
Acroaterium
Acroamata
Acromata

Acroteria in ædificiis summa frontis parte ad decorem collocantur unde nomen ἀκρος summus altus: ἀκρωτήριον promontorium: Acroceraunia montes alti a fulminibus Acrolython colossi statua Vitruuio: Acroaterion autem dicemus auditorium: Acroamata Acroamataue Suidæ & Gellio auscultationes & laudes fere aliquando mimos & histriones Athenæo & Lampridio: Sunt eidem Gellio Acromatica in quibus philosophia remotior subtiliorq; agitatur unde Acromaticæ commentationes Aristotelicæ:

A posphragisma insigne sigillum insculptio fere gemmæ & anuli signatorii quo signemus: Cecilius ad Traianũ signata est inquit anulo meo cuius est aposphragisma quadriga σφραγισ signum/σφραγιζω signo: Vnde Cor.Celso sphragis est pastilli genus celeberrimum: ut Plinio Rubricæ genus sphragis quæ nisi signata uenũdabatur: Scribit Iulius Capitolinus iam diu credi in omni actu negocioq́ suo eos iuuari qui Alexandrum magnum expressum uel auro gestauerint uel argento: Sphragis

A utomatos suæ spontis inquit Gellius & fere ut autocinetos se ipsum mouens: Automathes a se ipso edoctus/qualis Epicurus & esse & haberi uolebat/cum se ipsum in omni disciplina magistrum sibi fuisse iactaret: Autocinetos Antomates

A phetactus/& Geusis gustus/e quinq́ sensibus quos græci Aestheses uocant: omnibusq́ insunt animantibus preterq̃ imperfectis ut scribit Gellius: Vnde aphe Martiali de pulueris inspersiõe tactuq́: Seneca epistolarum septimo. Totum athletarum fatum in illo die perpetiẽdum fuit a Ceromate nos aphe excepit in crypta neapolitana: Nam ceromate quod unguen est Athletæ luctatores delibuti/& aphe flauescentes certauerunt: Vnde Coneti uictores dicebãtur a pulueris inspersione/sicut e cõtrario Aconeti quod erit nullo quasi labore/aut q̃ modico: a puluere ipso Conisterium in structuris palestrarum locus Vitruuio appellatur. κονισ Puluis: Vnde & Conipedes epidauriis homines e media plebe qui in agris diuersantes/atq́ inde urbem uenientes ab puluerosis pedibus agnoscebãtur: & eo nomine notati: cum nobiles ατρευνοι uocarentur: Geusis Aestheses Ceroma Coneti A coneti Conisterium κονισ Conipedes Attynoe

A nypodeti nudipedes/excalciati planipedes: qualis olim Anacharsis ut ex illius epistola ad Hannonem ostendit: & fraterculi e nostris non uni/carcere religionis mancipati/licentiore tamen libera ut plurimum custodia: Planipedes

A theos sine deo/Diagoræ Melii cognomẽ negãtis ullos ẽẽ deos: dubitauit ꝓtagoras adherita: alii deos ẽẽ uoluerĩ

quidem sed mortalia hæc non curare: ut Epicurus: plurimi esse procul dubio & cuncta moderari/ ut Stoici: & calimachus in Iouis hymno eum ipsum scribit facta dictaq; hominũ & ĩ primis regum speculari: omnibus uero nunc fere/ unus est Deus creator omnium/ rector/ cõseruator/ omnipotens/ æuiternus:

Deus

A rsenocoeta puerorum emasculator/ pedico/ diuisor/ pullipremo/ qualis Galba qui libidinis in mares pronior & eos non nisi preduros exoletosq; fuit: at claudius Cæsar mariũ omnino expers cũ in fœminas libidinis fuisset profusissimæ: & Albinus imperator mulierarius ĩter primos amatores: aduersæ ueneris semper ignatus: & talium persecutor: Arsenothelys uero quo uerbo utitur Aristoteles notat animalia quæ se ipsa ineunt/ ut inter pisces Trochus: masculofœminos interpretatur Theodorus:

Diuisor

Arsenothelys

A spis scutum: unde Chalcoaspidas ab æneis scutis uocãt/ & Rhipsaspidas qui præ timore abiecto scuto turpiter fugiunt Aspis ciuitas quæ clypea in africa: Aspis serpẽs perniciosissimus: cuius generis est Hypnale somnifica uiperinens: qua occidit Cleopatra: siue Ptyade/ ut nonnulli uolunt/ quod est aliud genus græcis Plinioq; uenena ĩ oculos hominum expuens: πτύω expuo: Cor. Celsus Aspidas morsu ictus aceto epoto puer liberatus/ credo inquit quoniam id quamuis refrigerandi uim habet/ tñ hẽt etiam dissipandi/ quo fit ut terra resperfa eo spumet:

Chalcoaspidæ

Rhipsaspidæ

Hypnale

Ptyas

Acetum

A uleticus tibialis calamus Plinio/ nam aulos tibia: Vnde Monaulon simplicem uocant tibiam/ Mercurii ĩuentũ: ut Mydæ in phrygia obliqua: & Marsiæ duplex tibia: siue Osiridis in ægypto: Incentionem cantũq; unica tibia Monodiũ appellant: sed meo periculo & sola tibia musicoue alio instrumẽto & assa uoce unica cantum hoc nomine dixeris: e contrario Synodium.

Aulos

Monaulon

Monodium

Synodium

A deps pingue quoddam nec cogitur nec siccitate aliqua fragitur/ ut diximus/ Aristoteles de partibus animalium lib. ii. & hist. tertio Seuum in fine carnis semper fragile

Seuum

esse/ & cum refrixerit concrescere: Adipem uero iter carnem cutemq; liquidum/ minimeq; aptum durari notauit: ut mirum uideri possit cur Plinius aliter super seuo & adipe senserit: ipsius hæc uerba sunt ex .xi. cornigera una parte dentata/ & quæ in pedibus talos habent seuo pinguescunt/ bisulca scissisue in digitos pedibus: & non cornigera adipe: concretus hic & cum refrixit fragilis/ semperq; in fine carnis/ contra pingue inter carnem cutemq; succo liquidum: æstiment bene eruditi: Hoc unũ testari lubet: boues capras oues adipem non habere: cãdelæ ex eo ad quotidianos usus non probantur: quia facile distillant: ex seuo cõmendantur: Inuenio autem adipes iesse hominibus suib⁹ anatibus/ gallinis/ anseribusq; unde ex iis adeps Comagenus Syriæ peculliarii præclariq; medicaminis & unguẽti appellatus: sed usurpãtur sæpissime hæc nomina quia pĩguedinis utraq; sunt: Adipatum. M. Cicero & alii ueterum honeste pro pingui & opimo posuere/ sed adipe quoq; legimus. Candelæ Coamagenus adeps Adipattu Adipale

A nterides & Erismæ structuræ dicuntur quæ ad conseruandam inter cætera frõtis structuram a lato gradatim contactæ adponuntur: ne extrudantur terra congesto pondere structurarum ut inquit Vitruuius septiones: neue fiant interdum proclinationes instructuris ερισμα græce munimẽtũ αντερισ aductatio & αντερειδω renitor/ inhæreo: Erismæ

A bacus ĩ summo capituli colũnarũ planities/ cubile epistylii erit: Abacos quoq; supra podia subigendos & poliendos docet in .vii. Vitruuius/ & solis abacum pro disco eius accipiunt astrologi: Idem Vitruuius lib. viiii. de horologiorũ ratione/ usu/ & inuentione scribit Aristarchum samium inuenisse discum in planitie. Discus

A pocastasis redintegratio restitutio/ instauratio astrorũ dicitur astrologis mathematicisq; perfecto orbe temporis quo/ ad carceres unde coeperant iterũ illa stellarũ ac sy derũ oĩum quæ Aplanes habet ut ille ĩquit esseda meauerit huius anni maximi hyems sũma est Cataclysmus Cataclysmus

Ecpyroſis — diluuium diluuionemq; noſtri uocant: æſtas uero Ecpy/roſis mundi incendium ἐκπυρόω incendo: Accidit enĩ ſeculorum ſpatiis conuerſionibuſq; longioribus mun/dum tũ exundeſcere/ tum exardeſcere: futuram aũt or/bis diſſolutionem incendio theologis eſt iam diu rece/ptum: etiam ſi philoſophorum complures æternum uoluerint.

Acrocomæ — A cerſecomes intonſus Apollinis cognomen a radiis fron/tem perpetuum cingentibus: Acrocomas quoq; dici/mus demiſſitiis & longis capillis: Sunt tamen qui nectẽ/tes ad ſummum capitis uerticem crines hoc nomine appellari uelint:

A podos galloꝝ gallinaceorum uocem cum ĩtempeſtiuũ canunt ſignificat ut quibuſdam placuit: dicitur quidem cantus quicũq; fere abſonus: nam ea uox eſt quæ neq; choro neq; fidibus concordat:

Apathia — A pathes ſine affectibus: Apathia omnium affectuum ua/catio græcis dicta quæ hominum paucis contigit: nam
Pathe — quæ noſtris perturbatiões ſiue affectus Pathe a græcis uocantur:

A garicum glandiferæ Galliarum arbores ferunt ut ſcribit Plinius eſt autem fungus candidus odoratus antidotis efficax: naſcitur in ſummis arboribus/noctu relucens de cerpitur:

A læ ſub brachiis qua thoraci hæc iunguntur in homine dictæ ſunt & Plinio ĩ robore qua rami e trunco e ramis aliis exeunt alarum quadam ſimilitudine: Vnde Theo/
Maſcalides — phraſto Maſchalides uocantur: μασχάλη ala græcis
Maſchale — nam qua uolant alites πτέρυξ appellatur: Alæ in equi
Pteryx — tum ordinibus Vegetio Modeſto Vergilio cæteris: hinc
Alarii — Alarii & Alares milites dicti:

Exalburnatus — A lburnum/unde exalburnatæ arbores/a colore in arbori/bus adipes uocant a cortice cutẽ proximos: quibus ca/ro ſubeſt/huic oſſa/id eſt materiæ optimum & tanq̃ nu/cleus: ſanguis quoq; qui eſt humor: hiſdem nerui & me
Tubera — dullæ ut ſcribit Plinius: quibuſdam ſunt & Tubera ſicut

in carne glandia:in his nec uena nec pulpa est/ quodam callo carnis in se conuoluto:hæc preciosissima in Citro/ & acere/ dat & alnus tuber sectile nec aliæ arbores qđ sit in precio: — Glandia

Ablaqueator excodicator:nam ablaqueare quod excodi/ care Palladio est circa radices arbo℞ terram ingestam sarculo aperire/ut afflatum habeant:unde græci ριζο/ τομεισθαι και περιαιρεισθαι dicuntur:inde abla/ queatio & excodicatio : cui cõtraria est accumulatio cũ radices operiuntur utilissima cum arbores defloruerint/ at uitibus uariante uua/ — Excodicator — Ablaquatio — Excodicatio — Accumulatio

Abrotanũ amaritudine cognitum/seritur & semine & sur culis : utilissimũ neruis/lumbis/tussi/urinæ angustiis : ra/ mus eius puluino subditus uenerem stimulare creditur: efficacissima quidem herba est aduersus omnia uenefi cia quibus coitus inhibeatur:

Asphodelus herba mãditur/& semine tosto & bulbo/sed hoc ĩ cinere:dein sale & oleo addito: radix simulis napis modicis/nec alia numerosior inquit Plinius octoginta simul aceruatis sæpe bulbis : folio porri siluestris / caule acinoso:Anthericon uocat Theophrastus & alii:bulbos uero asphodelum/nostri illud albucum dicũt & aspho/ delum/hastulam regiam. — Anthericon — Albucus — Hastula regia

Athara medicamentum ex olyra frumenti genere Plinius xxii.olyram Arincam diximus uocari : hac decocta fit medicamentum quod ægyptii Atharam uocant infan/ tibus utilissimum/sed & adultos eo illinunt: — Olyra — Atrinca

Arbutus quæ & unedon a radice ut corylus ramosa spon te ꝑuenit folio latiore lauri flore candido/ fructu uiridi & per maturitatẽ ruberrimo qui esui est:abundat eo cor sica Armolinũ uocant & romani uulgo Cerasa marina cœpere maiore q̃ fraga/græcis duo sunt genera ũde co/ maron & Memecylon appellant/ ex quo apparet ĩquit Plinius.xv.totidem esse & apud nos/ Pomum ĩhono℞ est ut cui nomen ex argumẽto sit uno edendi Vnedon. — Armolinum — Cerasa marĩa — Comaron — Memecylon — Vnedon



Ambidens

Identes instrumenta ferrea rusticorum olitorúq; usibus nota: bidentes hostiarum genera A.Gellio/cæteris: Ambidés inquit Festus siue bidens ouis appellabatur quæ inferioribus & superioribus esset dentibus: & alibi oues dixit dentes duos altiores habentes: & Duidens item hostia bidés: dictas a numero annorum sunt qui uelint quasi biennes: Vnde Pomponio in atellana bidenti uerre / & alii quod binæ pecudes imolarentur cum erant diis facturi: inde Iouis ictus fulmine locus Bidental uidetur appellatus:

Duidens

B isontes in germania presertim iubati boues feris similes pernicitate: capti assuescere manu nesciunt / Plinius & Solinus. At Bubali bouum genus nigricans eximiis uiribus ad plaustra onusta trahenda: Trahunt autem nares iuncti sicut boues cornua: iugo tamen utrisq; inposito: Sed trahunt quoq; / unde prouerbium bubalus naso:

Bubalij

B iothanatos morte uiolenta/non naturali mortuos dicũt quales fere & fuerunt/& futuri sunt iniqui principes & tyranni/quorum miserrimam cõditionem aiebat Domitianus Cæsar utpote quibus de coniuratione comperta non crederetur nisi occisis: Sed pauci profecto sunt boni ex licentia / & propter mala in primis consilia: Vnde Traiano imperatori a quodam homuncione dictum est: meliorem esse rempublicam/& prope tutiorem in qua princeps malus sit / q̃ ea in qua sint amici principis mali: etiam si facilius uidetur a bono principe malos uinci: q̃ malum principem a bonis corrigi posse: Et scurra Claudii mimicus ille in uno anulo bonos omnis principes scribi posse asseuerauerit: Nihil profecto difficilius bono principe: Mortem ipsam uiolentam Biathanaton quoq; græci dixerunt/nam βια uiolentia: de qua Maro æneid.iiii. de Didone/& Plautinus Teuropides ĩ mostellaria/quia præmaturæ inquit

Tyrãni

Principes bõi

βια

uita careo:me in acherõtem recipere Horcus noluit: sed mature mori dicitur q numeris expletis sua morte moritur/& quisquis iam grãdæuus fato concedit:Aetas autem hominis animi. lxx. si multum . lxxx. & quod amplius est labor & dolor inquit psalmographus: At Trebellius Pollio mathematicorum doctissimos scribit centum uiginti annos homini ad uiuendũ datos iudicasse/ neq; plures cuiq̃ cõcessos:illud adiicientes Mosen unicũ dei ut Iudæo℞ libri loquuntur familiarẽ centũ uiginti quinq; annos uixisse:cui tñ etiam conquerenti quod iuuenis ad huc decederet responsum ferunt ab ĩcerto numine neminẽ ultra esse uictu℞:Plinius attamen in censu Vespasiano℞ refert Parmæ delatos duos .cxxx. anno℞ Placentiæ unum.cxxxi.Fauentiæ unã mulierem.cxxxii. BononiæL.Terentium Marci filium.cxxxvii. Hinc ego crediderim uiuendi nullum certum statutum esse terminum optimumq; mori ante senii tedium & odium/ ante repuerescentiam:

Mori maturæ

Aetas hoĩs

Moses

Repuerescentia

Bracteārii bracteas auri argentiq; operibus ĩducẽtes/& earum opifices dicuntur:Plinius de Bracteis/Auri ĩquit unciæ in septuagenas/& qnquagenas plures bracteas quaternũ utriq; digito℞ sparguntur: crassissimæ ex his Prestinæ uocantur:proxima Bractea Questoria appellatur: Bractea autem tenuior est lamina:excogitatæ sunt & ligni bracteæ.

Bracteæ

Baccæ fructus quales sunt Cornus arboris/ oliuæ/myrti/lauri & id genus alia℞/Baccæ margaritæ: unde monile baccatum/nam Bacchæ a numine Bacchi appellatæ scribit Alexius Lampridius / Alexan.Cæsarẽ matronas regias cõtentas esse uoluisse uno reticulo/atq; inauribus & baccato monili/& corona cum qua sacrificium facerent:& unico pallio auro oparso & cyclade/quæ sex unciis/auri plus non haberet:

Baccatũ monile

Bacchæ

Bissacia uestis uulgo etiam nunc in usu/ rustico℞ maxime nominantur: Siue Bissacena a regione africæ Bissacia nomen mutuatur:At Byssina uestis a bysso in ligni gene

Bissacena

Byssina

re iudæis olim in usu præcipuo de qua sumus dicturi.

Baliæ uestes Vopisco in Aureliani Cæsaris uita subruffæ dicuntur/etiam si scriptum est quandoq; Blateas/sicuti eo ipso loco Chloreas uirides iure quis dixerit/non autem Colorias nam χλωρος uiridem significat: Vnde chlorides gemma Plinio. xxxvii. herbacei coloris: & χλωροτης est uiredo: Sed & flauum sæpenumero a quo uestes has qnidam uolunt appellatas: & eidem Plinio.x.chlorion auis totus est luteus/qui hyeme non uisus solstitio procedit. Balius autem color Spadix dicitur & puniceus: sunt enim Synonima: exuperantiam splendoremq; significantia ruboris/quales sunt fructus palmæ arboris non admodum sole icocti: Spadica Dorici uocant inquit Gellius e palma termitem cũ suo fructu/alii Baia. Vnde Balius color in equis commendatur Vergilio ut generosis.

Cholereæ
Chloros
Chlorides
Clorion
Baluis color
Spadix
Puniceus

Bulla inter ornamenta maioribus: Plinius a Prisco Tarquinio omnium primo filium cum in pretextæ annis occidisset hostem bulla aurea/donatum constat: unde mos bullæ durauit/ut eorum qui equo meruissent filii id insignem haberent: cæteri lorum/Bullæ in aquis cum pluit tumores uentosi cito euanescentes/hinc homo bulla dicitur Mar. Varroni: Bullæ item clauli scutulati ad ornatum in postibus ĩ cingulis quoq; ut calphurnio in equoꝝ mulaꝝq; pectoralibus/postilenis/frontalibus & aliis: Plautus in asinaria Iussin dari bullas has in splendorem ædibus nostris?

Baia
Lorum
Non bulla

Baxeæ philosophoꝝ cum primis crepidulæ: Appuleius Nec qui pallio inquit baculoq; & baxeis/& hircino barbitio philosophum fingeret: Plautus in menechmis qs est peniculus? qui extergetur baxeæ.

Balanus suppositorium id genus alui subducendæ quod clysteris loco ĩmittitur sedi/e melle cocto/radicibus herbaꝝ lardo/& aliis: a spetie glandis longæ nomen accepit quæ græce balanos: id ex adipe & niteo ut plurimũ fecere: quod refert Pollux: usus est & medicus Hippo-

crates uerbo ῥαλαγίσαι:a balano Myrobalanũ Martiali:Quod nec Vergili⁹ nec carmĩe dixit Homerus Hoc ex unguento constat & ex balano: Plinius Myrobalanũ nascens unguento ut ipso nomine apparet:quo item indicatur & glandẽ esse/ fructus magnitudine auellanæ nucis:Vnguentarii autem tãtum cortices premunt:medici nucleos tundunt affusa eis paulatim calida aqua: Institores & fecem unguenti hoc nomine appellant:sed & Myrobalanum græci uocant quod ex unguento & palmulis fit ad lienem inquit Celsus: nam balani e palma etiam dicuntur ut refert.xiii.idem Plinius: Myrobalanũ

Bilis atra ea est quam Melancholian græci uocant: unde melanchonici:Plautus in Amphitrione:Atrabili percita est/nulla res tam delirãtes homines cõcinnat cito:& in captiuis. Atrabilis agitat hominem: Festus/atra bilis ab atro id est/ animi uitio dicta: bilis uero rubra cholera/a qua cholerici: Sed bilem etiam apud afros humanum semen humi profusum dici autor est idem Festus:Est & citrina/uitilina/prasina uiridisue/adusta/& accida Platoni salso sapori permixta: de quibus Auicenas Gallenus Schola medicorum unde biliosus:Cor.Celsus: Vomitus inquit in secunda etiam ualitudine biliosis necessarius: & biliosum quoq; sputum idem uocat ex bile quæ in stomacho hæret interdum:de bili atra nõ pauca Aristoteles improblematibus: ubi censet: stolidos attonitos/ ignauos esse quibus ꝑmulta & frigida sit: eos uero quis plurima & calida percitos ĩgeniosos/acies/ꝑpensos/ad omnem excandescentiam. Melancholia Cholera Biliosus

Boa papula rubens & fera:Plinius Boas tollit fimum bubulum: unde & nomen traxere: idem / Boa appellatur morbus papularum cum rubent corpora / Sabuci ramo uerberatur: Festus Pompeius Boa inquit serpens aquatilis græce hydra:a qua icte obturgescunt: crurum quoq; tumor uiæ labore collectus Boa appellatur:Plinius de serpentibus/faciunt his fidem inquit ĩ Italia appellatæ Boæ in tantã magnitudinẽ exeũtes ut diuo claudio Hydra

principe occisæ in uaticano solidus in aluo spectatus sit infans: aluntur primo bubuli lactis succo: Vnde nomen meminit & Solinus: Est & Tama cum itinerario ex labore sanguis in crura descendit nō sine tumore: eadem fere quæ Boa: Lucretius Inguen ne existat papulæ tama ne boa noxit:

Tama

B ubones circa inguina presertim extuberant & inde nomen: βουβον inguen græcis: & nostri quoq; inflámationes eius membri collectionesq; Inguinarias uocant: Plinius Aster herba inquit ab aliquibus Bubonion appellatur: quoniam inguinum præsentaneum remediū est: Vnde & Bubonocellæ ramices inguine tenus erumpēte intestino: siue cum uarices inguen impleuerunt quod Celso placuisse uideo: At Bubones aues notissimæ a sua uoce nominate Varroni:

Inguinariæ
Aster
Bubonion
Bubonocelæ

B rondocela tumor in ceruice ut diximus. Cor. Celsus. vii. At in ceruice inter cutem & asperam arteriam tumor increscit bronchocelen græci uocant quo modo hebes caro/interdum humor aliquis melli aquæue similis includitur: interdum etiam minutis ossibus pili immixti:

B ronchus membrum musculosum ad fauces neruosum & cartilaginosum uocis est/ut quibusdā placuit instrumentum: alii non bronchum id simpliciter/sed bronchi caput nominant quoniam ut inquit Galenus/& ipsa arteria brōchus appellatur: Brunci autem Marcello sunt ore producto/dentibus prominulis ex Lucilii satyra: Plinius Labra inquit a quibus Brūci & labrones dicti: ubi tamen Broci quandoq; legitur: & mox: senectus ait in equis & cæteris ueterinus intelligitur dentium brochitate: hoc est prominentia & magnitudine: Nam & M. Varro de canibus rei rusticæ secundo Brochos uocat & græci a dentibus Proodontas:

Brōchi caput
Brunci
Brochi
Brochitas
Proodontæ

B ulimia immodica & ualida fames/qualis īterdum post febres euenire solet reualescētibus: ita ut a cibo sumpto etiam esuriant/caninum medici nostri dicunt appetitū: qui cohibēdus est/ne inducat recidiuam aut alios mor

bos βουλιμον græci uocant: λιμοσ fames est/ βου autem maximis & amplis quibusq; rebus ut iam scri/psimus preponebāt:de quo Festus: Vnde Bupedas bu/sycon/bumasten dixere: — Bulimos Bu Limos

B ua infantibus potio dicta Nonius & Cato auctores/ut eisdem pappa cibus:mama mater/tata pater sæpissime appellatur: Sed & Buas mala omnia pueruli infantes nostri uocare solent: — Pappa Mama Tata

B olis quicquid ad explorandā aquæ altitudinē in undis mittitur:βολοσ και βολη græcis iactus: Vnde Bolides faces lāpadesue Plinio & aliis sunt totæ ardētes/& lon/giorem trahētes limitem:qualis mihi uisa est cum hæc scriberem nonis Augusti M.D.XI:& olim mutinēsibus malis apparuit ut refert idem Plinius libro secūdo:qui xxxiiii. Discobolon mittētem discum appellauit: — Bolides Discobolos

B arbiton īstrumētū musicū:Vnde est/nō facit ad lachry/mas barbitos ulla meas: Ausoni⁹.Hoc gn̄re & chordas & plectra & barbita cōde/Hoc die mercatus cras citha rædus eris:mētionē habet & Flaccus odarū primo:

B alsamū pro opobalsamo usurpat̄: stillat hoc ex arbore balsamo incisa uitro/lapide osseisue cultellis: p̄ferturq; cæteris odoribus ut raræ suauitatis: Lac coagulat/& in ueste maculas nō relinquit/nisi fuerit uitiatū/nam & ip/sum adulterat̄: Arborē Iudeæ peculiarē: urbi primum ostēdere imperatores Vespasiani:lignum surculos & ra malia Xylobalsamum uocant: — Opobalsamū Xylobalsamū

B rachiale brachii ornamētum/& pars ea manus dicitur quam Carpon græci nomināt:Plinius Mēstruo in lana arietis nigri argēto brachiali incluso: Neoterici hoc no/mine munimenta brachii ferrea/atq; aureas in brachiis torques ad ornatum appellāt:ut aurum brachiale: — Carpon Argētum bra/chiale Aurū brachia le

B lattæ scarabei lucifugæ/libris nocētes:nam in domibus noctu errāt:& interdiu in parietū cauis/inter libros non cōstrictos/& chartas delitescunt: Inde blattaria balnea subobscura Senecæ:At nūc inquit blattaria uocāt bal/nea/si quæ non ita apta sunt ut totius diei solē fenestris — Blattaria

amplissimis recipiãt: nisi & lauẽtur simul & colorẽtur: nisi ex solio agros & maria prospiciãt: nam blattaria loca & cauernulæ blattarũ dicũtur: Blattæ ipsæ ĩ balneis maxime humido uapore procreãtur & in culinis: Blateas bullas luti ex itineribus: aut quod calciamẽtorum solis eraditur appellabant auctor Festus:

Blatræ

B aphia tinctoria Seruio in quibus lana tingitur, officinæ dicuntur infectorum quos tinctores passim uocamus: Lãpridius in Seuero Cæsare Probũ refert baphiis præfectum: βαφευς ĩfector: Dibaphũ M. Ciceroni bis tinctum purpura: βαφη ipsa infectura: Abaphos nõ infectus: Et Embaphia ab intingẽdo usu inter uasa escaria:

Tinctoria
Infectores
Dibaphum
Abaphos
Embaphia

B rephotrophia loca in quibus alũtur pueri expositicii q spurii nothi, uulgo cõcepti & illegitime nati qualia Italiæ multa sunt: & apud nos Hospitale Rodulphi quod uocãt βρεφος infans, τροφη educatio alimẽtum: Vnde Polytropha multi nutrimenti: ut sunt omnium animalium testes, & medullæ: de brephotrophiis mentio habetur in autenticis, & apud Iustinianũ libro primo.

Spurii
Nothi
Trophe
Polytropha

B urrhus rubẽs cibo ac potione ex prãdio cœnaue: nam πυρρον burrhũ quod dicebãt ruffum significat unde rusticis burrha bucula dicta rostro quæ sit ruffo: & Burrhanica potio ex lacte & sapa mixtis a ruffo colore:

Pyrrhon
Burrha
Burrhanica

B asis columnæ unius, statuæ uasisq; torus fere & sedes: Vnde bases Iurecõsulto uasorum orbiculos significare nõnulli uoluerunt, qui subponuntur poculis in mensa præsertim ne mappæ uino subdefluo maculentur:

B asilica Plauto & aliis a rege uestis dicta: βασιλευς rex: ut basilica locus de quo multa Vitruuius: basilicæ editiones: basilicus uicus: & innumera, Basilea regius principatus bonus qui esse debet: hinc opponitur Tyrãnidi: & Plato Aristotelesq; illum anteponunt Aristocratiæ optimatium, oligarchiæ paucorum, Democratiæ populi qui sunt pricipatus: Monarchia unius, Polyarchia multorum appellabitur:

Basilia
Tyrannis
Aristocratia
Oligarchia
Democratia
Monarchia
Polyarchia

B uceriæ boum armẽta quæ Bucera: A. Gellius. x. Terram

Bucere

italiam de græco uocabulo scripserũt quoniam boues græca ueteri lingua Ιταλοι id est uituli uocitati sunt: quorũ in Italia magna copia fuerit:buceraq; in ea terra gigni pasciq; solita sint cõplurima:Festus Bucerũ pecus de bubus iquit dicimus:Bucẽtrũ stimulus boum Bucẽtæ ipsi stimulatores quod nomen trãsiit ad Tabanũ: Italia Bucẽtrum Bucentæ

B itumen Asphaltusue auctore Plinio alibi limus alibi terra:Limus a Iudeæ lacu asphaltide emergẽs:terra in Syria circa Sydonem oppidũ maritimum:spissantur hæc utraq; in densitatemq; coeunt : calcis usum præbuit ita ferruminatis babylonis muris : liquidũ bitumen Pisasphalton appellatur ex argumento picis & bituminis Naphta bituminis generi a quibusdã adscribit᷑ de qua idem Plinius libro.ii. Vitruuius quoq; Babylone inquit lacus qui limneasphaltis appellatur habet supra natãs liquidum bitumen/quo/& latere testaceo structo muro Semiramis circundedit Babylonem Item Ioppe in Syria arabiaq; numidarum/lacus sunt magni qui emittũt bituminis maximas molles / & crebræ quoq; ibi sunt lapicidinæ bituminis duri: Asphaltus Pissasphalton Naphta

B atioca patera ex argento alioue metallo in sacris presertim/cuius meminit ni fallor Plautus in Sticho:& Batiolæ uasis mẽtionẽ habet ex eodẽ Plauto Nõius Marcel. Batiola

B litum herbam esse quã nostri olitores spinaciam a seminis ut plurimum spinoso cortice/ & nos in lib. de partibus ædiũ olus hispanũ appellauimus facile credimus quando Plinius. xviii. in horto inquit satorum celerrime nascuntur Ocimum/blitum/napus/& eruca/& statim paulo infra:nudum semen apii:Coriandri/aneti/feniculi/cumini:cortice obducta bliti/bete/ a triplicis/ocimi/at lactucis in lanugine:Esse autem blito semen cortice obductum liquet: ac satum erumpere ocyssime per uer & autumnum ipsi utpote experti liquido scimus: Est præterea olus insipidum / fatuum / unde in comœdiis apud ueteres bliteæ meretrices: Spinacia Bliteæ

B yrsa coriũ/unde Byrsam quã Bursam/y/in/u/ut sæpius Bursa

Bursa trāseūte/uulgo marsypiū uocāt/e corio ut plurimū fie/ri solitā.nam fiūt & /e/serico interdū crumenæ/& ex hamis ferreis adfabre tornatis/ nō sine corio tñ ītus sæpe adsuto: Byrsam saxū Carthagie fuisse scribit Eutropi⁹.

B ruscū aceris tuber arboris uocāt/ e quo fiūt mēsæ nigrescētes:Plini⁹ pulcherimū uero est bruscū inqt/ multoq; excellētius etiā Molluscū tuber utrūq; arboris eius:Sed

Molluscum
Mensæ

bruscū ītortius crispū/molluscū simplicius sparsum: & magnitudinē mēsarū caperet haut dubie ꝓferet᷑ citro.

B etulla lentissima est/& ideo scutis apta/ut fici/Tilia salix utraq; populus/ & sabucun: Gallica hæc arbor inquit Plinius mirabilis candore & tenuitate: terribilis magi/

Virge magistratuum

stratuum uirgis:eadem circulis flexibilis/item corbium sportis:bitumen ex illa galliæ excoquuut:

B ipalium ferramētī genus rusticani ad fossurā aptissimū/quale id quod nostrates Valgiū appellāt Pli.de semia/

Valgium

rio eligēdo/sit ergo siccū succosumq; bipalio subactū/& q̄ simillimū terræ ī qua trāsferēdū sit:Idem/terrā īquit ad rosarū & uineæ satum uertere bipalio:M. Varro/Id prius bipalio ait uortito:omnino sarculi genus est:

B etonica a radice folia spargit fere lapathi specie serrata unde serratula dicta:Cestron græce uocāt a remediorū

Serratula
Cestron
Psychotrophon

multiplici uarietate/& Psychotrophon:habet hæc tan/tum gloriæ ut domus in qua sata sit tuta inquit Plinius existimetur a piaculis oībus:Nā uis herbarū admirabi/lis/& pene diuina est/ qua nihil nō effici posse credide/runt plurimi:Sed notitiæ perq̄ necessariæ pauci nūc stu

Ves herbaꝶ

dent:& ii quidē illiterati & agrestes/ita ut sæpe decipiā/tur & re & noīe quæ inscitia(proh pudor) trāsit etiā ad pharmacopolas speciarios/ herbarios/ac medicinā ip/sam profitētes:hinc Antidota & syntheses illæ inexpli/cabiles ad morborū remedia/uel in cassum sæpe uel ad mortē corporibus nostris īgerūtur: Si cōferunt casu acceptū referamus/sapiēter ꝓfecto(ut mihi uidet᷑)Aurelia

Medicos nūq̄

nus īperator medicos cū egrotaret nūq̄ uocauit/Inediā qua se curabat precipuum & optimū medicū uocitās.

B uleuterion locus consilii/curia/quo reipublicæ guberna tores côueniunt ad consulédum Plinius.xxxvi. Cicizi & buleuterion uocant ædificiú amplum sine ferreo cla uo: βουλη cōsilium/Vnde Sybila quæ ditio dei cōsiliū denotat nam Veteri sermone æoles συουσ deos uo cabant q βουλη Cōsilium fuerunt autē decem nume ro ut.M.Varro in libris rerum diuinarū ad Cæsarē pō tificē maxumū scribit:Cecilius ad Traianū qui i bulen a censoribus legūtur:Vnde buleutæ eidem cōsiliarii se natoresq; quādo ii sunt proprie qui reipublicæ consu lunt:sed & Buleutes græcis consultus dicitur:

Bule

Buleutes

B yssina coccinei coloris purpureiue dicebantur : Plinius gemina inquit demostrata uia luxuriæ ut colos alius operiretur alio suauior ita leuiorq; dictus: quin & terre na miscere/coccoq; tinctum Tyrio tingere/ ut fieret his byssinum:ubi Hermolaus bis byssinum legendum cre didit : At Plinius ipse de lino asuestino huic inquit lino principatus in toto orbe/proximus byssino / mulierum maxime deliciis circa Elim in achaia genito / & Iudæis quoq; ut iam diximus:βυσσον graui accentu tinctura ex purpura / acuto profunditas/est tamen apud Hero dotum βυσσοσ profunditas:

Byssinū linū

BΛsson

B uteo e genere accipitrū a quo Romana familia cogno minata cum prosperum auspicium inducis naui seden do fecisset ut scribit Plinius : a numero testium Trior chen uocant: ορχισ testis/ Vnde Cynosorchis herba Inter accipitres est & qui Esalon uocatur omni tempo re apparens / cum cæteri hyeme abeant : est & noctur nus quem Cimindin appellant/De hoc Aristotelles sic scribit chalcis montes incolit atro colore est magnitudi ne accipitris quem Palumbarium nominant forma lō ga ac tenui Iones Cymindin appellāt Cuius Homerus etiam meminit cū inquit chalcida dii perh bent homi nes dixere Cymindin hæc Hybris est qua alii non aliā esse quā ptygem uolunt die minuit apparet Quia non clare uidet sed nocte uenatus more aquilæ:cum aquila

Triorchis

Esalon

Cimindin

bellū interneciuū gerens/ita ut cohærētes sæpe capian/tur: Buteonē Festus auis genus dixit quæ ex eo se alat quod accipitri eripuerit/ uastitatisq; esse causam his lo/cis quæ intrauerit ut Bubo a quo etiam appelletur bu/teo/nam bubo funebris auis est auspiciis abominata/ noctis monstrū nullo cantu sed gemitu: in urbibus au/tem omnino in luce uisa dirum ostentum est: Capitolii cellam intrauit Sexto Papellio Isteo/L. Pedanio conss. propter quod nonis Martiis urbs eo anno lustrata est.

Beta

B æta alias tum herba cito flaccēs unde & bætacea mē tula: est etiam genus uestis ut testatur Suidas in Colecta neis βαλιτη εν χειμωνι αγαθον Bæta cum æstate tum Hyeme bona de hac forsan intelexit Dionisius Siracusanus: Qui detracto Ioui Olympio magni pōderis aureo amiculo quo eum tyrannus Hiero e manubiis Carthaginensium ornauerat inectoq; ei pallio laneo di/xit æstate grauem esse Aureum amiculum Hyeme fri/gidum laneum autem ad utrūq; tempus anni aptius ut Autor est Valerius in libris factorum ac dictoꝝ memo/rabilium:

Bulbus

B ulbus ex Ceparum genere qui ut inquit Plutarchus in Syposiacis uim habet cōtrariam flulguri quemadmo/dum ꝙ Ficus arbor & hyene pellis porro risus prouer bialis de quo meminit Plutarchus qui ut opinor Mu/tuatus est ex Aristophanis nebulis Vbi strepsiades So/cratis ingrediēs scolā admiratur discipulos prono ca/pite terram aspicientes respondentiq; cuipiam querunt quæ habet terra Bulbos Silicet/est & aliud apud Aristo phanem iocus de illo qui deuorauit Bulborum ollam quo quidem libidinosum hominem innuit/ nā & Bul/bos irritare Venerem testis est Martialis nil aliud bulbis quam satur esse potes;



Rustæ marmoreæ quibus parietes in facie domus parte plurima crustantur nam & parietem cõmunem incrustare licet secundum Capitonis sententiã ait Proculus.viii.digest. titulo de Ser. Vrb.pred. Crustæ testudinũ lamiæue quibus lecti & repositaria / ut dictum est uestiebantur. Crustæ fluminum Sabulo concreto & incocto solibus/ quas in cibis interdum appetunt rerum a malatia insolitarum cupidæ pregnãtes fœminæ: Crustæ uitri cameris olim additæ: Sunt & crusta: & strustulum quoq; dulciarii operis: unde crustularii pistores dulciarii/ut nostrates Festarii mellita concinnantes: At. M. Varro Crustulum inquit a crusta pultis: Crustula Crustularii

C ampes a flexura erucæ hortis infeste dicuntur. Columella distorto corpore campe: & alibi hirsutaq; cãpe: unde Pityocampas pinus arboris erucas nuncupamus morsu pernitiosas auctor Plinius.xxiii.cui.xvi. Pitya nucum pinearum genus est e pinastris remedii singularis aduersus tussim: Sunt & Hippocampæ e piscibus in mari: Cãpas inquit Festus marinos equos græci a flexura posteriorum partium appellant: Nec errauit Vegetius in libris de Veterinaria arte qui gabosum iumentũ appellauit Quod Gambas habeat ĩflatas ut falso grãmatistæ existimãt nã & Neoterici Gãbas nũcupãt quas græci a flexura Cãpes quoq; ĩ ædificiis habent ut dictũest: καμπη flexura: καμπτος flexus græcis campta flexibilia: Pityocampæ Pytyia Hippocãpæ Campta

C orynthium æs quod poetis Ephyreum ex illa antiqua gloria æris maxime laudatur ĩquit Plinius.xxxiiii. hoc casus miscuit corynthο cum caperetur incensa / miraq; circa id multorum affectatio fuit/ quippe cum tradatur non alia de causa Verrem quem Cicero damnauerat/ ꝓscriptũ fuisse ab Antonio q̃ quod corynthiis se ei cessurũ negauisset: Vnde Corynthiarius corynthiorũ ĩmodicus affectator/ quo taxatus est cognomĩe Cæsar olim Augustus: Corynthus capta est olympiadis centesimæ Ephyreũ æs Corynthiari⁹ Carynthus

Aegineticum
Deliacum æs

Necrochorynthii
Mortuale
Morticinium

quinquagesimæ sextæ anno tertio: nostræ urbis sexcentesimo octauo: lōge ante Aegineticum æs & Deliacum Aeginetico cādelabrorum superficiem elaborabant: Eadem ciuitas euersa signis fictilibus romam īpleuit, quos Necrocorynthios id est corynthiorꝫ defunctos uocauerūt auctor Strabo νεκους græce defunctus: Diuus Hieronymus mortuale morticinūqꝫ appellat Deliaci æris mentionem habet idem Plinius.x. Antiquissima inquit æris gloria deliaci fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe: ideoqꝫ cura officinis tricliniorum pedibus fulcrisqꝫ: sed & uasa ex eo fuere in præcio Mar. Cicero actione pro Roscio Domus referta uasis inquit corynthiis & deliacis:

Eucarpia

Cymatia in capitulis columnarum sunt ueluti inundantes frondium & florꝫ quoqꝫ deformationes: nam Encarpia poma cum frondibus insculpta dicuntur: Vitruuius lib. IIII. Et Cymatiis & Encarpis pro crinibus dispositis frōtes ornauerunt:

Catheti lineæ perpendiculares de quibus ī columnarꝫ capitulis Vitruuius.III. Secundum extremi abaci quadram lineæ demittendæ quæ catheti dicuntur καθετος perpendiculum.

Cissos

Thiasi
Hedera
Chamecissos
Dendrocissos
Cymbium

Cissimbium uas hederaceum unde nomen κισσος græce hedera, fuit.n. eo nomine histrio & saltator Liberi patris qui dum exercet Thiasos saltationes & choreas casu lapsus in terræ hiatum moritur: tellus ut ferunt ī gratiam Bacchi remisit hederam primum apud Acharnas uisam: Inde Camecissos & Dendrocissos, hæc procera adsurgit, illa humilis serpit. Cymbium ab eo per syncopam dictum uolunt: est tamen a specie cymbæ: Festus, Cymbium īquit a similitudine nauis quam κυμβην appellant: habetur & patina argentea hederacea librarum trium & uiginti in Claudio Cæsare apud Pollionē Trebellium ex epistola Diui Gallieni ab hederis insculptis, ueluti eidem Discus corymbiatus, & Lanx argentea pampinata:

C irnea uas uinarium/quod forte mixtarium/Marcello ci/tanti Plautinum illud ex Amphit. cadus erat uini/ inde impleui Cirneam /sed & statim / ut ego inquit illic uini Cirneam ebiberim meri : alii Hirneam mallunt legere/ quæ sit uas fictile.M.Catoni. Hirnea

C aries uetustas putrilago Nonius auctor: Vnde Cariosus carie plenus/exesus / & deformatus : Apuleius scabiem uetustam:cariosæ testæ occipit exscalpere Cariem iquit Plinius non sentiunt cupressus/cedrus/buxus/Iunipetus olea/eidem & cariosi dentes dicuntur: Cariosus

C atillones gulæ dediti a Catillis quasi catinorum in qui/bus ponuntur esculenta catillorumue liguritores:Vnde lupus piscis catillo a priscis appellatus quasi liguritor/ ut qui proximæ ripas stercora insectaretur : Proprie ta/men qui ad Pollutum Herculis ultimi ueniebant catillo nes ueteribus dicti/quia catillos liguriabant:quando no uissimorum deterior in similibus est conditio: At Festus Catillatio inquit graue obrobrium hominibus gene/rosis obiciebatur si qui prouintias amicas populo Ro. expoliassent : Et catillare Fulgentio per alienas domos discurrere a catulis qui per omnis domos circũeant: Vn de Plauto catillatum in casina: Catilli Lupus piscis Catillatio

C ybium piscis est / & Plinio cõcisa Pelamis/hæc e thyn/no & cordila cum luto se immersit Martialis/diuisis cy/bium latebit ouis/ item / uel duo frustra rogat cybii / te/nuemq; lacertum:Marcus Varro:Cybium & Thynnus cuius partes græcis uocabulis omnes / ut melandrya atq; Vreon : id autem caudæ proximum est : At clidia siue clides iuguli thynni nec aliter uocantur: quæ cybia dicuntur:inter macra sunt:inter piguia cordilæ ex Athe næo: Pelamis Vreon Clidia Cordilæ

C æramentum sutorium quo sutores calcearii crepidariiq; filum oblinunt ut firmius sit Plinius de ocymo / Veru/rucas mixto ceramento sutorio tollit:fit autem cæra & pice simul feruefactis quo loco legendum rectius for/tasse atramento sutorio/id chalcantum uocant ut dixi/ Chalcantum

Vitruuium ximus ex Plinio ipso & refert Cor.Celsus:nostri Vitrio/ lum/quo infectores quandoq; utantur:

C ynorhodos rosæ siluestris genus dictum quod rabidi ca
Rabidi mor/sis nis morsibus auxilietur remedio præsentario.Plinius In sanabilis ad hosce annos fuit rabidi canis morsus/pauo rem aquæ/potusq; omnis afferens odium:Nuper cuius/ dam militantis in prætorio mater uidit in quiete ut radi cem siluestris rosæ,quam Cynorhodon uocant eblandi tam sibi aspectu pridie in fruteto/mitteret filio biben/ dam in lacte:in lusitania gerebat hispaniæ proxima par te:casuq; accidit ut milite a morsu canis icipiente aquas expauescere superueniret epistola orantis ut pareret reli/ gioni:seruatusq; est ex insperato/& postea quisquis simi le auxilium tentauit:

C helonophagi estores testudinũ quæ illis nomen dede/
Testudines runt χελώνη testudo/sunt & testudines machine ad oppugnationes urbium de quibus Vitruuius & Vege/
Arietariæ test. tius:inter has habentur Arietariæ/in ædificiis quoq; te/ studo camera & fere a χισ:de qua scripsimus:

C icur mansues mansuetusue Cicero.v.Tuscul.quest.im/ manis alias/quasdam cicures:Marcus Varro/Cicurare mansuefacere:quod enim a fero discretum est id dici/ tur cicur:& dictum cicur ingenium/mansuetum/a quo
Cicurii Veturii quoq; nobiles cognominati cicurii:innatum a
Ciens cico cicur:cicum dicebant membranam tenuem quæ est ut discrimen in malo punico:

C allum duratam carnem dicimus/Cor.Celsus:Callus au/ tem neminem fallit/quia durus est:hinc in pedum mor bis Callus pungẽs/aucto dolore si premat calceus:sunt & callosæ ab usu rusticorum manus fabrorumq;:bo/
Callosus um quoq; ceruices/simiarum nates/ueteres fistulæ/& alia Callum aprugnum ex apro ganeæ commendatum
Aprugnũ callus Plautus in poenulo:Callum aprugnum callere æque non sinam/iam dixerat in captiuis quanta callo cala/ mitas:

Galrrita C assita a casside quibusdam eadem quæ Galerita & Co/

rydalus: caſſis uero in recto etiam caſſida ut chlamyda Caſſida
Priſciano citanti Vergilianum illud ex undecimo Enei-
dos Aureus ex humero ſonat arcus / ut aurea uati caſ-
ſida:

C eſtus pugilum arma e loris bubulis e plumbo ferroq̨
addito compacta: nam ceſton & lorum aut opus inter- Ceſtoſi
punctum acuue pictum / & Veneris ornamentum ac in
cõmune fœminarum græci dixere / Hinc Celſus Africa-
nus in quem Origenis ſcripta leguntur / libros . xxiiii.
a rerum uarietate Ceſtos inſcripſit: de Ceſto loro ſeu cin-
gulo Veneris poetæ omnes Et Feſtus Pompeius Ce-
ſtus inquit & iis uocantur quibus pugiles dimicant / &
genus quoddam muliebris ornatus : At Fulgentius
Sculponeas refert dici ceſtus plumbo ligatos : Plautus Sculponeæ
in caſſina potiuſq̃ Sculponeas quibus batuatur tibi os
ſenex nequiſſime : Neuius / Sculponeis batuenda ſunt
huic latera / ſunt & catoni in re ruſt. Sculponeæ calcia-
menti genus : Ceſtus græce πυγμὴ unde pygmachia Pygmachia
ceſtuum pugna / & pygmachus his dimicãs: quales Da- Pygmachus
res & Entellus Vergiliani:

C aſtor idem qui Fiber a fibris extremitatibus margini- Fiber
buſq̨ fluminum / circa quas diuerſatur / inter amphibia
numerandus: effigie lutræ / pilo molliore pluma / niſi cau
da deſineret in piſcem : teſtes unde Caſtoreum eſt me- Caſtoreum
dicis in uſu medicinæ / ſibi ipſi amputat cum ſenſerit ue-
natores cupiens euadere damno teſticuli : id quod ne-
gat Sextius diligentiſſimus medicinæ ſcriptor / paruos
eſſe dicens / ſubſtrictoſq̨ / & ſpinæ adhærentes / nec adi-
mi poſſe ſine uita animalis : adulterari autem Caſtoreũ
renibus eiuſdem qui ſint grandes : cum ueri teſtes par-
ui admodum reperiantur: de quo Plinius.xxxii.A fibro
Fibrinæ pelles nunc maxumo in precio / Idem Plinius Fibrinæ pelles
Fibrinarum pellium cum pice liquida combuſtarum ci
nis narium profluuia ſiſtit : Succo porri mollitus extra-
hit tela corpori inherentia.

C ollybistæ numularii pęcuniam permutantes/quando
Collybos Polluci pecuniæ dicitur permutatio:M:Cice/
Collybus
ro in Verrem Collybus esse qui potest/cum utátur om/
nes uno genere numorũ: Suetonius in Augusto/mani/
bus collybo decoloratis Nerulonẽsis mẽsarius: ubi per
collybum natare etiam uidetur materiã/ quæ e numo/
rum attrectatione decidua cum numerantur/cum per/
mutantur/manus inficit:quali decoloratæ manus olim
sunt meæ/cum inter mensarios nostrates unus sederem
non sine libris:animum permutatione lucrosa/& lectio
ne(cum dabatur ocium) oblectãs:Dictos Hieronymus
Collybia
uoluit a Collybiis/quæ sint tragemata bellariaq; ciceris
frixi/uuarũq; passarum uilia munuscula: & Collybistas
esse campsores fœnus mutatitium exercẽtes:Est & Col
Collymbus
lymbus Theophrasto põderis genus/& Suidæ species
nomismatis:

C aprunculum uas fictile dixit antiquitas:

C alpar nomine prisco Dolium inquit Marcellus citans
Varronem. At Festus Calpar uinum nouum interpreta
tur quod ex dolio depromitur sacrificii causa anteq̃ gu
Vinalia
stetur: Ioui.n.sua uina libabant quæ appellabant festa
Calpium
Vinalia & alibi calpar inquit genus uasis fictilis.Fuerãt
Calpis
& Calpium & calpis apud græcos digitati ansatiq; cra/
teres uasa potoria:& Festo Calpis poculi genus dictum
Chamedaphne
a capiendo:est tamen græcis καλϖιν:

C hameplatani ab humilitate arboris dictæ:ut scripsimus
Chamemyrsine
sicut chamedaphne laurus/chamemyrsine myrtus/
chamelea olea/Chamesyce ficus/Chameate sabucus
Chamelea
parua quæ Ebulus: Chamecerasi cerasi quales austero
Chamesyce
quæ sunt fructu cum primis uidemus breuitate ab aliis
Chameacte
differentes:Plinius de Sabuco:habet alterum genus sil/
Ebulus
uestre quod græci Chameacten alii Helion uocant:mul
Chamecerasi
to breuius:Dioscoridi est Heliosacte: ακτη græcis Sa/
Helion
bucus:

Heliosactæ
C eramion orcã dicũt testam teguláq;/ & oĩo fictilia quæ/
Actæ
cũq; græcis κεραμια uocãt κεραμευσεον figulis

κεραμιον figlina: Et Ceramides colorem figlini signi ficat qualis fere Leucopheus in plumis quorundam anserum uidetur: Ceramites Plinio gemma teste colorem habens. Figlina Ceramides Ceramites

Cerusa unus e coloribus candidus fit omnis ut inquit Vitruuius e plumbeis laminis non sine aceto: Plinius Psymithium quoq; hoc est cerusam plũbariæ dãt officinæ leuissima omnis præter quæ ad candorem fœminarum adhibetur: lœtalis potus ex frigiditate sicut spuma argẽti: nam maxima pars uenenorum frigore interimit ut Celsus autor est: Psymithium Venena

Calantica tegmen muliebre ut mitra fere quod capiti innectitur Mar. Cicero in Clodium, cum calanticam ait capiti accomodares.

Cosmotica compositiones & medicamẽta ad capillos ut uolunt colorandos uenustãdosq;: qualia scripsisse ferũt archigenem medicum: ĩ quibus myrrha & salis spuma cõmixtis flauentes & crispos fieri capillos ostendit: Cosmoticoꝝ quoq; Gallenus mentionem habet quoꝝ alia capillum nigrant quædã redunt candidum, & alia ruffant: ut effœmĩatoꝝ & mulieꝝ ea est una cura: refertq; se uidisse fœminas cõplures ĩmodica affectati capillitii curiositate defunctas uitiato lœtifera frigiditate ipso cerebro: Ego edentatas hoc uno e nostris scio plurimas, nisi sit forte ex fucorum dealbamentis quæ luxorẽ & cariem dẽtibus afferre solẽt: Cosmos ornatus: unde mũdus græcis hoc nomine appellatus: sicut coelum nostris quoq; auctore Plinio: Cosmopolites ciuis mundi, qualẽ se predicabat Socrates: Acosmos incomptus inelegans At Cosmiana unguenta a cosmo unguentario nomen acceperunt: de quibus Martialis & Petronius. Edentatæ Cosmos Mundus Cosmopolites Acosmos Cosmiana

Callible phara medicamina quibus fucantur honestantq; pili ĩ facie genisq; maxime: Satyricus poeta Ille supercilium madida fuligine tinctum obliqua producit acu pĩgitq; trementes attolens oculos: Pli. Callible phariq; pari modo fuligo in hoc usu temperatur: βλεφαρον palpe Blepharon

bra genaue latinis:de genus Festus & alii:Os ab his trā∫
Iugale — uersum tendens ab inferioribus ossibus sustinetur/Iuga/
le inquit Celsus appellari potest ab eadem similitudine a
Zygodes — qua id græci Zigodes nominant:

C oralliium columue nascitur in gallico sinu circa orcha/
das insulas: & in siculo circa Heliam & Drepanum:
apud grauiscas quoq₃/& ante Neapolim cāpaniæ: for/
ma est ei fruticis/ color uiridis/ baccæ eius candidæ sub
aqua ac molles/exemptæ cōfestim durātur & rubescūt:
quasi corna satiua/spetie & magnitudine: aiunt tactu ꝑ/
tinus, lapidescere si uiuat inquit Plinius.xxxii. Itaq₃ oc/
cupari euelliq₃ retili/aut acri ferramento præcidi: hac de
Curallium — causa Corallium uocitatum interpretantur: ἀπὸ τησ
Ceralium — κουρασ id est a precisione/alii Cerallium a ἀπὸ του
κειρεσθαι/eradi/demeti:optimūq₃ maxime rubet/nec
scabiosum/nec lapideum:surculi infantibus adligati tu/
tellam habere creduntur:Nunc maxima est penuria uē/
dibili merce/fœminis admodum expetita ad monilia:
ut olim Indoꝝ uiris/apud quos tanta fuit illi auctoritas/
Baccæ — quanta apud nos indicis margaritis: Et cum in eo bac/
Monile baccatum — cæ dicantur/ monile baccatum ex Corallio dici posse
quis negauerit.

C apital. M. Varroni fasciola qua capillum colligaret di/
ctum a capite/ut capitalis inimicus/& ædes capitales ab
exitio capitis & uitæ Plauto: & capital inquit Nonius
capitis periculum:Festus Pomp. capital linteum quod/
dam quo in sacrificiis utebātur:& capital facinus quod
capitis pœna luitur:

C astula est palliolum præcinctui infra papillas/quo mulie
res inquit Marcellus nunc & eo magis utuntur postq̃
subuculis desierunt: idem fere quod strophium & ma/
millare de quibus dicturi sumus:

C alyptræ uestimenti genus quo ut scribit Festus capita
Crepidulæ — operiebant: utcumq₃ muliebre est capitis tergmen ca/
Soleæ — lyptra:
Gallicæ — C repidæ crepidulæ/ Soleæ, Gallicæ calciamēta ūeterum

ut diximus: sunt huius generis & apud nos/inter sola su bere adito/unde suberatæ dictæ / & (qđ magis placet) Suberinæ: quas fœminæ ad eam altitudinem cōsuetas induunt/ut in publico gigantes uideantur: in cubili pyg/ meæ sint: Suberinæ

Carminator/carminatrix & carminatio a uerbo carmiare de quo Plinius in mentione lini. Mar. Varro de lingua latina Carere in Neuio a carendo / quod lanam tum purgant ac diducunt ut careat spurcitia / ex quo carmi/ nari dicitur tum lana cum caret eo quod in ea heret.

Cupes cupediaq; antiqui lautiores & ganeatos cibos no/ minauere/Vnde cupedinarii uenditores: & cupedinari/ um siue cupedinis forum: quod alii a Cupe Cupedioue romano dictum uolunt/quo ob latrocinium damnato/ bonisq; publicatis sancitum uti in eius domo esculenta & obsonia uenirent: ueluti quoq; macellum a Macello/ ut inquit Festus: Vnde Macellarii apud Suetonium in Vespasiano: Siue a mactandis pecoribus cum notat la/ uienam ubi lanii nactant pecora/& carnes uendunt: di/ ximus ex Varrone in libro de partibus ædium: At Mar. Ciceroni.iiii.Tuscul. quæst. Cupedia est ganeatorum ci/ borum cupido: Cnpedia Cupedinarii Cupedinis fo/ rum Macellum Macellarii Laniena

Chiromantes per manuum liniamenta diuinare quæ hominibus euentura sunt bona uel mala conantur: un/ de nomen: ars ipsa professione Chiromantia: ut Astraga lomantia per talos/Velomantia per sagittas pares/& ut plurimum quatuor oppositis crenis/ Capnomantia per fumum unde Capnomantes: Hydromātia per aquam. Astragalomā/ tia Captomantia

Circitores siue Circuitores/ quibus ut inquit Vlpianus iu reconsult. de Inst. act. uestiarii uel lintearii uestes/dant cir cunferendas distrahendasq;: Circitor in militia qui ui/ gilias circuit de quo Vegetius: Circitor custos in pria/ peis: Circuiator uero qui ut circunforaneus loca per/ agrat publica lucri gratia uerbis argentum sibi sæpissi/ me comparans: Appuleio iureconsulto & aliis: Inter circulatores habentur præstigiatores / Venenarii/ phar/ Circulator Circūforanus

macopolæ/ herbariiue medici/ & id genus alii circumforani/ ita.n.a.Mar.Cicerone nominantur in ea oratione/quæ est pro cluentio: Paulus lib. xlvii. dig. ter. de extraord.cri.in circulatores inquit qui serpentes circũferunt & proponunt:quibus omnibus eam fidem habendam semper existimaui/quam flenti priuigno ad tumulum nouercæ cuius ueras lachrymas ne dixeris.

Coniectores a coniectu somniorum & omnium interpretes:ut est apud Quintilianum & Festũ: Plautus in Amphit.Ego Tiresiam coniectorem aduocabo & consulã: Iidem a somniis somniatores:Somnium uero & Insomnium uisa omnia dormientium complectuntur:Insomnio phantasma occurrit quod uisum.M.Cicero:& Ehialtes qui nostris Incubus/cum teneri strangulari ex alto cadere/a uoce concepta prohiberi uidemur: somnio autem uisio & oraculum/ de quibus Macrobius satis multa.

Somnium
Insomnium
Phantasma
Ephialtes
Incubus

Cunæ in quibus iacent infantes/eadem cunabula/quæ loca aliqui interpretantur ĩ quibus nascuntur a uerbo κυειν quod eniti significat: ut cunq; cunabula primordia unde uocantur/sic Apuleio cunabula urbis conditæ: Fortunatiano cunabula uerborum & Iureconsultis Cunabula legum: Incunabula gentis Vergilio hæc ea dici posse uidentur quæ cunas sequuntur:ut Crepundia de crepundiis Vopiscus in Aureliano Cæs. ex paliolo inquit purpureo quod soli sui temporis imperator obtulerat sacerdos mulier crepundia filio fecisse perhibetur: Cuninam deam/ coluerunt ueteres quæ cunis præesset infantium:& cunire dixerunt stercus facere/quando Foriola(ut plurimum) quæ sunt stercora liquidiora in cunis infantuli egerere solent:unde inquinare: Crepundia ipsa spargana græce dicuntur:inde sparganoptes: Plinius.xxxiiii. Celebrebatur Stypax inquit uno signo sparganopte Periclis olympii hic uernula fuit exta torrens & ignem oris spiritu pleni accendens:Vnde Sphlanchgnopte legendum aliqui contendunt/ & rectius ut opi/

Cunabula
Incunabula
Cunina
Foriola
Spargana
Sparganoptes
Splanchgnoptes

nor/quãdo τὰ σπλαγχνα exta ὀπτῶ torreo ὀπ/ Opton
τὸν assum/optesis assatio dicũtur:& Splachnoscopos Optesis
extispicem notat: Splanchna

C repitulum ornamentum capitis quod in eius motione Splachnosco/
crepitum reddat:crepitacula uero manu pultantur cre/ pus
pitum dulcisonũ facientes de quibus Martialis Si quis Crepitacula
plorator collo tibi uernula pendet Hæc quatiat tenera
garrula Sistra manu:Sistra ipsa apud ægyptios in sacris Sistra
Isidis recepta.

C rapula a græcis κραιπαλη quasi lucta capitis: Plinius
xxiii. nouitium resinatum nulli conducit/capitis dolo/
rem & uertigines facit ab hoc dicta crapula:Item de re/
sina coquenda/alia inquit temperies ad crapulam: Est
autem Aristotelli in problematis feruor & quædam in/
flammatio magis conflictans q̃ temulentia: Sed eidem
Plinio.xiiii.cum dicit pugnacibus Liguriæ & circumpa
danis mustis crapulæ plus inditur/lenibus parcius/me/
dicamen erit crapula quo uini lenitas excitatur: ut sen/
tiebat Hermolaus:

C yclas ab orbe uestis (ut uolunt) fœminarum maxime/
longa cum Syrmate:Propertius/ & longa cyclade uer/ Cyclus
rit humum:Cyclus circulus/Vnde Epicycli in cælo ue/ Epicycli
teribus uel ignorati uel neglecti ut parum necessarii: in
his planetas reuolui/& fieri retrogradationes a neoteri/
cis est receptum:

C occina a cocco quod rubẽs gramen est Callatiæ ad ue/
stium infecturam:commendatissimum & circa Emeri/ Coccum
tam hispaniæ ut scribit Plinius libro nono &.xvi. Gra/ Quisquilium
num inquit hoc Quisquilium uocant. Vnde Quisqui/ Quisquilia ue
liata uestis quam nunc Squarlatam uulgo dicunt cre/ stis
dita Hermolao/ Et.xxiiii.Cocci ilicis inquit genus est in Scoletion
attica fere & asia nascens in uermiculum se celerrime Charmosina
mutans & ideo Scoletion uocant improbantq;: Com/ uestis
mendatur & charmosina uestis/ut quæ aspicientes plu Charma
rimum delectet:Charma gaudium uoluptas:

C rocota uestis croceo colore a qua Plauto in Aulul.Cro/

Crocotarii — cotarii infectores: eadem fere crocrotula: Idem Plautus
Crocotula — in Epidico Caltulam inquit aut crocotulam unde cro-
Crocotularii — cotularii: a calta caltula: inter uiolas odoris suauissimi
Caltula — calta numeratur: Est & græcis κροκωτον: species tu-
Calta — nicæ orbiculatæ: eiusdem coloris fuerat Epicrocum ue-
Crocotos — stimentum cuius meminit Marcus Varro: Et Festus
Epicrocum — amiculi genus uocat croco tinctum tenue & pellucidū:

C hlamys uestis mulieribus æque ac uiris communis: No
Paludamētū — nius paludamentum inquit uestis quæ nunc chlamys
dicitur: paludamenta ab imperatoribus recepta unde
Paludati: & paludamentum ex auro textili Agripinæ
Chlamydula — Augustæ dedit Plinius: Maro reginæ Didoni chlamy-
dem quam primo numina Pompilium regem in usum
Chlamydion — urbis recepisse legimus: chlamydula per hipocorisma
græcis Chlamydion:

C ymatiles uestes a fluctibus quæ græci κυματα: textu-
Cymata — ra ipsa fluctuanles undas imitante: Plauto est Epidico
Cumatile — est Cumatile nostris fere Vndulatum ab undis ueluti
Vndulatum — forsitan etiā Vndones cilicii quibus non multum erūt
Vndones — dissimiles (ut reor) Symballota quæ passim uocamus:
Cimata in brassicis dicta de quibus ex Plinio diximus
Symballota — & L. Columella Frigoribus caules & ueris cimata mit-
tit: Symballoton autem quasi Symbleton proprie dice
Feltrium — tur uestis coacto per se uellere potius impexu q̄ textura
Feltrium e neotericis quidam uocauerunt: nam & lanæ
per se coactæ ut scribit Plinius.viii. uestem faciunt & si
addatur acetum etiam ferro resistunt: immo uero etiā
ignibus nouissimo sui purgamento quippe ahenis co-
quentium extractæ in Indumenti usum ueniunt: Gal-
liatum ut arbitrantur inuentum: Vnde coactilia iurecō
Coactilia — sultus: Vlpianus de au. & arg. leg. libro.xxxiiii. Pandecta
Vestiarium — rum Aristo etiam inquit Coactilia uesti cedere A uesti-
bus uestiarium ubi habentur: Vopiscus in Aureliano
Cæs. Olosericam ipse in uestiario suo non habuit:
Colobopus — C olobia manca & mutilata manicis uestimenta exomi-
dum generi adnumeranda: nam κολοβος truncus &

mutilatus: Vnde κολοβοποῦς truncus pedis:

Clauus uestis genus/& clauatæ uestes a clauis etiam quã/doq; aureis: unde Auroclauatæ: quibus diuisæ fuerant has audio a nostris Verucatas dici: Claui aurei & pur/puræ pars inquit Vlpianus libro. xxxiiii. digestoꝝ sunt uestimentorum: Item clauiq; qui uestibus insuuntur: & Vopiscus de Tacito Imperatore: Auroclauatis in/quit uestibus idem interdixit: Et latus clauus uestis se/natoria fussior a qua Laticlauii nominati: Suetonius in Augusto Cæsaris Binos plerumq; Laticlauios præpo/suit singulis alis: Item togis neq; restrictis neq; fussis/cla/uo nec lato/nec angusto: calciamentis altiusculis ut pro cerior q̃ erat uideretur: Plinius octauo Tunica lati claui in modum gausapæ texti nunc primum ĩcœpit: Claua/ta inquit Festus dicuntur aut uestimenta clauis in texta aut calciamenta clauis confixa: nam claui & caligis ad/diti: Vnde caligarii appellati: Plinius. xxxiiii. de ferro/aliudq; breuitate sola placet/clauisq; caligariis: Et clauis quoq; suffixæ crepiolæ: Idem. xxxiii. Agonem Teium Alexandri magni præfectum aureis clauis suffigere cre pidas: de quo & Plutarchus Vnde claui Crepidarii: Clauus qui græce ἧλος rotunda specie coloris albi in plãtis digitisq; pedum maxime dolorem si non alias ta men ingredienti mouet: Illum autem recte agrion dice/mus quo Silius Italicus poeta interiit auctore Cecilio in epistolis: qui clauum habet morbosus est inquit Vlpia/nus. xxi. ff. titulo de ædil. edi. Sunt & oculorum claui. Cor. Celsus claui autem inquit uocãtur callosa in albo oculi tubercula/quibus nomẽ a figuræ similitudine est: Clauum nauis temonem sciunt omnes inter adminicu la gubernandi quæ Tiphis inuenit:

Clauatæ ue/stes
Auroclauatæ
Verucatæ
Latus clauus
Laticlauius
Caligarii claui
Crepidarii

Cuculus uestis uilis satyrico poetæ Columellæ & aliis: Martiali inuolucrũ est quo salarii fartores speciarii emẽ tibus dant salsaméta/Isitia/aromata inuoluta: Chartho/cium uulgo dicunt cum fiat e charta uili illa Emporeti/ca/aut librorũ: quales ego uel cluuienus At cuculus qui

Cucullus
Chartocium

Cocyx & Cucullus ac græce κοκυξ auis est a sono uocis nomen sortita: transiuit hæc in obprobrium uinitorum ut est apud Flaccum in sermonibus/& refert Porphirio Pliniusq; li.xviii.natural.historiæ:

Caligula
Caligatus
Caligæ olim militibus ut plurimum in usu/a quibus. C. postea Cæsar Caligulæ cognomen accepit: ut scribit Suetonius: Sextus Aurelius Caligula inquit filius fuit Germanici/& quia natus in exercitu fuerat cognomentum calciamenti militaris id Caligulæ sortitus est: hinc caligati caligas induti:

Campestrati
Campestre subligar quo pudenda uelamus a campo ut ferunt Martio in quo Romana Iuuentus exercebatur lucta & aliis Gymnicis bellicisq; meditationibus non sine uelamine genitalium/de quo Diuus Augustinus in diuina ciuitate: meminit & Horatius: unde campestratos athletas legimus:

Crotopezia
Ctypodes
Calones
Calopodia uulgo pedum e ligno calceamina & ligneas fere crepidulas nuncupant: habentur & Crotopezia lignea pedis a sonitu indumenta quæ ni fallor Anselmus noster in poematio quodam suo Ctypodas appellauit: est autem græcis καλοιπουσ ολοσ: At Festo Calones calcei sunt e ligno facti:

Capidulum
Capitium caput tegit ex Nonio. At Marcus Varro Capitium inquit ab eo quod capit pectus id est ut antiqui dicebant inductui compræhendit: ad quod facere uidentur Varronis quæ ponũtur exempla ab eo ipso Nonio: Festus uero Capidulum ait genus uestimenti quo caput tegebatur:

Chironomia
Ecechiaria
Induciæ
Chirothecæ
Manicæ
Cheridotæ uestes manicatæ ultra brachia ad manus usq; productæ χειρ manus græce: Vnde chironomia lex gestus & motus manuum/Ecechiria cessatio pugnæ pactitia ueluti a manibus temperatio quædam/nostris Induciæ ut belli & offensarum feriæ ex pacto utrinq; firmato ne se se hostes inuicem lacessant: Chirothecæ nobis manicæ tegmenta manuum: Plinius.xviii. de sparto Ocreatis inquit cruribus manicisq; tectis manibus:

Chirotechnia ars manualis:Chironactri manuales ope rarii dicentur: Et Idiochira scriptura priuata quæ fit se creto amicis interuenientibus & propria manu subscri bentibus, cuius meminit Leo imperator.C.quæ po.in pig.hab.etiam si perperam Iurisperitis dicit Hydocua: Sunt & chirographa uulgatissima:Et Idiographa pro pria manu scripta: A.Gellius Idiographum librum Ver gilii se se inspixisse in quo ut scriptū est, Libra dies som niq; pares ubi fecerit horas: Chirotechnia Chironactri Idiochira Chirographa Idiographus

C ucurbitæ & cucurbitulæ quæ medicinales dici meruerunt omnibus notæ.Plinius.xxxii.diuersus hirudinum quas sanguisugas uocant ad extrahendum Ságuinem usus est,quippe eadem ratio earum quæ cucurbitarum medicinalium ad corpora leuanda sanguine, spiramenta laxanda iudicantur:Cor.Celsus.iiii.Admouendæ cer uicibus cucurbitulæ sic ut cutis incidatur: Item Cucur bitulas sine ferro præcordiis admouere: Cucurbitulæ

C lysteria ad eluandam aluum & purgandam inuēta fue re,unde nomen,monstráre ut uolunt Ibide aue in ægy pto,ut cūq; plurimum cōferunt in febribus si aluus est substrictior, & intestinorum doloribus de quibus Pli nius,Celsus,Auicenas Galenus cretus medicorum Hoc unum admonere lubet:In febribus curationem récipe re quæ possunt,nam mori oportet cum moriēdum est: optima: Alexipharmaca,& ulce medici ægris adhiben da,fore Dietam,Vomitum a canibus ut aiunt mostra tum, Clysteria Phlebotomia ,frictio,post hæc unctio, gestatio, modica ambulatio, & in cibis Euchylotro pha quæ boni succibene nutriant: Ibis Vomitus Euchylotropha

C ataplasmata de quibus non semel Plinius a nostris fere Emplastra , eadem & Malagmata sunt qui accipiant: Emplastra tamen uulneribus adhibētur,unguenta neo tericis medicis & uulgo dicta: Malagmata integræ cuti iniiciuntur Plinius de Zopissa.xxviiii. Additur autem in malagmata ad discitiendas collectiones:nam malag Emplastra Vnguenta Malagmata

mata maxime fiunt ex odoribus eorum etiam surculis

Pastilli Emplastra & pastilli magis ex quibusdam metallicis: Trochisi plura Cornelius Celsus libro quinto. a pane pastilli Festo dicuntur Trochisos græce appellant: Sunt autem Eneaphatmacum eidem Celso inter emplastra Tetrapharmacum / Eneapharmacum/Epispasticum ad extrahendum/ & quod Epispasticum effractis capitibus presertim conuenit Cephalicū: aliaq; Cephalicum Leuia uero & pinguia emplastra medicamentaq; Lipa/ Liparæ ras fere græci uocant:

Pilulæ Catapocia a deuorando nostris Pilulæ Plinius.xxviii.Ex caluaria suspendio interempti Catapocia fecit contra canis rabidi morsus Antheus: Idem.xxvi.de Tithymallo/Semen in usu cum melle decoctum ad catapocia soluendæ alui gratia: Et.xxiiii.de camepyte fiunt ex ea inquit & hydropicis pilulæ cum ficu aluum trahentes: Cornelius Celsus Bina catapocia mane bina noctu dormituro dantur:

Catharsis Catharticha quæ purgant/aluum soluētia sussamq; reddentia: καθαρσισ purgatio: καθαριζω purgo: Ascle Purgationes piades in eo libro qui est de tuenda sanitate purgatio/ reiectæ nes reiecit/& sunt hæ quidem pernitiosæ/si nimis ut inquit Celsus ualentibus medicamentis fiunt: Et ut interdum necessariæ sunt/ sic ubi frequentes / periculum afferunt: Vnde medici ipsi quas laudant / & aliorum corporibus ingerunt / suis tamen nunq̄ uel raro exhibent: Et mihi quidem sapere uidentur: etiam si maximo in discrimine / Satius est anceps auxilium experiri q̄ nullum:

Cauteres Cauteria cautteresq; ferramenta ignita dicuntur / & quic/ Caustica quid ui caustica/carnes putrescentes ulcera male habētia & alia curat: hinc Diuus Hieronymus putridæ carnes ferro curantur & cauterio: Caustica uero medicamenta sunt urentem uim sortita ut fimus columbinus/ auripigmentum/calx/squamma æris / chalcitis / fex ui/ Encaustice ni combusta/ærugo/innumera: Sed & cauteria pictoribus dantur in usu picturæ illius quam Encausticen

nocant coloribus inustis & resolutis igne cæris Martia/nus Iureconsultus.xxxiii.ff.titulo de fund.Instru.Picto/ris instrumento legato cæræ colores similiaq; horum legato cedunt: Item peniculi & cauteria & conchæ: Plinius.xxx.omnium cochlearum cinis spissat/calfacit/smecticaui/ & ideo causticis miscetur: Idem.xxvii. de Dryopteride herba uis ei caustica ideo & psillotheum est radix tusa: Et Martialis saponem spumam causti/cam appellat:

C æratum a cæra quando cæratis ea miscetur: quibus utuntur medici in primis uulnerarii chirurgiciue: Pli/nius. xxxiiii. Adiicitur cum sunt repurganda uulnera aut replenda cæratum:Celsus libro.v.Cærati inquit elo ti quod Peplymnenon uocant: Peplymnenō

C ollyria oculorum medicamenta Plinius.xxv. de cheli/donia herba: singulari remedio contra caligines oculo/rum/utuntur & per se succo in collyriis quæ chelido/nia appellatur ab ea:Cornelius Celsus libro.vi.Cythion collyrium quidam a colore cinereo Tephrion appellāt τεφρα cinis: Vnde & Tephria marmoris genus ipsi Plinio eiusdem coloris: Sed & aluo quoq; immittun tur Collyria:Columella.vii. de cura & medicina equo/rum Cunila bubula & herba pedicularis cum sale trita & decocta melli miscentur: atq; ita facta collyria subii/ciuntur quæ uentrem mouent/bilemq; omnem dedu/cunt:Auribus quoq; hominum Celso libro iam dicto/Inde collyrium factum in aurem demittitur: Et fistulis idonea sua ostendit collyria uti linamenta tentasq; uul/neribus: ipsius hæc uerba sunt ex libro quinto. Colly/rium fieri debet altera parte tenuius/altera paulo Ple/nius: idq; ea parte qua tenuius altera antecedente de/mitti oportet in fistulam: donec sanguis purus se ostendit:quæ in omnibus fistularum collyriis perpetua sunt.

Chelidonium
Cythion
Tephrion
Tephria

C eroma a græcis est: de quo iam diximus: Patos etiam Patos

uocatur:licet patos propriæ cœnum habeatur ceroma-

Ceromaticus

ti immixtum hinc ceromaticus:

C ephalalgia species quodammodo erit cephaleæ / utpor te quæ prouenire potest ex ebrietate/ab insolatione ex uulnere/causisq; aliis:Cephaleam uero morbi reducem esse & perennare a medicis est receptum:Sed & Cornelio Celso libro quarto inter acutos morbos ut pestilens malum numeratur Cephalea cum horrore calido neruorum resolutione/oculorum caligine/mentis alienatione/uomitu/uocis suppressione/sanguinis e naribus profluuio/sic ut corpus frigescat/anima deficiat:præter hæc dolor intolerabilis maxime circa tempora uel occipiciū Plinius. xx. de ruta lenit autem ca pitis dolores pota cū uino aut cum aceto & rosaceo illita : si uero sint cephalea cum farina ordacea uel aceto:

Cephalea

C aluitium non morbus est/ sed in capite deformitas iam fluxis capillis/quibus caput decorat honestaturq; : Domitianus Cæsar id ægre ferebat calui tamen cognomē adeptus/unde sit illud Satyrographi : Et caluo seruiret roma Neroni : Item Ausonii caluum dixit sua Roma Neronem/Suetonius Caluitio inquit ita offendebatur ut incontumeliam suam traheret si cui alii ioco uel iurgio obiectaretur: Capillis post morbos: ut sæpe accidit fluentibus ladanum cum oleo mixtum opitulatur : ut scribit Celsus:nam quominus caput quibusdam ætate nudetur succurri nullo modo potest : Fit & Caluitium generis uitio ut hereditario:a siccitate ortum habet : hic crispo capillo præ cæteris citius caluescunt quia siccius illis caput est : Seruius autem canescunt siccitate absumente excrémenta pituitæ/a qua cani procedunt/unde albi sunt ab eius colore: aliquando tamen aureoli fere/ & præsertim cum uitelina bilis pituitæ fuerit immixta: ab Homero Policrotaphi homines appellati a canitie temporum in quibus ut plurimum incipit ex innata humiditate/nam occiput siccius est:sinciput humidius:Capilli ne canescant uermium terrenorum cinis oleo ad-

Caluus

Cani

Policrotaphi

mixto preſtat:

Coriza diſtillationum genus eſt cum pituita nares tãtum obſidet & grauat uocemq; obtundit. Grauedo latinis dicta: Vnde Apuleio nares grauedine oppletæ: Hippocrates grauedinem & omnes diſtillationes Coryzas appellat: inde grauedinoſi & Coryzoſi: Sed & grauedo torporem & illam quæ ſentitur interdum capitis grauitatem ſignificat: Pituita uero fluctio/ diſtillatio/catarrhus eſt palatum fauceſq; obſidens: ut Granchus cum guttur & arteria corripitur: quam ob cauſam Artericum quandoq; id uitium uocant: utcumq; Branchum Coryzan catarrhum inter diſtillationes poſuerunt medici & græce Cataſtagmi nominantur in cõmune: Cornelius Celſus/iiii. Hæc omnia coryzas Hippocrates nominat/nũc uideo inqt apud græcos hoc nomen in grauedine ſeruari diſtillationes Cataſtagmos appellari: Colocyntha uero Agaricum & ueratrum album pituitam trahunt/ ut refert Aphrodiſæus at Scamonea flauam bilem: eſt & eidem Celſo libro tertio grauedo articulorum.

Grauedo
Grauedinoſi
Coryzoſi
Pituita
Catarrhus
Branchus
Artericum
Cataſtagmi

Cardian cor dicunt græci/unde cardiacus morbus & cardiaci eo laborãtes/fuit & græcis antiquis Cardia quoq; oſtium & os uentris: inde Cardiogmos: uerbum cardiottin quod eſt uehementer eſurire: ita enim Dorienſes ut ſcribit Pollux intempeſtiuam famem dixerũt quam Xenophon & communis lingua Bulimon de qua diximus: Sed & cardiogmon pro æſtu cordis alii accepertunt/ & cardian alii ſuo iure dolorem cordis dixere/ eſt autem cardiacus morbus phreniti contrarius quamuis ſæpe ad eum phrenetici tranſeunt/ Si quidem mens in illis labat in hoc conſtat/ id autem nihil aliud eſt quam nimia ut Celſus ait libro tertio imbecillitas corporis quod ſtomacho languente ĩmodico ſudore digeritur:

Cardiacus
Cardiogmos
Cardiottin

Cholerae morbi genus precipitis in quo ſimul fieri ſolent uomitus & deiectio: Celſus quatto Cholera commune

stomachi atq; intestinorum uitium uideri potest: nam
simul & deiectio & uomitus est: intestina torquentur/
Cholerici bilis infra supraq; erumpit: Vnde cholerici Galeno & ali
is: Pro bile quoq; ut uulgus & medici recentiores lo/
quuntur accipi solet: Lampridius in Alexandro Cæsare:
Vt iudices qui furtorum fama laborassent etiam si dam
nati non essent casu aliquo cum uideret cómotione ani/
mi stomachi choleram euomeret toto uultu inardescé/
te ita ut nihil posset loqui: Plautus in Amph. fames &
mora bile nasum concinunt:

Cœlia C œliaci a cœlia uentriculo stomachi appellantur q; ægri
tudo hæc quæ longa esse consueuit/ dolorq; in ipsius
uentriculi porta consistat ut sentit Cornelius Celsus li/
Pyluros bro quarto quæ Pyluros græce dicitur in inferiores par
tes ea quæ excreturi sumus emittens: uenter indurescit
aluus nihil reddit/ac ne spiritum quidem transmittit/ex
tremæ partes rigescunt/ difficulter spiritus redditur: In/
de medicamina quædam huic morbo aduersantia Cœ
liacæ uocantur: Plinius noster uigesimo multoq; magis
Cœliace quas uocant lexipyretas quasq; Pepticas & Cœliacas:
Cœliolysia Et Cœliolysia. M. Ciceroni ad Atticum eius partis solu/
tio aluo reddente:

C olum morbi genus in intestino præsertim laxiore ple/
nioreq; Serenus cum colum inuisum morbi genus inti/
ma carpit mande galeritam uolucrem quam nomine
dicunt Plinius trigesimo Coli uitium efficacissime sana
Galerita tur aue galerita assa in cibo sumpta/ & uigesimo sexto
Id ipsum mirabile alios desinere in nobis morbos/alios
durare/sicuti Colum/Tiberii Cæsaris Principatu irrepsit
id malum/ nec quisq̃ prior imperatore ipso sensit/ ma/
gna ciuitatis ambage cum edicto eius excusantis ualitu/
dinem legeret malum incognitum: Colon laxum inte/
Colici stinum/Colici eius dolore qui uexantur: Colazesse græ/
ci torqueri cruciariq;: nam eius partis dolores torquent
Cordios cruciabiliter: Is morbus & cordios & Cordapsos dici so
Cordapsos let/in quo uehemens inflatio & acuti dolores/ dextra

magis parte ut inquit Celſus libro quarto. Inteſtinum quod uerti uidetur prope ſpiritum elidit:in pleriſq; poſt frigora & cruditates oritur:deinde quieſcit / & per æta/tem ſæpe repetens ſic cruciat ut uitæ ſpatio nihil demat Medicamentum eius morbi gratia comparatum eſt quod Colicon nominatur id ſe reperiſſe Caſſius gloria/batur/Et libro primo Si laxius inteſtinum inquit dolere conſueuit/quod Colum nominant/cum id nihil niſi ge/nus inflationis ſit/id agendum ut concoquat: Colicon

C ondylomata tubercula ex inflãmatione præſertim cir/cum ſedem coronamq; eius conſiſtant/ut ſcribit Pollux procidit anus quoq; uti & os uuluæ ut inquit Cor. Cel/ſus libro quinto / interdum purum interdum humore mucoſo circundatum / Vnde ani procidentia uuluæq; Plinius uigeſimo primo in mentione medicinæ uiola/rum oculorum priuatim epiphoris/ & ſede procidente uuluaq;: Procidẽtia ani & uuluæ

C hironium ulceris genus in pedibus cruribuſq; ſine peri/culo/ non ſerpens renouatur tamen/ut refert Cornelius Celſus libro quarto & non facile ſaneſcit : magnum id alioquin duas horas habens calloſas & tumentes / ſa/niem non multam tenuemq; emittentes modico do/lore:

C neſmus appellatur pruritus ille / abſq; ulceribus/ut ſicca fere ſcabies qui ſenio adfectos plerumq; inquietat quã/do non facile tollitur:

C auſon a uehementi calore & aduſtione genus ardens ardens febris dictum medicis καυσιϲ uſtionem ſigni/ficat:Vnde cauſiam tegmentum ad ſolis ardores arcen/dos dicimus:de qua Valerius Maximus/ Plutarchus & diſtico Martialis/ febrem inquit Celſus libro ſecundo ardentem quam Cauſoden uocant ſubitus horror ex/ſoluit:utcumq;/huius febris initia aliorumq; fere omni/um morborum famem ſitimq; deſiderant: Cauſis Cauſia

C achexia malum corporis habitum inducit quo alimẽta uitiantur corrumpunturq;: Phthiſis oĩo ſpecies : uñ ca/

Cachectici cachetæ & cachectici: Plinius.xxxii. Cachecticis inquit quorum corpus macie conficitur: Celsus libro. iii. Cachexiam appellãt ubi malus corporis habitus est: ideoq; omnia alimenta corrũpũtur: Sed habitus ille quoq; corporis quem nõ sine macie uidemus Hydropem antecedere Cachexia uocatur: Paulo: & omnino malus habitus corporis hoc nomine a græcis significatur:

Faauus

Meliceria

Cerion fauus nostris/morbi species in scapulis & pectore frequentior/nõ unis fistulis pus mellis spissitudine euomentibus/carne ipsa in altitudinem corrupta & subpallida ut refert Pollux: Melliceria(ni fallor)Celso libro.v. appellata: Est etiam inquit ulceris genus quod a faui similitudine meliceria græcis nominatur/idq; duas species habet alterum subalbidum furunculo simile/ Sed maius & cum dolore maiore/quod ubi maturescit habet foramina per quæ fertur humor glutinosus & purulentus/ad iustam maturitatem non peruenit si diuisum est multo plus intus corrupti q̃ in furunculo apparet: ultiusq; descendit/raro fit nisi in scapulis: Vt sit Cerion alterum genus meliceriæ: Plinius de Peponibus radix sanat ulcera concreta in modum faui quem Cerion uocant: Idem Vlceribus quæ Ceria uocantur id est faui:

Carcinoma ulcus cum inflamatione & duritia liuidi coloris/& subrubidi manans sanguine ut scribit Pollux/raroq; coherent & recuruantur in eo uenulæ atq; pilli: Cornelius Celsus libro quinto. Tria facit eius genera:

Cacoethes

Thimium

Cacoeethes cum ulcus quidem pressum est/sed quæ circa sunt intenduntur & intumescunt: aliud ex illo qđ Carcinoma proprie uocat sine ulcere/deinde ulcus ex eo Thimium nuncupat: tolli nihil nisi cacoehtes potest cætera curationibus irritantur: Plinius.xxxi. Sal carcinomatis imponitur cum uua Taminia.xxxviii. fœminum uituli cinis sordida ulcera/& quæ cacoethe uocant e lacte mulieris sanat: & .xxiiii. Glans intrita duritias quas cacoethe uocant cum salsa axungia sanat:

C arbunculus qui & carbo horrendus ut ille inquit abscessus est sæpe lœtalis de quo diximus:est & arenæ fossitiæ genus Vitruuio & terræ Plinio quod affligit agricolam: Carbo autem ad officinas ferrariorum grariorum & aurificum aliosq ad usus fit optimus ex glandiferarum materia nouella: aceruatim dissecti in paruos etiam stipites rami additis paleis luto caminantur: accẽsaq strue eunt in carbones: Carbo

C ancer e morbis est carnes exedentibus ad ossa usq: quem Ouidius malum dixit immedicabile:a cancro pisce qui & carcinus ut uolunt nomen mutuatur:Cornelius Celsus libro sexto Si non ea ulcera oris cancer inuasit: in omni autem cancro exciso uulnus inquit est aduendum. Carcinus

C ynicospasmos morbus in facie cum febre accuta fere nascitur: os ipsum non sine motu peruertitur ideoq nihil aliud est q̃ oris distentio ut refert Cornelius Celsus in quarto accedit & crebra coloris in facie ac toto corpore mutatio:

C olostrum prima a partu spongiosa lactis densitas Plinio: Nonio lac nouum ex Lucilio Palladius Coloastrã inquit pastores uocant lac in quo spissior est natura:Epigrãmatarius poeta Subripuit pastor quæ nõdum stantibus agnis de primo matrum lacte colostra damus: Plautus in poenulo mea colostra meus molliculus caseus:Hinc Colostratio genus mali eidem Plinio.xi.& colostrati infantes lib.yxviii. Vtilissimum cuiq maternum concipere:nutricis exitiosum est:hi sunt enim infantes q colostrati appellantur densato lacte in casei speciem: Colostra Colostratio Colostrati

C ircinus fabrile instrumentum cuius altero hastili circũacto Sperica circularisue & hemisperica figura designatur:unde circinare Ouidio & circinatio Vitruuio: Plinius secundo omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata: Circinum & serram Perdix Dedali nepos monstrasse primus dicitur:Circites uero circuli ex ære facti qualibus lapideos ad coquinam cacabos cin Circites

gunt fabri ærrarii:

C orbes uiminea fere rusticis instrumenta capacia de quibus Marcus Varro & alii rerum rusticarum scriptores: Plinius decimo sexto Cortex e fago/zilia/abiete/picea i magno usu agrestium uasa corbesq; ac patentiora quædam mesibus conuehundis uindemiisq; faciunt: Inde corbitæ Festo naues onerariæ q i malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi Plautus in poenulo Celocem mihi ne corbitam date: Celox a celeritudine quæ Actuaria/oneraria autem tarda est: hanc Hippus tyrius illam Rhodii inuenerunt:

Corbitæ
Celox

C ylindrus ut liquido ostendit Gellius lapis teres a uolubilitate dictus gemmæ Cylindri Plinio Selino Iuuenali & aliis in longitudinem productæ: Iam cylindractæ Pisi thecæ eidem Plinio: Sunt & Cylindri geometrici de quibus Cicero in Tuscul. quæst. Vitruuius nono Itaq; Architas Cylindrorum descriptionibus Eratesthenes organica Mesolabii ratione idem explicauerũt/Vergilius & alii rei rusticæ auctores Cylindrum in areæ Vitruuius in palestrarum ambulationis exæquatione nominarunt.

Clyndraceus

C hytrapodes χυτρα και χυτρον olla ποδες pedes dicuntur:

C oticula a cote hipocoristicos lapis est hoc nomine qui olim in solo flumine Tmolo lydiæ inueniebatur unde & Lydius dictus/nunc uero passim/quæ Heraclium alii uocant: experimentum eo auri argentiq; faciunt scrupulari ut inquit Plinins differentia non fallente ratione mirabili:

Lidius lapis
Heradius

C innabaris minium dicitur inter uenena cum ex ea fiat argentum uiuum & uicissim ex hoc cinnabaris factitia illa quam uulgo Cinnabrium dicunt: Plinius. xxxiii. Milton uocant græce Minium quidam cinnabarim unde natus error Indico cinnabaris nomine sic enim illi appellant Saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere permixto utriusq; animalis sanguine: sed

Milton
Minium

uide an cinnabaris huius nomine significari possit id quod nunc draconis sanguinem pharmacopolarum dicunt officinæ/ etiam si uulgaris est & adulteratus: Minium autem agris ephesiorum cluianis primo memoratur esse inuentum: Foditur gleba inquit Vitruuius septimo quæ Antrax dicitur ante q̃ tractationibus ad minium perueniat: Antrax

C remasteras græci uocant singulos neruos quibus depẽdent testiculi ab inguinibus ut scribit Cor.Celsus in.vii. Cremasteria pendentia in ædificiis:cõmunis autẽ utriq; testi sinus est qui a nobis cõspicitur Oscheon græci scrotum nostri appellauere/ Cremasteris Oscheon Scroton

C yminus herba notissima etiã columbis uel semine quod appetunt: & in condimentis apud ueteres precipuo in usu habebatur:unde κυμινοπρίστης cuminisector in auaros nomen transiuit qui minimarũ etiam rerũ rationẽ habent simile quod apud Martialẽ a ficubus Sycamerezin dicitur cum auaritiæ extremæ hoiem signaret Et ego in nostrates tris auarissimos scripsi θριδακημιρίζειν cum latucam bigatino emptam diuiderunt latutæ cœnaturi non tamen cœnã Luculleam in apolline: Cyminopristes Sycamerizin Thridacemerizin

C helonia Vitruuio in machinis tractoriis sunt puluini ueluti quædam Ansæ tignis adfixæ quibus suculæ uti axes fune adligato & cuneis insertis aduersandum immituntur:quemadmodum inquit Sucula cheloniis retinetur ita axis includatur habens in medio tympanum amplum quod nõnulli rotam græci autẽ amphireusin alii Peritrochon appellant: Sunt & machinis ad aquam e puteo hauriendam apud nos sua chelonia in his axis cum tympano cuneolos ligneos & alterum caput funis tractorii adligatum habente includitur: nam alteri forfex e ferro adnectitur ad urnam continendam & ad solium etiam/ cum tali machina utuntur putearii fossores/& per æstatem repurgatores: Suculæ Amphireusis Peritrochos

C edrium oleum quod e cedro arbore nascitur / ueluti e cupressu & pinu resina/quo reliquæ res auctore Vitru/ Resina

Cedrelates
Cedria

Cedrides
Cedreleon
Cedr⁹ ꝑ citro
Citromella

uio cum sunt perūctæ uti etiam libri a tineis & carie nō uitiantur:Sed & Cedrus magna qua Cedrelaten uocāt dat picem quæ cedria uocatur dentium doloribus uti/lissimam refert Plinius.xxiiii.Eius fructus Cedrides ap/pellati tussi conferunt urinam ciunt: nam e malis cedri factitium Cedreleon dixerunt: Dion uero & græcorū aliquot scriptores/ cedrum pro citro/ & cedria mala ꝑ citreis appellauere/quæ citromella tribus generibus di/stinguuntur:

Librеæ aq̄riæ
Dioptra

C horobates regula est longa ad aquarum libratiōes ido/nea aptissimaq; Vitruuius.viii. Libratur aqua dioptris/aut libris aquariis/aut chorobate sed certius per choro baten efficitur:ꝙ dioptræ libræq; fallunt: Dioptra ipsa instrumenti genus est geometrici ab explorādo prespi/ciendoq;/quo & aquæ librari solent/& altitudo turriū e longiquo deprehēdit᷑: ἀπὸ τοῦ διοπτεύειν: Plinius.ii.nisi terra in medio esset æqualis dies noctesq; habere non posse deprehēderunt: & Dioptræ quæ uel maxime id confirmant/cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusq; cernatur:

Coronarium opus

Zophorus

C oronæ ad ornamētum capitis/& ad honorem bellato/rum habentur:in ædificiis quoq; ad decorem & came/ris ꝑpolitis/& laquearibus dispositis subiiciūtur/quis & parietes præcingūtur/ æstiuis maxime locis/aut exedris & ubi minime fumus/nec fuligo potest nōcere:siue pu/ræ/siue cælatæ magis placuerint: unde camerarum Vi/truuio opus coronarium/& Plinius trigesimo sexto Gy psi inquit usus in albariis/ sigillis/ coronis ædificiorum gratissimus: Sub coronis cimatium/ denticulus/mox Zophorus/in cuius spacio sigilla sæpius deformantur unde nomen:In cœlo etiānum coronæ uisuntur: Plini/us/ Cernuntur & stellæ circa solis orbem ceu specie co/ronæ & uersicoloris circuli:qualiter Augusto Cæsare in prima iuuenta urbem intrante/ post obitū patris ad no men ingens capessendum:existunt eædem coronæ cir/ca lunam & circa nobilia astra/cœlo quoq; inhærentia/

si in exortu circa solem & duplex presertim ita ut rube scāt nubes maximam tempestatem: Si circa lunā quartamquam ægyptus & alii obseruant rutulus circulus imbres & uentos si errantium stellarum aliquam corona cinxerit imbres portēdit: & Seneca primo nat. quest. Hūc inquit græci Halo quem uocāt nos coronam dicere aptissime possumus alii Aream interpretantur: Visitur circa solem & lunam albo colore tempestates arguens inter Phasmata aeris uisa: qualia sunt iuris Chasmata qui hiatus, uirgeq; & alia: nam cauma exhalatio in aere est quæ in confinio orizontis rubere ex incēdio uidetur nostri Flammationem uocitant: | Quarta luna | Halo | Phasmata | Chasma | Cauma | Flāmatio

C halcites lapis ab ære nomiatus Plinius. xxxiiii. Fit & ex alio lapide chalcitem uocant in cypro ubi prima æris inuentio: mox utilitas precipua reperto in aliis locis præstantiore maxime Aurichalco quod ob precipuam bonitatem admiratiōem diu obtinuit: est autē æs aurei coloris a mōtibus appellatū nisi sit ab inuentore Cadmia inquit Festus terra quæ i æs coniicit ut fiat Orichalcū. | Aurichalchū | Orichalcum

C admia in ærariis fornacibus nascit optima: ipse quoq; Lapis erosus ex quo fit æs inquit Plinius. xxxiiii. Cadmia uocatur fusuris necessarius: tenuissima est in fornacum ore qua flāmæ eluctantur Capnitis a fumo appellata exusta & nimia leuitate similis fauillæ Interior optima cameris depēdens & ab eo argumento Botryitis cognominata oculorum medicamētis utilissima: | Capnitis | Botryitis

C apsarius in balneis iam dictus est: dicitur & qui portat libros Scolasticis Vlpiano de manumissis uind. libro. xl. ff. Vnde est Augustæ uernula capsæ: Capsæ iquit Festus a græco: has illi κάψα dicunt: | Capsæ

C ortina uas in quo uellera maxime tingi solent: Vnde Columellæ Cortinale: cortina a Vergilio tripodi appollinis datur: neq; te phebi cortina fefellit de qua Seruius multa: Plinius ex ære factitauere & cortinas tripodum nomine delphicas quoniam donis maxime apollinis delphici dicabantur: placuere & Lychni pensiles in delu | Cortinale | Delphicæ

bris arborum modo mala ferētium lucentes quales ad-
huc in nostris templis conspicimus / ex ære ferro inter-
dum & interdum aurichalco ad fabre tornatis:

C opula uinculum e loris Plautus in Epidico/queritāt me
in manibus gestāt copulas:Ouid.Copula detrahit̃ cani.

Infra classem
C lassici non omnes qui in classibus sunt dicti/Sed primæ
tantum classis:infra classem cæteri appellabantur: Gel-
lius auctor: Vnde classici discipuli & classici scriptores
primi ordinis & nominis:

C orollarium additamētū factum promissis pactionibus
& aliis quæ debebamus aut uolebamus Senecæ pliniis
Corollarium
ambobus innumeris:Vnde Apuleio quoq; puerile Fo-
puerille
tidis suæ corollariū:dictū ut uolūt a corollis ĩ scena acto-
ribus cū placuissent ultra proposita præmia dari solitis:

C olycia Coryciaue ut alii colytia uel corythia muricum
Corycia
generis sunt turbinata æque:Sed minora multo inquit
Plinius.xxxii.& efficatiora/orisq; halitum custodientia
Colliquiæ
Collicias uero siue colliquias sulcos maiores dicunt in
Elices
agris maxime ad aquam in fossas educendam/quibus
Colligæ
non dissimiles nec ad alium fere usum Elices habentur
At Colligas idem Plinius.xxxi. uocari tradit quasdam
speluncas in quibus aphronitrum inueniatur:

C irculitiones oris sunt quas Dioscorides ut credebat Her-
Perichrista
molaus perichrista calliblephara appellat a circūlinen-
Calliblephara
do quod est expolire:nā & in fabricis & in pictura sunt
Epichrista
circūlitiones quæ fiunt penicillis: habentur & Epichri-
sta Galeno in eundem fere usum:

C erostrota a cornibus pauimenta:ut Lithostrota a lapidi-
Lithostrota
bus Plinius. xi. multasq; alias ad delicias conferuntur
Ebur
nunc tincta/nunc sublita/nunc quæ Cerostrota picturæ
genere dicuntur:Vnde Vitruuio Cerostrota ornamēta:
Ipsaq; forium inquit ornamenta non fiunt Cerostrota
neq; bifora sed ualuata & aperturas habēt in exteriores
partes:Et cum dētes in elephāto e quibus ebur cornua
dixerint ueteres/ex ebore quoq; dici poterūt cerostrota:

C eraphiū a cornibus poculi genus: κερασ cornu : Vnde

Ceruchos quæ nostri cornua/græci extrema uocant an tennarum: Ceruchi

C onus cupressi nuces dicimus ut Columella: Inde Ouid. coniferæ cyparissi/Pinus quoq; hinc Catullus coniferá sudanti cortice pinum: & Alexander myndius pityinos conos uocauit: Pinus ipsa græce Pitys appellata a nomine puellæ Pitys quæ scitula amatores habuit Boreá & Pana/sed a Borea impetu flatus saxis illisa moritur/tellus ut ferunt miserata in arborem pinum uertit Fauno mox gratissimam in usu coronæ: & quam Boreas adhuc agitare nó cessat: & ide Pityides nuclei pinei uocitati: Conos idem fere quod meta & Pyramis Turbo inuersus: unde conoides specie coni qualis cupressus fœmina metæ aspectu Plinio.xvi. ut a Cylindri forma Cylindroides/& a rhombi Rhomboides: geometrica itẽ figura cum lateribus & angulis oppositis & æqualibus ita tamen ne rectangulam nec æquilateram dixeris: Canifera Pithyini coni Pitys Pithyides Conoides Cylindroides. Rhomboides

C arbatinæ rusticú notant calciamen ut nostris fere Perones de quo Pollux: Xenophon Socraticus Anabaseos libro.iii. Cum defecissent ueteres calcei carbatinas í usu fuisse scribit ex recentibus coriis bubulis confectas: Súť qin Catullo crepidas carbatinas: alii carpatinas recipiát: Perones Carpatinæ

C upæ uasa uinaria maiora. M. Varroni & antiqs ex Nonio: Plinius.xvi. Piceæ ad fissiles scandulas cupasq; & pauca alia secamenta: &.xxiii. Feci uini tanta uis est/ut descendentes in cupas enecet: Dolia licet defossa sint & cupæ inquit Vlpianus. xxxii. Pandectarum de funda. instr. & Capitolinus scribit Maximinum Cæs. ad aquilegiam ponte de cupis facto fluuium transisse: a priscis caupæ dictæ a cauo/ab illis uero caupones/siue potius a copiis neotericis inter pocula numerantur cupæ aureæ argenteæq;: Caupe Caupones

C atulitionem rustici uocant nouú tempus uernum quo Zephyrus qui Fauonius flare incipit: gestiente natura semina accipere/eaq; animam inferente oíbus satis: a canibus dictú quæ catulere dicútur canem appetés: partus

Vtriculi

Aphodeuterion

Aphodeuma

Cranon

Corichos

Caluities

Calua

Suturæ

Caluariæ

Polyndria

Labeones

Labrosi

Cilo

Cillo

Furcillæ

uero gestatio in arboribus germinatio appellat̃:flos erũpens partum facit cum ruptis constat utriculis ut scribit Plinius :educatio autem in fructu est:

C æsale priuata latrina dici pôt ἀπὸ τοῦ καίσαι quod est egerere / siue ut aliis placuit a secessu Columella rei rusticæ.ii.quædam quotidie ut culina & cæsale/quædã pluuiis diebus ut bubilia & ouilia debent emũdari:græcis latrina Aphodeuterion dicit̃/Aphodeuma stercus:

C ranium & cranon ut Aristoteles capitis caluam caluariamue dixerũt græci:Lycophroni est κοῦχος qui aliis cauum etiam oculorum significat:Inde Hemicranea & Heterocranea de quibus dicturi sumus:a calua Caluitiũ & caluities:Calua uero ipsa raro solida est sine suturis:illud aũt inter physicos conuenit/quo suturæ pauciores eo capitis ualitudinẽ cõmodiorem:sed & caluarias loca sepulture publica nostri appellant : quæ a multitudine uiro℞ græci Polindria:quale.ccc.laconibus ad thermopylas desideratis Xerxe toti græce minitante positũ est:

C hilones a magnitudine labiorum ut labeones/& labrosi χεῖλος labium : Ast Cilo cui frons est eminentior : & dextra ac sinistra uelut recisa uidetur ex Pompeio : sed M.Ciceroni in salustium Cillo cruentem & effœminatum notat:quãdo cillere mouere prisci dixerunt/Vnde Furcille quas alii a furcula mallunt:

C hrysocolla humor per uenam auri defluit crassescente limo rigoribus hibernis usq; in duritiem pumicis:cõmendatur quæ colorem habet segetes late uirentis:usus eius in medicina & pictura utũtur & aurifices ĩquit Plinius auro ad glutinãdo/& inde omnes appellatam similiter utentes dicunt:temperatur autem cypria erugine pueri impubis urina/addito nitro:Eruitur au℞ & chrysocola iuxtaue præciosior uideatur nomen ex auro custodiens laudatur in ærariis/proxima ĩ argentariis/& in plũbariis metallis/uilior auraria/Fodi ex his locis quæ sunt proxima ærariis metallis scribit Vitruuius i. vii. Et qui ꝑpter caritatẽ inquit chrysocolla uti non possunt/ herba quæ

luteum appellatur ceruleũ inficiunt / & utũtur uiridissi/ mo colore/hæc autẽ infectiua appellatur : est & factitia de qua idem Plinius : Eiusdẽ coloris & Armenium cõ/ municato cum ceruleo:est & Apianũ uiride quod chry socollam lotum mentitur:& creta uiridis Smyrnea pro batur Theodotionem uocant / ut in fundo Theodoti cuiũsdam primo inuentam: Luteum Infectiua Armenium Apianum Theodotion

C ornus arbor nota sanguineis baccis/ fulua in uenabulis nitet/ut Sabucus/lignum potius q̃ materies dicenda in/ quit Plinius .xvi.propter exilitatem non ad alia pene q̃ ad radios rotaꝝ utile/aut si quid cuneãdum sit in ligno clauisue figendum ceu ferreis : Nunc radii in tympano paruo ad circũactum molæ superioris in moletrina ex eo uno ligno maxime fiũt/Colurna hastilia ex ea arbo/ re/Festo Pompeio: Columnus

C orium sciũt omnes a quo Coriarii: & Coriago morbus uel in bobus cum pellis tergori adhærens etiã apprehẽ/ sa manibus diuelli nõ potest:quæ fit maxime cum bos sudãs in opere refrixit/aut sub onere pluuia est madefa ctus: Est & Coriũ Plinio.xviii.cutis quodãmodo ipsius terræ modo crassior/modo tenuior pro diuersitate soli/ nam quid laudatius inquit Germaniæ pabulis/& tamẽ statim sub est arena tenuissimo cespitũ corio : Et Vitru/ uio Corium arenati dicitur : post trulissationẽ inquit nõ minus tribus coriis arenati inductis marmoratũ induca tur : ubi marmoratũ ultimã arenationẽ appellare uidet a marmoris ut opinor scobe assulisq; admixtis: Coriarii Coriago Marmoratũ

C erephilon Columellæ & Crrepolon hortẽsis herbæ ge/ nus ad minutal odore nõ iniocundo probatur:Plinius. xviii.Equinoctio autũni serũtur coriandrũ/anetũ/a tri/ plex maluæ/Lapathi/Cerepolon quod Pederotion græ ci uocant:& acerrimum sapore igneiq; effectus/ac salu/ berrimum corpori: Cerepolon Pederotion

C ambre brassica græcis/crispam selinada uocant ab apii folioꝝ similitudine:Læan uero alteram latis foliis e cau le exeuntibus / unde Cauloden quidam appellauerunt Selinas Læa Caulodes

Crustæ i uasis

Læa ipsa leuis dicitur: Crustæ uasa intus occupantes in quibus aquæ feruent si auelli non possunt brassica in illis decocta discedunt:

Bulbus
Cyperus
Cyperis
Cypros
Ligustrum
Caprifolium

C ypirus gladiolus herba radice bulbosa & dulci/quæ decocta panē etiã gratiorē faciat:foliũ habet simile nomini:bulbũ autē alii oculũ appellãt inqt Pli.xvii.in mētione harũdinũ Cyperus uero uincus est angulosus radice oblõga quã cyperida uocãt:magni ĩ medicina usus/Est & p se cyperis herba ĩdica gingiberis effigie quæ cõmãducata croci uim reddat at Cypros ĩ ægypto arbor nostris Ligustrũ & uulgo lagustrũ aliis caprifoliũ ꝙ capræ illius folia appetãt:Semen hēt coriãdri cãdidũ odoratũ quod in oleo coquit᷑/præmiturq́ postea quod cyperus uocat᷑:ut idē Pli. refert.xii. at Theophrasto in odoribus hoc ipsum unguētũ cypros ēt arboris suæ noĩe dicit᷑:

Balaustia
Ricini
Pancrestos
Stomachice
Anteriace

C ytinus punicæ arboris primus partus florere incipiētis in quo flosculi sunt erũpentes anteq̃ malum ipsum qui balaustia dicuntur/Plinio.xxiii.Sunt qui hoc nomine significēt futura mori arboris poma/quæ Ricini eidē Plinio eo ipso libro appellãtur a quadã(ut reor)aĩalis ricini similitudine/hi terrã si nõ attigerint sanguinē sistũt adligati siue ex uulnere fluuat/siue ore/naribusue & hæmorrhoidibus Ex ipsis aũt moris fit Pãcrestos Stomachice Anteriace appellata mixtis omphacio myrrha croco:

Salientes
Eneacrunos

C runi nostris salientes/fontes manu facti / & ut ductus aquarum Frõtino/Vnde Eneacrunos fons athenis a nouem salientibus/de quo Plinius Thucydides & alii: Vlpianus.xxxiii.ff.Fistulæ autē & canales/& crateres/& si qua sunt alia ad aquas saliētes necessaria/& libro.xviii. Labra/saliētes fistulæ quoq́ quæ saliētibus iungũtur q̃uis longe excurrãt extra ædificiũ sunt/item canales. Et Iabolenus eodem libro titulo de Supellectile leg. Vasa ænea inquit Saliētis aquæ posita/item si quid aliud magis deliciarum q̃ usus causa paratum esset non esse Supellectilis Labeo & Trebatius putant; Sed & crunum in usu græcis poculum uocauere:



Ecumana oua dicuntur ut decumani fluctus/Decumanus limes/decumanus acipenser/quia sunt magna & absoluta/quando denarius nūs præfectū & absolutū fere significat Ouum īquit Festus decimū maius nascitur:& fluctus decimus fieri maximus dicitur: Albēsia quoq; scuta decumana dicta q essent amplissima eadem ratione decumanus limes ab ortu solis ad occasum / nam qui extrāsuerso currit Cardo appellatur: Decumum enim decimum uocant: Plautus in Pseudolo:In foro uix decumus quisquis est qui ipsus se se nouerit:Decumator inde detractor decimæ: nam decumare est decimū quēq; supplitio ultimo afficere/quod factitatū ab Imperatoribus est:uerbū frequens historicis:Sicuti rarum uicesimare/& quādoq; cētesimare/Et decumatores olim nostra paupere ecclesia fuerāt sacerdotes:ut locis eternū aliquibus nūc quoq; decumatrici ecclesiæ ex agroꝝ & bonorūm fructibus erogātur decimæ: de quibus satis multa ī iure pōtificio: Sed ne degustabāt quidē ueteres nouas fruges aut uina anteq̄ sacerdotes primitias libascent: Denarius nūs Cardo Decumus Decumator Decumare Vicesimare Centesimare Ecclesia decimatrix Primitiæ

D ium antiqui ex græco appellauere uti a deo ortum/& diurnum inquit Festus sub cœlo lumen: ἀπὸ τοῦ Διὸς id est a Ioue:Vnde adhuc sub Dio & sub Ioue fieri dicitur quod non fit sub tecto/ & interdiu cui contrarium est/noctu:Item Dius Heroum aliquis ab Ioue genus duces:ut generosus / ac Dium fulgur diurnū quod putabāt Iouis/ut nocturnū summani: mirum est quod refert Plinius in.11.In Catilinianis prodigiis Pompeiano ex municipio. M. Herennium decurionem Sereno die fulonium ictum: Sub Dio Sub Ioue

D elibutus perfusus madens Apuleius Tot ciuium inquit sanguine delibutum/& libro idem decimo/ magno deniq; delibutus gaudio dominus:Terent.in Phormi. Satin est si te delibutū gaudio reddo: ubi Donatus qđ est

corporis ait ad animum traſtulit:qñ delibutus unctus dicitur/hinc non ſemel inuenies dici unguẽto delibutum utitur ea uoce &.M.Cicero ad Herennium tertio:

Decreta Scita Plebiſcita Placita

Dogmata græci nos decreta/ſcita/unde plebiſcita/Plinius & alii Placita:

Crapulæ Crapulator

Decapulator/defecator/repurgator/olei dũ e labris oleũ in labra deffundit/a capulis(ut uolunt)quæ ſint uaſa anſata Plinius.xv. Item in amurca & flacibus eæ ſunt car/nes/& inde feces/quare ſæpius die decapulandum/Ca/toni & Columellæ eſt Capulator/non multum diſtans a decapulatore:

Elutriator Diffundere Ethanion

Detrulator tranuaſator/elutriator is dicitur qui de uaſe in uas liquores tranſſert/elutriare græcis μεταγγίζειν latinis tranſuaſare ſed rarenter/Apicio ni fallor detrullare/quod erit de trulla in trullam deplere/tranferre/quod ipſum Plinius.xiiii.diffundere/uocitat:Eſt & Excollare purgandi gratia guttatim per collum tranſmittere a collo uaſe græci quod Ethanion appellant:

Diatriba locus exercitationis ingenii ad diſciplinas/& ipſa quoq exercitatio : Aul. Gellius Interrogaui in diatriga Taurum an ſapiens iraſceretur:Idem libro ultimo/Sunt autem qui Diatribas id eſt exercitatos & ſtudia διατριβὴ exercitium ſtudium græcis dicitur:

Diætatii Directarii Tichobatæ Tichos Diæterice Pharmauticẽ Chirurgice

Dietæ in ædibus a conuictu & conuerſatione nominant: nam διαιτομαι uiuo conuerſor:Plinius Cecilius ſu/am in Tuſcis uillam deſcribens Eſt in hac inquit Diæ/ta dormitorium cubiculum:Vlpiano Iureconſul.Dieta/rii uocant qui ſurandi animo in aliena ſe diriguit cœna/cula:quos plus q̃ fures cenſet puniendos : alii Directari/os a dirigendo mallunt & cenſent appellandos / & Ti/chobatas eoſdem credunt / de quibus Vopiſcus / Inter alia inquit exhibitus eſt Tichobates qui per parietem urſo eluſo cucurrit : Tichos paries Dieta quoq tenuis & caſtigatus uictus / a quo Diæteticen medicinam uo/cant/quæ temperato uictu medetur : nam quæ medica/minibus Pharmaceuticen/ quæ manu Chirurgicen ap/

pellant/quam primus Hippocrates excoluisse dicitur Diætetices autem illud est quod senectutem moderatꝰ Gerocomicon:quod defectus reficit Anapleticon/quod mala precauet Prophylacticon: Gerocomicō Anapleticon Perphylacticō

Dextrocheria eademq(ut remur)Dextrariola ex auro ut Plurimum ornamenta muliebria anulari specie in bra/chiis fuisse facile credimus: quando Capitolinus in uita Maximini Cæs. Erat inquit præterea ut refert Cordus magnitudine tanta ut octopedes digito uideretꝰ egres/sus/pollice ita uasto/ut uxoris dextrocherio uteretur ꝓ anulo:Nō alia nobis sunt quæ brachialia appellauimus aurumue brachiale: Dextrariola Brachialia Brachiale aurum

Drauci obscœna/prepostera/auersa libidine alios chedo/lantes/diuidentes/subagitantesq: Δρίω græce facio: Martialis de Cynedo/oculis deuorantibus draucos: ut Drauci mutoniati referant paticos Cynædos/molles/& effœminatos:Daucus uero pastinacia siluestris: Daucus

Domuitio a domo & itione compositum nomen:Itio .n. recte dicitur/sicut abitio/reditio:Apuleius/nec domuitionem inquit paro/Mar. Cicero primo diuinationis reditum & Domuitionem dari:Lucilius:Domuitionis cupidi imperium regis pene iminuimus: Itio

Deplois duplex uestis/Διπλόω duplico/Διπλότης duplicitas: Duplionem antiqui dicebant quod nos duplum a græco inquit Festus Διπλόον:Duplarii quibus uirtutis gratia ut refert Mar.Varro duplicia ex instituto cibaria dabantur: habentur & duplariæ & simplariæ actiones: Diplotis Duplio Duplarii

Depexa lacera inconcinna uestis:Nonius Depexum lace/ratum Terentius in eut. adeo exornatum dabo/adeo depexum/ huic contraria Pexa uestis concinna: Vnde pexatus pulchre rides mea Zoile trita:Horatius/si forte subucula pexæ trita subest tunicæ:ex quo doctorem pexum pro terso & eleganti dixit Quintilianus: Plinius. VIII.de lanis Istriæ Liburniæq:pilo propior q̈ lanæ pe/xis aliena uestibus/& quam sola ars scutulato textu cō/ Pexa Pexatus

mendatur:

Dalmatica uestis nunc sacerdotalis genus: nec scio an a Dalmatis populis quorum regio Dalmatiæ nomen adhuc retinet: Heliogabalus imperator ut tradit Lampridius, in publico dalmaticatus post cœnam sæpe uisus est Gurgitem Fabium, & Scipionem sese appellans quod cum ea ueste esset, cum qua Fabius & Cornelius a parentibus ad corrigendos mores, adolescentes in publicum essent producti:

Dalmaticatus

Diaphoretica a medicis uis discussoria latinæ dicitur, hoc est dissolutoria, discutiuntur dissoluunturque incipientia tubercula, emittuntur iam digesta & suppurantia: Cor. Celsus.v. Discutiuntur ea quæ in aliqua parte corporis coierunt: inde uis discussoria, qualis est Abrotano, Liliomelli, Serpillo, Narcisso, Rosæ, Croco, Passo, Resinæ, Ficubus aridis, Lini semẽibus, ouorum uitello, & aliis, diphoreticum uero Sudorem eum recte dixeris qui sua exuberanti redundantia corpus debilitat: & Diphorumenos medici quos dicunt, Pli. interdũ sudatores ut in cardiacis, modo subitis timoribus expauescentes uocat: Sunt & quibus astrictũ corpus sudoré non emittit: qui ĩ ægritudinibus plurimis eliciẽdus est: aut sicco calore, aut balneis: Siccus calor erit & arenæ calidæ, & Laconici, & clibani & quorũdã naturalium sudationes: ubi e terra profussus calidus uapor, ædificio includitur: sicut super baias in myrtetis habuerunt ut scribit Celsus: & Vitruuius in montibus inquit Cumanorum & baianis sunt loca sudationibus excauata ubi calidi uapores:

Discussoria uis

Diohoreticus

Diphorcemini

Sudatores

Sudor eliciẽs

Sudationes

Dysodia oris graueolentia potorumque, at Celsus libro.iii. itaque ei febris remissioni credendum est inquit, quæ etiam immoratur, & iactationem, fetoremque quendam oris, quẽ Ozen græci uocant minuit: In ozena in naribus, & iter pisces ac ozolæ locri a malo odore: Ὄζειν olere, εὐωδία bonus odor:

Ozis

Ozena

Euodia

Dysenteria exulceratio intestinorum quæ latinæ ut refert Cor. Celsus.iiii. Tormina dicantur: Plinio Tormina esse

Tormina

uiderentur quæ græci Strophos uocant/aliquibus etiã pro tormento: Vnde dysenterici & Torminosi: Fit aũt Galeno autore materia exuberante/calore æstatis ĩfecta quæ fit salsa/si carnes egeruntur lœtalis Hippocrati: nã cruor manat cum stercore semper liquido: aut cum mucosis quibusdam excernitur: Sed & carnosa quædam descendunt/frequés deiiciendi cupiditas/dolorq; ĩ ano est/& in uentre tormentum: Strophi

Dysuria stranguriaq;/difficultas & stillicidium urinæ/nõ sine doloribus/quas ut plurimum faciunt calculi in uesica ĩflamatioq;/& alia quoq; /cum supprimitur urina ut tradit Galenus: hinc Cato/quibus inquit ægre & lotium id est/urina: quem morbum ipse uocat substillum/ & eum fortassis qui sine calculo & inflamatione euenire potest: Nam Ischuria quibusdam dicitur nullo omnino exeunte lotio quæ cruciabiliter torquet: At Festo Põpeio. Substillum tempus est ante pluuiam pene/ & post pluuiam non per siccum q̃ iam stillaret aut nundum desiisset: Stranguria Lotium Substillum Ischuria

Diabrosis reiectionũ sanguinis species est/cum exesa parte aliqua/sanguis expuitur: quem interdum pus sequitur: Veluti Rhegmochasmos quoties rupta id contigit: & Anastomasis de qua suo loco dictum est de singulis libro quarto Cor. Celsus. Rhegmochasmos

Deliquium defectus: unde lunæ deliquiũ Ecclypsis & defectus/intercedente terra/dicitur & solis quoq;: utriusq; romanorũ primus uulgauit Sulpitius Gallus qui cons. cum M. Marcello fuit apud græcos uero Thales milesius olympiadis .xlviii. anno quarto: fiunt autem prodigiosi & longiores solis defectus/qualis inquit Plinius occiso Dictatore Cæsare: & Antoniano bello totius pene anni pallore continuo: Animæ etiam deliquium dixere/animiq; defectum/Lipothymian & Lipopsychian græci & defectos παρέτους: quasi resolutos/ipsamq; resolutionem Paralisin/a defectu uirium: At Deliquum Festus Pomp. minus interpretat᷑ in illo Plauti ex Casina Ecclypsis Defectus Lipothymia Lipopsychia Pareti Paresis

Deliquum

Sine amet sine quod libet id faciat: quando tibi nil domi deliquum est:

Septũ trãsuersum
Præcordia
Phrenæ

Diaphragma sub corde atq; pulmone trãsuersum ex ualida membrana septum appellant uterũ a præcordiis diducens/Cor.Celsus primo/Simul atq; uero ferũ ad præcordia accessit/discissum transuersum septum est/quod mẽbrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit/Diaphragma græci uocãt/hominẽ protinus animam amittere: Item secũdo: Infra transuersum septum quod Diaphragma græci sit abscessus: Sed præcordia ipsa quæ Phrenæ Plato etiã Diaphragma appellauit:

Cruda
Homotes
Cruditas

Dyspepta græci cruda uocãt latini difficilis quæ sunt digestionis: Sed crudus dicitur etiam nõ facile cibũ digerens ex rheumate/stomachiue frigiditate/siue imbecillitate/aliisq; ex causis/de quibus Auicenas Galenus/& quicquid est medicorum: Homotes græcis cruditas:

Priuilegia
Priua

Diplomata priuilegia latine dici possunt/etiam si priuilegia singulorum hominum esse uidentur/quando priua/singula ueteres dixerunt Cecilius Tacitus Seneca & alii nam decreta & rescripta omnia principum Diplomata sunt qui appellent: Suetonius in Augusto in diplomatibus libellisq; & epistolis signãdis initio sphinge usus est: item in caligula prolataq; diuorum Iulii & Augusti diplomata/ut uetera & obsoleta deflebat: Cicero in epistolis ad atticum: Diploma statim non est datum: Cur autem & unde Venuleius Iureconsultus de uerborum obligat. Diploma continuatum die noctuq; iter uocet æstimandum relinquimus:

Dioryges Pomponio melæ fossæ manu excauatæ/ορυσσω fodio: & oryges testudines iter machinas quæ sunt ad fodiendum inquit Vitruuius comparatæ:

Tactici

Dictata præscripta Themata quæ Ludi magistri proponunt scholasticis imitanda/quæ Lanistæ gladiatoribus/quæ Tactici tyronibus/quæ structores aliiq; discere uolentibus: Sunt autem tactici Vegetio armorum tractandorum doctores & magistri:

Drypetæ oliuarum bacce Plinio .xv. quæ nostris Drupæ ad conditturam aptæ cum uirides sunt/nam per maturitatem nigrescentes/oliuo magis succo idoneæ: Idem Plinius in mẽtione raphãi cibus illiberalis utiq; si proxime olus mandatur/Si uero cum oliuis drupis rarior ructus fit:manusq; fœtidus: & iam dixerat decimo tertio de oleo omphacio Deterius ex drupa/ita enim uocatur priusq̃ cibo matura sit/iam tum colorem mutans: Dicuntur & Colymbades oliuæ conditæ q̃ natent in sua muria κόλυμβω nato: Idem Plinius uigesimo tertio Cymbades sordida ulcera purgant inutiles difficultatibus urinæ: Columella ultimo Quidam unam partem muriæ:& duas acceti miscent/eoq; iure oliuas Pausias Colymbadas faciunt: Drupæ Colymbades

Diuretica urinam prouocantia/uti Baccea herba/Sisybrium/apii semen/Asparagne/Raphani/& mille alia quæ nim habent cõcitatricem urinæ/Sed asparagi uesficam exulcerant immodico usu/ Asparagi

Dardanum ex Auro ornamenti genus Samothraciæ quod debemus/quæ Dardania prius dicta a Dardano ut uolunt qui subripto palladio Mineruæ eo confugerit/Plinius .xxxiii. de usu auri ut habeant inquit in lacertis iam quidem & uiri quod e Dardanis uenit itaq; & Dardanium uocabatur:Viriolæ celticæ dicuntur Viriæ celtibericæ:habeant fæminæ in armillis digitisq; totis/collo/auribus: Dardanii iureconsultis hi esse uidentur qui grandibus pretiis annonas præcipue flagellant/nam & alias merces: Vlpianus libro .xlviii.ff.tit. de extra.cri.Annonam attentare & uexare uel maxime Dardanii solent/Ideo debebis custodire ne Dardanii ullius mercis sint: Dardania Dardanii

Diphryga in erariis fornacibus faciunt nomine a græcis accepto quod bis toreatur/Plinius trigesimo quarto/Aes ipsum in catino defluit/Scoria extra fornaces/flos supernatat/diphryges remanet:Inter adurentia ponitur Cornelio Celso libro quito. Flos autem æris eidem fere Aeris flos

Psegma quod Psegma æris de quo Dioscorides / & idem Plinius/In ærariis inquit officinis & Psegma fit iam liquato ære aquis percocto:

Dropax unguenti genus Martiali: Vnde δρωπακίζειν depilare eo ipso unguento maxime/Vnde est Carmenio nem Leuis dropace tu quotidiano/Hirsutis ego cruribꝰ genisq;/Sed & accurate ornatus homo hoc nomie græcis interdum significatur:

Diarium a die qui cibus dietim olatur Vlpianus.xxxiiii.ff. Diariis uel cibariis relictis / neq; habitationem neq; uestiarium neq; calciarium deberi palam est quoniam de

Dimensium cibo tãtum sensit testator.Epig.poeta.Pueriq; diaria poscunt: At Dimensum recte dicetur quicquid frumẽti datur seruis opus rure facientibus per mensem annumue: nam prisci quaternos modios frumenti serius dederunt in mense id quod Dimensum dicebatur:

Fœneratores Danistas fœneratores dici ex Pompeio notissimũ est.Plautus in mostellaria/nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius/nec minus bono cum iure quas danisticũ/

Danisticus Itẽ fœnore argentum ab danista ut sumeret:

Distillatorium uas ex ære dicemus aliaq; materia cum operculo plumbeo testaceoue ut plurimum quo succi herbarum florum frundiumq; inter cæteros/uina quoq; & alia innumera igne supposito in aquam distillando trãseunt lympidissimam/guttatim per epistomion descendentem in uase subposito: Arabes id primi ut audio ex

Decoctum cogitauerunt: Decocto herbarum medicinæ gratia usi antiquiores/ut nunc etiam e nostris pauci:

Deleteria mala & pernitiosa pharmaca:nam bona auxilia

Alexiteria toria conferentiaq; Alexiteria uocabimus quorum mẽtionem habet Nicander: Et in omnibus ægritudinibus nascenti ut ille inquit sunt adhibenda malo:

Ctypa Plini.xxxv.de Dubitade. Primus inqt personas tegulaꝶ extremas ĩbricib⁹ ĩposuit quæ inter initia Protypa uocauit postea idẽ Ectypa fecit hic & fastigia tẽploꝶ orta:pp hunc plastæ appellati: Seneca li.de beneficiis.vi.Cœnabat Paulus ꝑtorius in conuiuio quodam Tiberii Cæsaris hñs imaginẽ Ectypa & eminẽte gẽma:chameinos nũc uocam⁹ ꝓminentes & paruulas imagines ĩ gẽmis sculptas.

Chameini

E rgastulũ locum in quo operarii serui uicti ad marmora ad metalla/ad agricolationẽ ad pistrinũ exercent/& operam præstant Nonius Ergastulũ ĩquit locus est carceris Ergastulus custos pœnalis loci/sed ipsos etiã seruos ergastula dicimus Pli.xviii.miramur ergastoloꝶ non eadem emolumenta esse quæ fuerũt imꝑatoꝶ/quoꝶ manibus celebrantur agri/& at honestis manibus oĩa lætius ꝓueniunt qm̃ & curiosius fiunt:Coli rura ergastulis pessimũ est ut quicquid agitur a desperantibus: nisi quis Ergastulos mauelit:operas etiam ipsos operarios appellam⁹ ἔργον opus ἐργάτης operarius/Ergacius seruulus domi seruiens ἐργαστήριον officina: Papinianus libro. xliii digest.de uia.pub.& iti.pub. refic. Studeant autem ut ante Ergasteria nihil proiectum sit/ præterq̃ si fullo uestimenta siccet.

Ergastulum

E benum arborem uni Indiæ a Virgilio datam Herodot⁹ etiam Aethiopiæ dedit. Romæ illam Põpeius magnus in triumpho Mithridatico ostendit:accẽdi negat Fabianus utitur tamen inquit Plinius odore iucundo: materia illi splendescit colore nigranti ac etiam sine arte protinus cõmendato/nunc quoq; ĩ præcio habita recipitur ut laricis & oleæ ad Xylostrota/quæ fiunt e ligni segmẽtis & tessellis pauimẽta/qualia C. Cæsarem ĩ expeditionibus circũtulisse facile crediderim Tessellata & sectilia ab auctoribus nomĩata:probantur & ex illa calami scriptorii:Scobem uero eius oculis unice mederi asserunt nam ebenum medici inter erodentia recipiunt.

Ebenum

Emblemata

E mblemata uasis interserta signa dicũtur de quibus poe/
ta.v.æneid.Cratera impressum signis ubi interpres Ser/
uius impressa inquit signa habentem id est emblemata:
Plinius.xxxi.Vlyxes & Diomedis extant in phialæ em/
blemate palladium surripientes : in pauimentis quoq;
& opere intestino emblemata addi solita idem ipse Pli
nius cum primis ostendit:Vlpianus de auro & arg.leg.
xxxiiii.digest.Si gemma & anulo legetur uel aliæ mate
riæ iunctæ/uel emblemata/recte legãtur / & separantur
& prestandæ sunt : an autem in uestibus dici possunt
nondum accipio:

Edesmata

E desmata edulia Gellius.xiiii.Mar. Varro dicit in Satyra
quæ inscribitur περὶ ἐδεσμάτων id est de eduliis:
Edeatræ inquit Põpeius qui præsunt regiis epulis ἀπὸ
τῶν ἐδεσμάτων . Vnde edesmata græci olera quæ
ad pulmentaria ueniunt eadem & Lachana:

Enchiridion

Enchiridion pugiũculus & ferme militãris a manu dictus
translatus tam a græcis q̃ a nostris ad librorum titulos
ueluti Diuo Augustino/Epicteto & aliis/qui eo nomĩe
inscripserunt libros quos uolebant ad manum semper
haberi:

Equestria

E questria sedes equitum theatrales ut Senecæ & reliquis
Suetonius in.C.Caligula ut equestria ab infimo quoq;
occuparẽtur Popularia uero sedes ꝓmiscue plebeioꝝ:

Euthymia

E uthymia quies animi tranquillitas/summum bonum cre
dita Democrito uti est profecto/quando animi inquie/
tudo summum malum/Prothymia Plauto in sticho ui
detur dici munificentia:

Echo

E cho aeris & linguæ filia(ut ille inquit)uocis imago dici
tur quam reddunt loca in ædibus deuexa camerata pu
raq;/Speluncæ quoq; montes conuallia: ferũt mythici
deam fuisse quam Pan amauerit quod ideo fictum est:
quia is primus cupiit & peruestigauit causam illius uo/
cis ĩtelligere:ueluti Emdymion lunæ cursum primo de/
præhendit/& ob id eius amore captus traditur:Prome/
theus cælestis aquilæ naturam sitũq; peruestigando cru

ciabatur(quando edaces curæ(sed dæmum quieuit cũ illi Hercules sapientia sua dubitationem omnẽ soluisset Heptaphonos porticus olympiæ celebrata quæ septies eiusdẽ uocis extrema reddebat/eandem & Echus uocauere & pœcilen a uarietate / Pœcile altera athenis celeberrima a picturarũ uarietate ποικιλος uarius: Heptaphonoss Pœcile

E piclysis & quibusdam Epichysis poculi genus.M.Varro de lingua latina/in conuiuiis successit Epiclysis & ciathus:in sacrificiis remansit Guttus/& Sympulum:Plautus in rudẽte sinus/epiclysis/cantharus/Gaulus/Ciathus legimus Epichysin dici libationem infusionemue/Gaulus uero uas est uinarium e ligno / & machina hauriendæ aquæ ex puteo idonea: Gaulus Ciathus

E ndromys uestis barbara & uilis ad arcendum frigus utilissima/de qua Martialis extat epigrama.libro.iiii.in cuius calcæ ridebis inquit uẽtos hoc munere tectus & imbres Nec sic ĩ tyria syndone tutus eris habetur & distichon in apophoretis:

E pendyte cuius mentionem habet Diuus Hieronymus uestis est superior græcis superindumẽtum nobis/utpote qua lanea lineaue seu pellicea super alias uestes amicimur sicut Epitogium quæ uestis togæ superinducitur/ ueluti & penula ac Pallium idq; genus innumeræ: Epitogium

E xomides uestes immanicatæ humero tenus thoracem integentes etiam si tallares sint / aptissimæ militibus & opus facientibus inter quas habentur Colobia iam dicta Eremi incolis usitatissima / Festus Exomides inquit comici uestitus exertis humeris: Colobia

E pithemata quæ Pitacia medicamẽta liquidiora quibus intinctus panus albicans coccineus purpureusue pectori leua per te & dextra quandoq; imponitur ad tutãda præcordia/ac cor ipsum in primis & Iecur/ frõti quoq; ad cerebrum/ Cor.Celsus.iii.deinde inquis habere duo pitacia quæ latitudinem frontis longitudinẽq; æquẽt.

E πίθημα operculum : Pitacia quidam munera missitia appellauerunt/ut cucullati caputiatiq; cũ primis/nescio

an in decretis pontificalibus.xxx.q.ii.in hoc significatu accipiendum sit pitacium/ iudicent pontificii iuris con/sultores/Pictaciũ uero in uestibus præcipue(ut laberio) erit uti limbus institaue (ni fallor) & cuiuslibet generis fimbria/ cum foliis/cauliculis/signis/clauiculis/litterisq; polymitario plumatili anceso opere additis/tortili pa/no fere circunsuto:

Mendosa di/ctio Decreti

E clegmata græci / linctus nostri uocauere fiunt hæc non unius generis / habentur tamen omnia in ore & paula/tim stillando demittuntur/ut saccharum in primi glacia le/a medicis Candi/ut reor appellatum/& quod a leui/tate Pennitium uocãt/glycirrhicæ succus/Sal innume/ra Plinius.xxi.de Thymo / Diutinæ tussi eclegmate fa/ciles excreationes facere cum aceto & sale/ Idem.xxxi. de sale multi tussim ueterẽ linctu eius discussere/pecorum scabiem & bouum illitus tollit/datusq; lingendus:

Candi

E nchrista græcis medicamenta sunt liquida/quæ illiui so lent Cor.Celsus auctor libro quinto:

E xanthemata pustularum generi adnumerãda/quæ Pli/nius eruptiones pituitæ/papulasq; aliquando nominat: Celsus.v. Circa totum corpus partemue aspredo quæ/dam fit similis his pustulis quæ ex urtica uel sudore na/scuntur:Exanthemata græci uocant/quæ modo rubẽt modo colorẽ cutis non excedũt: eiusdẽ generis est Psy/dracion paulo durius ac subalbidũ & acutũ eidẽ Celso:

Papulæ

E pinyctides pustulæ dicuntur subliuidæ modice hume/scentes in tibiis fere & pedibus noctu presertim inquie/tantes:Vnde nomen:At Cor.Celsus libro.v.Pessima in/quit pustula est quæ Epinyctis uocat̃ subliuida uel sub/nigra / uel alba/circa quam uehemens inflammatio & cum adaperta est itus reperitur exulceratio:mucosa/co/lor est humori suo similis/ dolor supra eius magnitudi/nem neq; enim faba maior est/oritur in eminẽtibus par tibus & fere noctu/unde nomen quoq; a græcis Epiny ctis impositum est:Sed & uniuersi dolores magis noctu intendũtur:uel quia anima secum ipsa ociatur/uel quia

aer humidior & frigidior est/Sole sub terris existente: Cōmentarios etiam nocturnos rerum noctu gestarum & somniorum Epinyctidas uocant:ut diarios ephimeridas:uexat & oculos epinyctis/Plinius de porro sectili: Illitis foliis sanátur ambusta/epinyctides ita uocatur ulcus acié hebetans/& in angulo oculi perpetim humor emanans: Epinyctidæ Ephimeridæ

E pilepsia est quædam totius corporis cōuulsio unde nomen(ut uolunt) a compræhēsis & illigatis sensibus affecto cerebro/eiusq; uētriculis: ἐπιλαμβάνω apphēdo/ Epilepsis appræhēsio:Inde Epileptici id genus morbo laborátes:quos & Comitiales uocā:Pli·de apio i puerpiis uero ab eo cibo comitiales fieri q ubera hauserint: Epileptici

E piphoræ oculorum inflammationes sunt/& testium aliquādo/Plinius.xx.testiū uero epiphoris cum ramis laureæ teneris:Idem imponitur etiam inquit oculis in lana cōtra epiphoras:& de peponibus Caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus imponitur: Testiū morb⁹

E xochæ oris extuberationes eminētiæ Dioscoridi & aliis ἐξοχη excellentia:

E phelis aspredo quædam cutis est mali coloris in facie/ quemadmodum & Vari fere/pueros ut plurimum infestantes:Cor.Celsus libro.vi.Ephelis a plerisq; ignoratur quæ nihil est nisi asperitas quædam & durities mali coloris:in facie non nisi nascitur:

E pialos febris genus est frigida ex pituita sed uitrea & putrefacta sic ex græco dicta quia blande & modice accēdat ἀπο του ηπιως ἀλεαίνειν. Leniter calere id quod in lentis flegmaticis solet euenire:

E lephantiasis elephantiaue Celso & elephasquoq; Sereno quædam ceu species lepræ elephantorum cuti simillima unde nomen/toto corpore affecto ita ut ossa quoq; uitiētur Plinius .xxvi. Diximus elephātiasin ante magni Pōpei ætatē nō fuisse i Italia/& ipsa a facie sæpius incipientem in nare prima ueluti lenticula mox inualescēte per totū corpus/maculosa uariis coloribus/& Elephantia Elephos

Elephantia

Morbus gallicus

Agria

Psora

Ignis sacer

Erysipelatodes

īæquali cute alibi crassa alibi tenui/dura/ceu scabie aspera/ad postremū uero nigrescente/ & ad ossa carnes opprimēte/ ītumescentibus digitis in pedibus manibusq;: Aegypti peculiare hoc malum & cum in reges incidisset populis funebre quippe in balneis solia temperabātur humano sanguine ad medicinam eam: Idem. xx. his cōmaducatis & impositis sanari elephantiam / sicut magni Pomp. ætate fortuito cuiusdam experimēto propter putorē in facie illita cōpertum est oritur ex atrabile quæ sit retorrida/& ueluti cācer unam tm̄ corporis partem infestat sic elephantia totius corporis cancer merito creditur inexpugnabilis: Cassiodorus cutis inquit aīalis Elephanti ulcerosis uallibus exaratur a qua transportaneoꝝ nefanda passio nomen accepit:Hinc medicoꝝ nō ultimi nostræ ætatis morbū Gallicum qui nuper irrepsit Elephantiam credunt/ alii Lichenas uoluere agriamue psoram:nam eoꝝ plurimi elephantiasin uocitant id genus morbi quo crura adeo intumescunt ut tumor ille pedes in elephantiacis similes elephanti pedibus reddere uideatur:ut cūq; morbus ille Gallicus/atra pestis est/& in omnibus fere malum immedicabile:

Erysipelas Dioscoridi ignis sacer Plinio dicit': apud Cor. Celsum in uulneribus etiam nominatur Erysipelas: nā cum libro quīto dixisset Cancrum corpus uel senile uel mali habitus occupare cum super īflamationem rubor ulcus ambit cum dolore procedens statim infert:Id autem quod Erysipelas uocari dixi non solum ulneri superuenire/sed sine hoc quoq; oriri cōsueuit/atq; interdū periculum maius affert utiq; si circa ceruices aut caput constitit: Non multum post hæc duo genera ignis sacri ponit alteꝝ in altitudinē exasperatum pustulis continuis/æqualibus/exiguis/īpectore/lateribus/eminentibus partibus præcipueq; plantis:alteꝝ in summæ cutis exulceratione latum subliuidum inæquale.Galeno autem is tumor est proprie qui ex tenui sanguine interim & cum bilis parte incenso ac feruente consistit: Erysieplatodes

quoq; morbi nuncupati cū accēsio īterna nō sine dolo/
re maximo circum uiscera percipitur/ hæc si in cerebrū
subierit refrigerantur & pallorem ora contrahunt:
E ctropium græci uocāt inferioris palpebræ uitium cum
parum sursum attollitur: Sed pendens hiat/neq; potest
cum superiore cōmitti quod euenit uitio curationis pi/
lorum in palpebris/interdum etiam senectute/in angu/
lis quoq; oculorum incidit Cor.Celsus.vii.
E mphraxis græcis quæ dicitur a medicis neotericis oppi Oppilatio
latio/non aspernabili uoce appellatur:quā(ut uideo)ab Pila
oppilare uerbo mutuati sunt / quando pila quæ græce Oppilare
στυλοσ colūnā fere notat / a qua oppilare pilis offir/
mare & occludere.M.Cicero Philip.ii. Tabernis inquit
oppilatis Lucretius libro.vi. Si tamen is sextus est : Flu/
ctibus aduersis oppilare ostia cōtra est autem oppilatio
morbus ꝑcludēs & opplere solit⁹ iecine aliaq; īteriora:
E ncanthis caro tuberculumue in angulo oculi unde no/
men Cor. Celsus libro.vii.Interdum fit angulo parum
ungue exciso uel aliter tuberculū/quod palpebras par
diduci patitur Encāthis græce nominatur Canthi græ/ Canthi
cis oculorum anguli / At si caruncula anguli in angulo Rhipas
abscissa est patescit foramē per quod postea semper hu Rhipos
mor descēdit Rhipada græci uocāt:ριποσ sordes un/ Rhiparos
de ριπαροσ Sordidus:& eidē Celso.v.Rhipades em/ Rhipodes
plastrum ad extrahendum a similitudine Sordium no/ Rhipocōdyli
minatur legimus & Rhipocondylos extremæ auaritiæ
sordidos dici qui ne tantillum sumptus facere audēt ut
tonsori dent obolum bigatinumue quo manuum un/
gues repurget resecetq;:
E pidemia popularis ægritudo Δημοσ populus & tribus Demothœnia
Vnde Democratia/Demothœnia epulum quod detur Demouorus
populo Δημοβοροσ rerum populi uorator/quales ty/ Demarchia
rāni/Demarchia tribunatus plebis & Demarchus ipse Demarchus
Tribunus/nam militū tribunos Chiliarchos græci no/ Chiliarchi
mināt:& ιππαρχοσ magister equitum dicetur: Hipparchi
E rotes melancholiæ species illa quæ ex īmodico & estuā/

te amore homines ægrotos reddit:

E scharæ crustæ & ex uulnerum presertim ustiõibus/Cor. Celsus.v.Post ustioné putris ulceris super ponédæ sunt quæ crustas a uiuo resoluant/eas escharas græci uocát/ ubi exciderunt purgandum ulcus melle & resina est:

E leutherius seruator liberatorq;/quo nomine Ioué græci uocauerunt cui & fana posuere cum a Persarum armis sunt liberati:eúdem & sotera Prisci festiuitaté & sacra libertati deæ celebrátes Eleutheria uocitauere/ac si dixeris liberatoria/Plautinus in Persa Toxilus Basilicæ inqt eleutheria agito / Soter auté proprie Ciceroni dicit qui salutem dedit/ut sit salutis dator/Soteria uero munera quæ dátur ob saluté adeptá reualescétibus:& Soterion salutiferum deum dixere/Vt sydus lucidum Castoris & pollucis qui a nautis Soteres nuncupantur depulsores ut sunt tempestatis & procellæ salutiferi:

Sotet
Eleutheria
Soteria
Soteres

E ncaustum ut diximus picturæ genus:Encaustice ars ipsa pingédi & pictura encaustica inustis cæris: Plinius Cæris pingere ac picturá inurere quis primus excogitauerit nõ cõstat quidá Aristidis inuétum putát/postea con sumatá a Praxitele/sed aliquáto uetustiores Encausticæ picturæ extitere ut Polygnoti & Nicanoris & Archesilai pariorũ:Lysippus quoq; Aeginæ picturæ suæ inscripsit Encauten/quod ꝑfecto nõ fecisset nisi Encaustica inuéta:Encauten inusit Cauton genꝰ sulphuris q̃si ustile:

Encaustice
Encauten
Cauton

E runnulæ furcæ quibus alligatas sarcinulas ferũt uiatores/quarũ usum quia.C.Marius intulit muli mariani dicti.Festus/Plutarchus in Mario/ Frõtinus strategematicon.IIII.Vtũtur his ipsis & baiuli/ Erũna uero:M. Cice. .IIII.q.Tusc.ægritudo laboriosa:at Põp.labor onerosus:

Mariani muli
Erũna

E pidromon uelum quod retrorsum páditur Polluci/idé Dolone minimum/Acation maximũ in naui Velũ dici refert/Plutarchus tamé Acatiũ siue Acatũ/ut Ausonio nauigii genus actuarii uocat/Epidromes in retibus discurrétes funiculi cum anulis/quibus pandũtur contracta:cõtrahũtur expansa retia:Iulius Pollux Epidromos uocat & Peridromos : Pli. de cassibus e lino uidimusq;

Dolon
Acatium
Acatum
Epidromes
Ausonii locus
Epidromi
Peridromi

iam tãtæ tenuitatis ut anulũ hominis cũ Epidromibus trãsirent/uno portãte multitudinẽ qua saltus cingerent:

E phœbeum exedra amplissima cũ sedibus/in medio duplicis porticus palestrarum extrui solita:tertia parte longior q̃ lata:Erãt in palestris quoq; Conisteriũ de quo diximus/a quo in uersura porticus frigida Lauatio quam græci Lutron uocitãt: ad sinistram ephœbei Eleothesium/inde frigidarium/Propnigeum/& Eregione frigidarii cõcamerata sudatio/Laconicũ quam dicemus:de quibus Vitru.lib.v.& nos in lib.de partibus ædiũ prio: Lutron Laconicum

E pistylium supra columnas capitulũ dici posse quibusdã placuit:At Festo trabem quæ colũnis imponitur/Et supra ipsa capitula epistylium additur Vitruuio cũ alibi tum libro.iii.membra inquit omnia quæ supra capitula colũnarum sunt futura id est epistylia:Zophori/coronæ/Tympana fastigia/Acroteria/inclinãda sunt in frontis suæ cuiusq; altitudinis parte duodecima & supra epistylia collocandos triglyphos cũ suis metopis docet libro.iiii. Sũt autem ad decorem capitulis columnarum non tamen omnibus/Abacus/flores/cauliculi/helicesue folia & uolutæ: habent aliqua etiam Cymatiũ plinthũ echinum cũ anulis & hipotrachelium/cum apophygi: quod uero sit hipotracheliũ in colũnis & capitulis/q̃d Zophorus Triglyphi/metopæ/Tympana acroteria in fronte domorũ alibi ue ostendit ipse Vitruuius/quæ tamen nisi oculis subiiciantur deformata/non facile sola lectione possunt intellegi nisi a peritioribus: Capitula Tympana

E cclesiasteriũ locũ cœtus & cõcionis dicũt: Vitruuius In minusculo theatro Tralibus quod ecclesiasterion apud eos uocitatᵉ: ecclesia cõgregatio cœtus concio Cecilius ad Traianũ Cæsarẽ:Bule & ecclesia consentiente unde ecclesiastes cõcionator/ Solomonis liber qa ad populũ & uniuersos loquitur ut scribit Diuus Hieronymus & ecclesiasticus cõcionatorius: Ecclesia Ecclesiastes Ecclesiasticus

E ustylos ædiũ spẽs una cũ ãbulatiõe colũnarũ ĩteruallis iusta distributiõe positis στυλος colũna uñ Pycnostylos Stylos

Siſtylos
Pycnoſtilo
Diaſtylos
Areoſtylos
Tetraſtilos
Hexaſtilos
Thyphon
Exhydriæ
Epheſtos
Epheſtiades
Aeruca
Atramentum
Ttryginon
Elephantinũ
Indicum
Ceruleum
phœnicuri

crebris colũnis πυκνουσ denſus: Siſtylos paulo remiſſioribus: Diaſtylos amplius partibus: rarius q̃ oporteat inter ſe diductis Areoſtylos: Sunt & a numero columnarum Tetraſtylos/ Hexaſtylos/ Octaſtylos/ Decaſtylos/ aliaq; Vitruuio cumprimis:

E cnephias ꝓcella ut Typhon quoq;/quæ ut ſcribit Ariſt. uẽtus id eſt/q diſiecta nube craſſitudinẽ eius ĩ ſeſe abſumit: atq; uti ex Pli.ii.oñditur ſine ĩbribus: q.n.cũ ĩbribus nubem repente diſcutiunt Exhydriæ appellantur:

E pheſtides gẽma in ſole appoſita materiam arridã accendere credita eſt ignis modo quẽ poetæ a uulcano Epheſton dicunt unde nomen: ueluti Aeoliæ/ Lipareæ/ Vlcaniæ inſulæ græcis a Vulcano Epheſtiades nominatæ:

E ruca genus æruginis inter pigmenta factitia: quæ Lamellis æreis ſupra/ ſarmenta ĩ dolio aceti poſitis uaſe obturato parat᷑: ſed cũ ab ære ſit Aerucã dixerim: habetur & atramentũ e factitiis: fuligine pluribus fit modis: fit ex fece uini optimi excocta indici ſpeciẽ præbens: Polygnotus & Mycon celeberrimi athenis pictores e uinaceis fecerunt Tryginon uocãt: Appelles ex ebore cõbuſto qđ Elephantinũ dixere: Indicũ aũt ipſum ab india nomen habet: quo nobilius eſt Ceruleum/ & id præcipue quod uulgo ultramarinum uocitant cæteris præferendum:

E lateꝶ medicamen e ſilueſtri cucumere fit ſucco expreſſo e ſemine pluribus conferent ægritudinibus:

E rigeron græcis/noſtris Senetio Plinius.xxv.auctor:

E rythacus auis rubro ꝑ hyemes pectore/nr̃ates uulgo Pectirubrã uocitant/ rubẽte uero cauda ĩſignit᷑ æſtate quo fit ut Phœnicuri nomen accipiat ut ſcribit Plinius:

E pityꝶ cibarii genus (nec ſcio an e caſeo) quo ſiculi frequẽtius q̃ Ro.uſi ꝓhibent᷑/ut refert.M.Var.i lingua latina/Plautus ĩ milite ſi unũ epityꝶ edam apud illũ eſuriẽs inſane: a cõfracta oliua dictũ ſunt qui exiſtiment/quæ Pityris græce dicatur: Columella ſane lib.ult.r.ruſt. de oliuaꝶ cõditura/eſt & illud inqt cõdituræ genus qđ ĩ ciuitatibus græcis pleꝶq; uſurpat᷑/idq; uocant Epityrũ.


Istuca instrumēti genus quo figunt̄ in terrá pali ad fondaméta, ad pōtes sublicios: panguntᷣ & alia ac solidanṫ: uñ fistucato spissare C. Cæsari ī cōstructiōe pōtis supra Rhenū germaniæ: & Vitruuio etiá Fistucatio: Pli. xvii: terrá circa radices fistucato spissandá, & .xxxvi. Deīde inqt ī quo duæ quitæ partes calcis misceanṫ pedali crassitudīe Fistucari, & paulo ī fra solo fistucato iniicitᷣ rudus, aut testaceū pauimentū: Fœstuca ī paleis & pratis nota: Pli. xviii. de pratis: Cū herba creuerit ī Fœstucá arcere aquas: Gallina cohortalis uillarisq; ouo edito fœstucis undequaq; corpus purificat: est & fœstuca uitiū ordei ī segete: Idē Pli. eo ipso libro Necat ordeum fœstuca quæ uocatur ægylops. Fœstucæ quoq; arboris nouellæ pulluli, ut stolones fere:

Fœstuca

Aegylops

F unepei qbusdá Funerepi & græcis schœnobatæ latinis ēt funābuli supra funes tētos, ambulātes gesticulātesq; lucri gr̄a, nō sine uitæ periculo: Plena sunt hāꝝ dictionū oīa glossuaria: Illd̄ miꝝ ē, & nouū spectaculi genᵓ, Gale. Cæsarē elephātes funābulos edidisse, de quo Trāqllus:

Stolones

Funabuli

F ollis pila lusoria: folles īter numoꝝ receptacula Apuleio cū primis: uñ Plauto ī Epidico follitus dicitᷣ numatus & pecuniosus a grādibus & refertissimis follibus plurimis Callistratus. xxv. ff. Nō utiq; si ille ī folle reliqua obtulit liber erit: Pugillatorius uero follis a pugillo qui est a pugno hipocoristicos uocatᷣ: qñ follē pugnis dispulsant: nisi scabellulis ligneis uti malint qbus īcursate iā cœperūt folles Plautinus ī rudente Trachalio extēplo ego te inqt follem pugillatoriū faciá, & pendentem incursabo pugnis periurissime:

pugillatorius

F ucus herba īfectoribus seruiēs, hic ꝑ colore non natiuo & fucamētis ponitᷣ. uñ fucata facies, fucatæ lanæ, & fucū ꝑ astuta fraude & deceptiōe posuit Plau. a quo offuciæ fallaciæ: Horat. Nec amissos colores lana refert medicata fuco: Terētius ī Eun. fucū factū mulieri: Festus Fucilis inquit falsa dicta aūt quasi fucata: & fucatá orōem

Fucilis

legimus lenociniis & illicitamentis uerboꝝ cōpositā ad captandū:fucū i apibus īfestū aluearíis sciunt oēs:inutilis est/ad uescendū genitus tantū:ut hoīum pleriq;:

Fermētatus panis

F ermentū a feruēdo fortasse ex farina subacta donec acescat/priusq̄ sal addat̄: panes spōgiosos reddit & stomacho utiliores faciliori digestione q̄ azyma:uñ fermentatus panis Pli.xxii.&.xviii.paláq; natura est acore fermētati/ac ualidiora sunt inqt corpora quæ fermētato pane alunt̄:Cor.Celsus fermentatū alienū/azymū idoneū stomacho scribit/firmioréq; ex tritico/īfirmiorē ex polline īfirmissimū cibariū panē/qu secundus & secūdarius:

F rontalia equoꝝ ornamēta a frōte pendula/illáue cīgentia sed & fœminaꝝ dicentur aurea gēmosaq; frontē ornantia & inde pendētia:Plinius ultimo ut equus regum in oriente frontalia/atq; ꝓ phaleris pensilia facerent:

Frons unde

F orago filū quo textrices diurnū opus destingunt a forando dictum ut Festus Pomp.auctor est : ipsum aūt forare cum latinissimū sit uulgo usurpatur/ inde foramen foratusq; a quo frontem dictā placuit.M.Varroni ob cō cauos oculoꝝ foratus:

Lotiū podagris ꝓdest

Scarabeus

F ullo panos & uestes curare/emaculare polire solet/Paulus & Vlpianus iurecōsul.Extat lex Metella fullonibus dicta inquit Pli. xxxv. quā C. Flāminius & L. Aemilius censores dedere ad populū/ordo aūt/primū abluitur uestis terra sarda/dein sulphure suffit̄/ mox disquāmatur cimolia creta/audio & urina uti fullones & ideo: podagra non torqueri/ qm̄ lotiū podagris aduersatur/Fullonia Hicias megarensis primus inuenit: κναφαυσ fullo κναφειον eius officina:sunt & inter scarabeoꝝ genera qui dicant̄ fullones/Idem Plinius.xxx. Scarabeus q pilulas uoluit/est & qui uocatur fullo albis guttis :

F orensia uestes quibus foris in foroq; non domi utimur unde nomen/de his Columella & Apuleius:Forensia & calceos inquit Suetonius nunq̄ non intra cubiculū habuit ad Subitos repentinosq; casus parata:

F lamineū flaminis amicimen/nā flamea luteo colore ī nu

ptiis celeberrima/flamen sacerdos flaminiũ sacerdotiũ/ flamini⁹ minister sacroꝝ causa/ ut flaminia sacerdotula flaminicæ diali p̄ministrās:Flaminica.n.flaminis dicitur uxor/ qñ flamines de quibus plurima Gellius fuerant unius uxoris uiri: Flaminiũ

F urfures a similitudine nomen adepti corpus uitiant Pli. de malua radix decocta furfures capitis & dentiũ mobilitates:Idē de lilii radicibus/furfures ĩ facie emēdant/erugant corpora/furfures.n.sunt triticeæ farie excreta quæ rustici ueteres apludā uocauerunt ut scribit Gellius/ qđ nomen Plinius.xviii. tribuit purgamentis milii sisamæ & panici:furfurem græci pityrian dicunt/ Vnde Pityrii panes Galeno de quibus diximus: Pityria Pityrii panes

F lemina dñt Festo siue potius flegmina cũ ex labore itineris circa talos sanguis defluit Plautinus Apoecides ĩ Epidico p̄ lassitudine ĩuaserunt miseꝝ in genua flegmina.

F istulæ altius hiantia serpētiaq; ulcera dñr de q̄bus supra Pli.xxvii.Fistulæ quoq; ĩ oĩ parte serpũt medicoꝝ uitio male sectis corporibus:auxilio est Centauriũ minus collyriis cũ melle decocto additis/plātaginis succus ĩfusus/ Fistulæ duæ ĩ hoĩe quaꝝ altera spiritalis Tracheaq; arteria/ad pulmonē tendēs/hāc p uices ꝓtegit Epiglotis minor lingua appellata: ne cibus potusq; aberrans hoĩem torqueret/qñ ĩ arteriā asperā si mica aut potiũcula deerrauerit suffucationē aut uehemētē ea efficit tussim/Sed non diutinā/ut est illa quæ uitio pulmonis aliisq; ex causis orit/ de qua Celsus lib.iiii.Tussis inq̄t pp fauciũ exulceratione molesta est/& uix cũ uetus facta est eliditur:ac modo arrida est modo pituitā trahit/oportet hysopũ altero quoq; die bibere/spiritu retento currere/ Sed non ĩ puluere/ac lectione uti uehementi/pectus diu perfricare tres ficus quampinguissimas supra prunas incoctas comesse/ Altera cibalis dicta: quæ carne & neruo constat: arteria cartilagine & carne/ sunt & aliæ huius dictionis notæ significationes:Glotis uero auis perlongam exerit linguam unde nomen accepit: Tussis Glottis

F uruculi tubercula in corpore/Plinius.xxvi. Passim & in quacūq; parte ac maximo incōmodo nascūtur qui furūculi uocātur/mortiferū aliquādo malū cōfectis corporibus:remedio sunt Pygnocomi folia trita cum polē ta si nūdum caput fecerint.Cor.Celsus.v.Furūculus est tuberculum acutū cum inflatione & dolore maximeq; ubi in pus uertit/qui ubi adapertus est & exit super apparet pars carnis in pus uersa/pars corrupta subalbida subrubra quem uētriculum quidam furūculi nomināt maturescit per se atq; erūpit:proprium eius medicamētum est Galbanum/ Est & furūculus in uite palmes uerucæ magnitudine unde nomen de quo Plinius.xvii.

Pygnocomi folia

F ritillus tabulam lusoriam siue alueū Alueolūq; significat de quibus dictū est.Epigrāmatarius poeta in apophoretis de tabula lusoria distichon lusit Hic mihi bisseno numerat᷑ tessera pūcto/ Calculus hic gemīo discolor hoste perit: Item in Xeniis Hæc mihi charta nuces hæc est mihi charta fritillus:Alea nec dānū nec facit ista lucrū:

Alueolus

F rontati inter laterum genera dicūtur: Vitruuius libro.ii. Græci preter cætera īterponūt singulos ppetua crassitudine utraq; parte Frontatos/quos διατονοσ appellāt: qui maxime religādo cōfirmant parietum soliditatem: nam per latitudinem totam porrecti utrāq; parietis frōtem perficiūt:& inde nomē: quorum mētionem habet & noster Plinius.xxxv.

Diatoni

F usterna abietis pars superior nodosa & cētrosa:ima uero sapinea sapinusue dicit᷑ ad intestinū opus ut enodis & absq; centris pbatissima/ Vitruuius & Plinius:Vnde ab abiete lignarios fabros materiariosue dicimus p quā dā exochen Abietarios: qñ & œcodomica est abies & Naupegesima Claudiā.apta freti habies/bellis accōmoda corn⁹: Vsibus tñ ædiū potiusq̄ nauiū utilis adhibet᷑ glutino adeo sociabilis ut findat᷑ potius qua solida est:

F orcipem fabrorum nouere omnes: q̄ ignita capiat Pytagra græcis dicitur: Forceps pistorum dulciariorū nō æque nota: hac crustula formant/ & ea maxime quæ

pytagra

ex farina & aqua mixtis tenuia leuia & euanida Nebulas uocant a quibus ipsi Nebularii: ac leues fuctilesq; homines recte Nebulones possunt Neoterice appellari: fiunt & eadē non sine melle saccharoq; cōuoluta crustula: ac e farina depuratissima hostiæ illæ mysticæ ad sacrificia, sed per Hierodulos eosq; qui sacrarii curam sortiti sunt: Nebulones

F erumen quo res inter se aptæ solidantur feruminantq; ueluti argentum argēto, æs ære, aurum auro, solidaturā uernaculus sermo uocitat: Paulus libro sexto digest. feruminatio per eandem materiam facit confussionem: dicitur & de lignis lapidibus & aliis Plinius. xxxvi. Ruinarum uerbis ea maxime causa, q furto calcis sine ferumine suo cementa componuntur: ecce ferumen de calce dixit Et libro. xxxv. Calcis usum prebuisse bitumen refert ita feruminatis Babylonis muris. Cementa

F ornacei parietes olim in africa Hispaniaq; ex terra fiebant dicti q fornacum modo circundati utrinq; tabulis duabus infarciuntur uerius q̄ instruantur: nunc e calce & glarea mixtis cōmendantur: eius durant incorrupti imbribus, uento, ignibus, omniq; cemento firmiores ut scribit Plinius: Glarea

F iglinæ castius dicuntur q̄ figulinæ in quibus figuli uasa & alia fingunt ex argilla, rota currēte: Plinius. xxxv. Nobilitantur figlinis oppida quoq; ut Rhegium & Cumæ a cumis ut diximus Cumana testa nomiata: figlinarum mentionem habet: & Paulus libro. viii. ff. tit. de seruit. rust. prid. Rhegium Cumæ

F lauissæ quandoq; fauissæ dictæ: M. Varro quadam epistola ad Seruium Sulpitium Iurecōsultum quam citat Gellius libro. ii. ait. Q. Valerium Soranum dicere solitū, quos thesauros græco nomine appellamus priscos latinos, flauissas dixisse, q in eas non rude æs argentumq; sed flata signataq; pecunia conderetur: Plinius. xxxiiii. de Lysippo statuario qui sexcenta opera absoluisse dicitur: Numerum inquit apparuisse defuncto eo cum The- Rude æs

feaurum effregisset heres/solitū .n. ex imani precio cuiusq; signi denarios seponere aureos singulos : de Thesauro autem Seruius Donatus & quicquid est ubiq; grāmaticorum: Alex. Seuerus imperator ut scribit Lampridius in Thesauris uestem nūq̄ nisi annum esse passus est:eāq; statim expendi iussit:Et Hadrianus Cæsar de Thesauris ita cauit ut si quis in suo reperisset/ipse potiretur:si i alieno dimidium dño daret & si i publico cum Fisco equaliter partiretur.

Fiber Castor

F ibrum antiquis extremum/ Inde Fiber ponticus qui castor ut supra Inde Fimbriæ circa extrema uestium:& Fibræ iociniores passim:ut Tuberum Pli. & Stirpiū M.Cice. iii.Tusc.quæst:quasi radiculæ & capillamēta extrema:

Fellare

F ellator lactis suctor a fellare e māma lac sugere Solinus Nequaq̄ mater pullo præbet ubera fellitanda:quod uerbum obscene acceptum est ; unde fellatores & Fellatrices quorum relatiuum irrumatores habentur:

Fricatio & ita uulgo

F rictio eadem quæ fricatio pluribus ægritudinibus conferre credita Cor.Celsus libro.ii. Asclepiades & Hippocrates frictione si uehemēs sit durari corpus/si lenis molliri/si multa minui/si modica impleri:Pli. quoq; . xxviii. uehemens enim fricatio spissat/lenis mollit: nūq̄ autem adhibenda est febre increscente/uerum si fieri potest cū ex toto uacabit : Capitis quidem longos dolores ipsius frictio leuat:Fricatio in uenere etiā dicitur: & Fricatrices fœmīæ masculæ libidinis quæ Tribades & Plauto subigatrices/ τρίβω tero frico/uū mulotribæ:sunt & Perfrictiones īter leuia mala exulceratiunculæ:Plinius.xxi. de Cypiro herba intertriginum & alatum uitiis perfrictionibusq; cum oleo illitum non dubie mederi item .xxiii. de olei mediciis lassitudinum perfrictionūq; refectio est græci κατάψυξισ uocant:

F ibulæ Zonis adduntur:& uestibus fibulandis & cum lubet diffibulandis/Claudianus in raptu Proserpinæ sudata marito fibula purpureos gemma suspendit amictus : & poeta Aurea purpuream subnectit fibula uestem:Vñ

ſuffibulũ Feſto Pomp. uiſtimentũ quod fibula cõprehẽditur: Fibulæ ornamentorꝝ magis q̃ ueſtis ſunt inquit Vlp.li.ff.xxxiiii. Dantur & pudendis a Martiale & aliis Cutis ſupra glandẽ perforanda: ita ut glans libera pmaneat: acu filũ ĩmittitur/cuius capita ĩter ſe nectũtur/quotidieq; mouetˀ: donec cicatriculæ fiant circa foramina: quibus confirmatis & exempto filo/additur fibula: infibulare aduloſcentulos interdũ ualitudinis cauſa quidã conſueuerunt ut tradit Cor. Celſus lib.vii. Infibulantur apud nos equæ gñroſæ ne equũ admittere poſſint: Sed ædificia/machinæ aliaq; cõpluria ſuas hñt fibulas Vitruuio Columellæ ĩnumeris/Vulneribus quoq; chirurgici fibulas ĩponunt. Idẽ Cel. lib.v. Si in carne uulnus eſt/hiatq;/neq; in unũ oræ facile attrahuntˀ ſutura quidem aliena eſt: imponendæ uero fibulæ ſunt Ancteras græci noĩant. quæ oras paulũ tñ cõtrahũt: quo minus lata poſtea cicatrix ſit: Antheræ aũt compoſitiones quædam eidem Celſo & Plinio a floribus dictæ uidentur: Suffibulum Ancteræ

F rugipda a ſalice homo is iure dicetˀ q nullius bonæ frugis eſt: quales eſſe ſolent oſcitantes horiperdæ bonas pdentes horas: nã ſalix frugiperda ab Homero inqt Pli. dicta quia ociſſime amittit ſemen ante q̃ matureſcat: ſalix aũt perticalis fœcundior quo terræ proprior eſt. Salix frugiperda

F abalia ſtipulæ & paleæ quodammodo fabæ/ Pli.xviii. Sed maior pars malluit fabalia maturæ ſationis q̃ trimeſtrẽ fructũ eius nãq; ſiliquæ cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori: Itẽ .xxii. Fabaliũ etiã ſiliquarꝝq; cinis ad coxendices & ad neruorꝝ ueteres dolores cũ adipis ſuilli uetuſtate ꝓdeſt: Eſt. M. Cato/ſtercus uñ fiat ſtramenta lupinũ paleas fabalia ac frondes iligneas quernaſq; e ſegete euellito/Fabatia uero e farina fabe priſco ritu in ſacris præualens pulmẽtarii cibo: Faba freſſa græcis Eregmos nam Cyamos ſolida dicitur/freſſa ĩquit Plinius cũ allio cocta contra deploratas tuſſes/ſuppurationeſq; pectorum quotidiano cibo ſumitur: & in uino decocta ad teſtium tumores & genitalium: Fabatia Eregmos



Errones leues & inepti a cratibus: q Siculos aduersus athenienses cratibus prostratis usos uolūt quas græci gerras nominant: Festus Gerræ iquit crates sunt uimineæ Athenienses cum Siracusas obsiderent & crebro gerras poscerent: irridentes siculi gerras clamitabant: Vnde factum est ut gerræ pro nugis & contemptu dicantur: Nonius Gerræ nugæ ineptiæ: & sunt gerræ fascini qui sic in naxo isula ueneris ab incolis appellantur: Inde cōgerrones Plautus in mostellaria Nūc ego me illac per posticum ad congerrones conferam:

Gerræ siculæ

G landia in suibus dicuntur a glandis specie omnibus nota Martialis Glandulas uocat tet poscit apri glandulas quater lumbum: nam lumbi quoq; e suibus etiam nūc cibis cōmendantur: Plinius. xi. Tōsillæ in homine in sue glandulæ: Idem. xxxvi. Extát censoriæ leges glandia in cœnis gliresq; & alia dictu minora apponi uetátes Plautus in menechmis Glandulam porcinam Laridum Pernam: Sunt & adenes glandulæ in homine Glandem uero quæ proprie intelligitur ferunt inquit Plinius. xvi. Robur quercus esculus Cerus ilex suber continetur hispido calice per genera plus minus: dulcissima omniū Fagi: glires saginat & sues expetita etiam Turdis & picarum generi: quæ ideo glandariæ uocantur: Sed & glandibus arrefactis per frugum penuriam molitur farina spissaturq; in panis usum: per hispanias olim secundis mēsis addita fit dulcior in cinere tosta: glandis nomine omnes fructus continentur inquit Vlpia. libro. xliii. dig. titulo de glande legenda: & glans summum Colis dicit quādo Coles ipsum est genitale Celso & aliis unde sub eo Colei qui testes & grecis Didymi:

Tonsille

Coles

Colei

G aneo a ganea & ganeis: Horatius Et laudem siliquas occultus ganeo sunt autē loca uinolentiæ ac libidini apta ut sentit Nonius: Ganeum inquit Festus locum antiqui abditum ac uelut sub terra dixerunt: Terentius in adel

phis credo obductum in ganeũ ubi Donatus meretriciam tabernã interpretatur quia sit in terra & nõ ut cœnacula superius:de ganeo Plautus Apuleius & alii Ganea uero luxus gulæ Plinius Cecilius ĩ panegyrico Traiani Cæs. Te ad clandestinam ganeam occultũq; luxũ refers Plinius de suibus.viii.nat.hist.Neq; ex alio animali numerosior materia ganeæ: Ganea

G æomantia diuinatio ex punctis & figuris in terra notatis & ex ipsa terra quæ γαῖα græce dicitur: μαντεία diuinatio: Vnde Gæomantes ipsam artem profitentes ut ab astragalis Astragalomantes: Geomantes

G alericuli & galericula a galero(quo caput tegitur)mulieribus cum primis nũc etiam & in usu habẽtur sunt qui hoc nomĩe significẽt Cæsariem e capillis alienis suppositis contextam qua uiros quoq; uti quãdoq; uidemus: Iuuenalis sed nigrũ flauo crinem abscõdẽte galero/Suetonius capillamentum appellauit in.C.Caligula: Et ganeas inquit atq; adulteria capillamẽto cælatus/& ueste longa noctibus obiret Caliendrum Horatius in satyris: Caliendrum

G albea inter muliebria ornamẽta numerãtur:Galbrũ inquit Festus ornamẽti genus sunt eidem Calbei ac Galbrum millæ quibus triũphãtes utebãtur: & quibus ob uirtutem milites donabãtur: Galbei

G lomera fila in orbiculũ aceruatim cõuoluta Pli.xxxvi. Intus Labyrinthũ inextricabilem quo si quis improperet sine glomere lini exitum inuenire nequeat Glomus in sacris crustulum Cymbii figura ex oleo coctum: Glomus

G urgustiolum hippocoristicos a gurgustio quod est tugurioli genus breue & angustũ a Curculione ut uolũt appellatum/Apuleius Breuitatẽ gurgustioli nostri ne spernas peto: Plautus Ligellum uocat in aulularia ut sentit Nonius de suo ligullo fumus si qua exit foras: Ligellum

G emmarii qui gemmas poliunt uendũtq;:licet sint & gẽmarum proprii mangones de quibus Plinius ultimo: gẽmas iuris usui non esse dicebat Alex.Seuerus Imperator/& ideo gẽmarũ quod fuit ut tradit Lampridius uẽ Mangones

didit & pecuniam in ærarium contulit Adulterantur e gemmis compluria genera:nec est ulla fraus uitæ lucro sior neq; qua minus caueas:

Scutulata

G albanum uestis genus Satyrico poetæ scutulata & gal/bana rasa unde Galbanatus Martiali Est & arbor Gal/banus Syriæ peculiaris resinam producens non dissimi lem Hammoniaco quæ Galbanum Plinius.xxiiii.Gal/banum per se bibitur ad tussim ueterem suspiria rupta conuulsa:fugat & odore serpentes:

Vmbilicus

Scioterricon

G nomon umbilicus ad umbrarum rationes/& stilus ho/ras indicans/Plinio libro.ii.Solis itaq; umbilici quẽ gno monem appellant umbra in ægypto meridiano tẽpo/re æquinoctii die paulo plus q̃ dimidiã gnomonis mẽ/suram efficit: & mox Vmbrarũ hanc rationem & quã uocãt Gnomonicen inuenit Anaximenes milesius Ana ximandri & Thaletis discipulus primusq; horologium quod appellãt Scioterricon lacedæmone ostẽdit: Idem de segmento incipiente ab India uersa ad austrũ, lib.vi. Vmbilicus quem gnomonẽ inquit uocant septẽ pedes longus umbram non amplius quatuor pedes longam facit:nã in quinto segmẽto/Gnomoni septẽ pedes/Vm bris sex inueniũt:Vitruuius supraq; eius loci centrũ me dium collocatur æneus gnomon idagator umbræ qui græce σκιαθηρας dicitur: Marcianus capella in Geo/metria Circulum quidem terræ inquit.ccl.duobus mili/bus stadiorũ ut ab Eratostene doctissimo gnomonica supputatione discussum est:quippe Scaphia dicũtur ro tunda ex ære uasa quæ horarum ductus stili in medio fundo siti proceritate discriminant/qui stilus Gnomon appellatur cuius umbræ prolixitas æquinoctio/centri sui æstimatione dimensa uicies quater cõplicata/circuli duplicis modum reddit: Sunt & Gnomones dentes de quibus diximus/At Festus Gnoma,inquit genus machi nulæ cuiusdam appellatur/quo regionis agri cuiusq; co gnosci possunt quod genus græci dicunt gnomona:

Gnoma

G ramiæ oculorum pituitæ Nonio a quibus gramiosos

oculos noiamus:Festus gramiæ inqt oculorꝫ sunt uitia quas alii glamas uocāt:Pli.xxv.Crēnos agrios Gramias tollit oculorꝫ impositus tumorē quoqꝫ cū polenta: Glama

G laucomata & Hypochyses Hypochymataue(quæ nostris suffusiones oculorꝫ)eadē esse ueteres uoluere/posterior ætas id discrimē fecit:ut Glaucoma sit uitiū humoris qui Chrystalinus dicit̃ in colorē glaucum mutantis: Suffusio aūt fiat ex humore inter corneā & crystalinā partē cōcreto:Interdūqꝫ hæc ipsa ut inqt Celsus lib.vi. oculi potentiæ qua cernit̃ se opponit Plautus in milite glaucomā inqt ob oculos obiiciemus/eūqꝫ ita Faciem⁹ ut quid uiderit nō uiderit:Vbi glaucomā dixit ut in Persa cū decora schema/& in Amphit.cum seruili schema Plinius.xxv. Ad Hypochyses & caliginē Cyclaminos in pastillos diluūt:Glaucophthalmos Galeno & aliis est Glaucoma/suffundūtur oculi etiamnū sanguine ex aliqua iniuria/qui hirūdinis cruore cōmodius curāt̃: neqꝫ id sine ratione:cū illius acies extrinsecus lesa interposito tēpore in pristinū statum redeat: Vnde etiā locus fabulæ datus est/ut idem Celsus inquit/per parētes id herba restitui quod per se sanescit:in pullorū quidē hirundininorū uentre lapilli albi aut rubētes reperiūtur magicis celebrati artibus qui Chelidonii uocantur: Cyclami Mirū de hirūdine

G emursa sub minimo pedis digito tuberculū ꝙ gemere faciat dictum Festo Pompeio.Irrepsit id malum Tiberii Cæs. Principatu/Plinius. xxvi. Gemursam appellauere prisci inter digitos pedum nascētem:etiam nomine oblitterato:

G randinem græci Chalazan & chalazion dicunt sub cute buboni & ægyptiæ ut ait Pollux fabæ similem: quæ si tangatur dolorem affert: Sunt & in oculis grandines cum segnis humor circa palpebras coit/non sine tuberculo quod huc & illuc impelli possit Chalazion uocāt ut scribit Celsus lib.vii.a grādinis quadā specie unde sit nomen nam Grando est aqua per æstates concreta descendens Plinio,Aristoteli Apuleio innumeris/Sed & Chalaza

Oandida

grãdines in suibus cũ primis nascũtur Oandida ueluti grana glãdulæue a qbus grãdiosi uulgo quoq; dicunt:

G angilion siue Gãglion tuberculũ est in capite molle cedensq; ut refert Cor.Celsus lib.vii.Est & Ganglion Paulo nerui cõtortio/ quam uel ictus aut lassitudo inducat/ pluribus qdẽ corporis partibus/Sed ꝑcipue mobilibus & circa uertebras:& in manũ pedũq; extremitatibus:

Contortio

G angrenam carnẽ emortuã & uulcere uel inflamatiõe ac rubore medici uocant ĩ ꝓminentibus mẽbris ut inter ĩguina: fit & ĩter alas/ & ungues ac ĩ senibus fere / & his quoꝝ corpus mali habitus est/ut scribit Celsus libro .v. &.vi.subalbescit autem primo/demũ nigrorem contrahit sensu amisso alii dixerunt tumidum membri adfecti tumorem qui neglectus ad uicina proserpat & ĩterficiat At cum absq; censu fuerit Sphacellon appellauere/carne iam corrupta ut sicare eam partem oporteat ne ulterius serpat:Nonio Gangrena cancer est:

Cancer

Sphacellon

G laustum herba folio plãtaginis ĩ gallia dicitur/Isatin græci uocant e lactucæ siluestris genere/quo infectores utuntur ad ceruleum pãnis & uestibus ĩducendum:& uulgo Guadium appellant.C. Cæsar in reꝝ suaꝝ cõmentariis Oẽs inquit Britãni ultro se glasto inficiunt quo ceruleũ contraunt colorẽ atq; horridiores sint ĩ pugna aspectu/ Sed & eoꝝ coniuges nurusq; quibusdam in sacris toto corpore oblitæ nudæ incedũt æthiopum colorem imitantes Plinius auctor.xxii.

Britanni

G erusia locus & cõuentus senum græcis ut nobis senatus & senaculum/Vitruuius lib.ii. Crœsi domus quam sardiani ciuibus ad requiescendũ ætatis ocio/senioꝝ collegio Gerusiã dedicauerũt: Gerontes senes/unde ꝓuerbio illo ꝓtrito dicit᷑ δὶς παῖδες οἱ γέροντες/ bis pueri senes:& Hypagiron senũ animi baculis ĩ manu saltatio:

Bis pueri senes

G enethlius natalis dies Genethlia celebritas diei natalis genethliacus natalitius unde Genethliacon Lucani in Silius Papinii carmen super eius natali:& Genethliaci inde futura prædicere qui conantur caldei & mathematici

Archinopol⁹

priſcis appellati: & genethliologia ars ipſa: Vitru.viii. Achinapolus inquit qui etiã non e naſcentia ſed ex con ceptione genethliologiæ rationes explicatas reliquit de qua re & pauca quædam Gellius.xiii.

G etiũ cepaꝝ genus cõdimẽtariũ inqt Pli.xix.noſtri Palla canam uocãt pene ſine capite eſt ceruicis tantũ longæ/ & ideo totũ in fronde creſcit/cætera in caput:

G lycyrrhiza foliis pinguibus/& tactu gũmoſis: uoci uti/ liſſimo ſucco/ſic ut ſpiſſatus eſt linguæ ſubdito/Itẽ tho/ raci & Iocinori/Hac diximus inquit Plinius. xxii. ſitim famẽq; ſedari ob id quidam Adipſon appellauere/quã & hydropicis dederunt ne ſitirent: Adipſon

G arũ exquiſiti liquoris genus priſci uocauere/inteſtinis pi ſcium cæteriſq; quæ abiicienda eſſent ſale macerati ſ:ut ſit illa putreſcẽtiũ ſanies/conficiebat̃ olim e piſce Garo/ mox e ſcõbro laudatiſſimũ ſociorũ appellatũ/Vitiũ ei⁹ eſt Alec iperfecta/nec collata fex: Alec quoq; puenit ad oſtreas echinos/Vrticas/Gamaros/mulloꝝ Iocinora in numeriſq; generibus ad ſaporem cœpit ſal tabeſcere in quit Plinius.xxxi. Gaꝝ ſociorũ

G rumus Feſto Põp. terræ collectio minor tumulo: Inde grumulus:Pli.xix.de allio Vlpico/In plano ſeri uetãt ca ſtellatimq; grumulis iponi diſtãtibus inter ſe pedes ter/ nos/inter grana/quatuor digiti itereſſe debẽt:At.xxxiii. Torret̃ & cum ſalis grumo inquit.i.tantillo ſalis: quod ſummis digitis cõpreſſis appræhẽdi poteſt:Hinc exgru mo e terra grumos eruo/ut cochleæ a.M. Varrone ex/ grumãtes: Sed Talpe exgrumatrices exgrumatoreſue recte dicentur a grumis quos roſtello terram cruẽtes fa ciunt in pratis & hortis:

G laucopis Cæſia latinis de colore cœli quaſi Cœlia/ut oculi Cæſii qui Glauci/quales Diuo Cæſari Auguſto fuere equorũ modo iquit Plinius/quales & noctuis & felibus fere Vnde Donatus in cõmẽtariis Ecyræ Terẽ/ tianæ dicit̃ & Pallas Glaucopis non q; oculos habuerit albos ſed quia aer glauci ſit aſpectus ut apud Diodorũ Minerua glau copis.

& iii

bibliothece primo legimus aerē uero noiatum pallada ac Iouis filiā dici cōstat & uirginē fuisse quoniā & non corrūpat̃ & sublimiorē locū teneat hinc ex uertice Iouis creditur nata: Cæsius glaucis oculis quasi felis oculos habens & glaucos:

Gnaphaliū herba mollibus & albicātibus foliis quā ob rē ꝓ tomēto ueteribus fuit in usu unde nomē Gnaphalon

Tomentum — græci Tomentū/& quoꝝ natura mollis est cādidaq; & lanea γναφαλωλι noiant̃: Pli.xxvii. Gnaphaliū alii chamezelon uocāt cuius foliis albis mollibusq; pro tomento utuntur:

Gehēna ecclesiasticis nostris est ignis lacꝰ sulphurisq;/qualis fere poetis Phlegeton in īferno/ubi fletus stridor dētiū dolor absq; medella/pœna sine fine/& desperatio:

Grāme linea græce quæ est Euclidi lōgitudo illatabillis:

Inferni bona — lineas autē habet genus figurarum geometricaꝝ quod Planū uocant:qua latū est & qua longū ut sunt triquetra & quadrata quæ in areis fiunt sine altitudine quam habet genus illud quod solidū appellamus:Figuras autem formasue geometricas in primis Schemata græci uocant auctor Gellius Grāmicæquoq; Apodices uulgo dicūtur geometriæ ꝓbatiōes/fiūt hæ & in numeris per quasdā Pseudographias idest falsas deformationes:

Gargatizatio anginis siti arridis faucibus uuæ deiectæ & inflāmatæ / oris & linguæ uitiis aliisq; morbis plurimū cōfert lactices ori īmissos sæpius spiritu ad fauces reuocando/ut meminerunt Galenus Hippocrates/Auicenas schola medicorum:Plinius.xxii.Furfures tonsillis faucibusq; gargarissatione prosunt/fiunt autē ut tradit Cor. Celsus.v.aut lauādi causa aut reprimendi uel euocandi:

Gargara unde — γαργαρίζειν græcis humectare / Vnde Gargara crebris fontibus celeberrima dicta sunt qui uelint:

Gleucinum oleum de quo Columella cum musto factum γλευκος mustum:Inde Gleucitos uocant musteos cibos/ut mustacea inter bellaria celebratos:

Galla nascit̃ in arboribus oībus quæ glandē ferūt noctu semper uniuersa erūpēs mēse Iunio/Sed Hemeris opti

mã ut coriis perficiẽdis utilissimã : est ea roboris species maximã ꝑducẽs glãdẽ:Gignũt & Alæ ramoꝝ roboris pilulas corpori nõ pediculo adherẽtes albicãtes umbilicis:Et Cachrys pilula in ea oritur uim in medicina caustica habens/Boleti uero & suilli circa radices:fert & mella ut scribit Hesiodus & uiscum:sed copiosissimum quercus/quod Dryos Hiphear uocant:

Cachrys

G raphis ars pingẽdi quæ pictura a stilo quem graphion græci & graphida appellãt:hanc grecoꝝ ciuitates ut artem liberalẽ filios docebant:receperũt & Romani/hinc pictorũ cognomina in gente Fabia nobilissima/Et Turpilius eques romanus/pictor leua manu pinxit quod de nullo ante memoratur ut scribit Plinius:

Pictoꝝ familia romana

G luma foliculus & uaginula in frumẽtis qua granũ continetur in spica/a glubendo ꝙ ea deglubatur granum/auctor.M.Varro primo.rei rust.Vnde & pecus glubi dicitur Festo cum pellis detrahitur:hinc scribit Suetonius Tiberiũ Cæsarem dicere solitũ/ Boni esse pastores oues tondere non deglubere:

Deglubo

G anzæ anserũ generis sunt pluma cãdida/sed minores habent & Penelopes/Pli.x.& Arist.aĩaliũ.viii.a qbus Vlyxis cõiugẽ dictã græcis placuit/cũ prius Arnæa uocaret quæ uox abiectã repudiatãq; significet:quãdo a parẽtibus Icaro Periboeaq; ĩ mare ꝓiectã aues illæ educauerũt:

Penelope ante Arnæa

G abinus cinctus fit toga in tergũ reiecta/ & ab eo una lacinia sic reuocata ut hoiẽm cingat/quo uestimẽti genere consul indicturus bella utebat:de quo Vergil.vii.Cinctuq; gabino insignis reserat stridentia limina consul:

G rypus naso qui est incuruo dicetur/ nã Gripus siue Griphus rete significat:hinc Gripus seruo piscatori nomen datũ in plautina rudente/sunt & Griphi enigmata in cõuiuiis fere quoꝝ mentionẽ habet Gellius:Gryphas aurita æthiopiæ animalia rostro adunco equis infesta quæ perhibentur:fabulosa credit Plinius in.x.

Gryphæ

G rabatus grabatulus lectus in quo iacere solemus/in quo etiã diuites quiescimus Sceuola iurecõsultus lib. xxxiii.

di gest. Grabatus inquit argēto & auro textus/ meminit Vergilius in moreto & alii:

G angabæ persis onera humeris portantes: ut scri. Q. Curtius quales geruli baiuli & græcis Vastazontes corpore suo uecturas oneꝶ factitātes uti olim philosophus Protagoras anteq̄ Democritus eum secū habuisset & philosophiam docuisset de quo Gellius. v. Baioli inquit Festus prisci uocauerunt quos dicimus operarios/

Vastazontes

G ralatores sunt q perticis supstantes lōgis passibus īcedūt quasi gradatores a magno gradu ut Pātomimi æ gipanas imitātes saltatiōe/ Plautinus Agorastocles ī aduocatos: At si ad prādiū me in ædē uos dixissim ducere/ Vinceretis ceruū cursu uel gralatorē gradu: uñ eidē ī Amphit. Gralatorius gradus opponitur testudineo:



Arpagones latini manicas uocant e ferro uncata īstrumēta qbus naues captæ trahunt/ Harpazo rapio/ αρπαγη rapia Harpagia uasa raptoria/ harpago succinū ꝙ folia & paleas uestiūq; fimbrias rapiat & Harpastū iter ludicra ꝙ rapiat/ Mart. distichο cui lēma est harpasta: Hæc rapit Anthei uelox ī puluere draucus Grādia q uano colla labore facit. Sunt & Harpagæ īter arma ad oppugnationē urbiū noīatæ: Sed harpago etiā erit ferramēti genus Canē passim uocitant/ quo circuli ultimi circa frontes/ præsertim doliis trahendo aptantur.

H arpagia græcis uasa quasi raptoria dñr/ his ad dādā hortulis aquā p æstates siccientibus utimur: quoꝶ orificio angusto digit⁹ iniect⁹ nō sinit aquā fundo ptuso effluere: eleuatus pmittit: ex ore. n. digito eleuato aer igrediēs trudit aquā deorsū/ quo suapte natura fert: atq; ita exit hoc ēt ipsum est ꝙ oīa mechanica īstrumenta p aerē & aquā cōficiunt ut Oronomia/ Clepsydræ uocūq; imagines quæ de statuis resultant/ atq; alia his similia ut re/

fert Aphrodisæus:

H ippiatri Equomedici dici possunt:q ueterinarii in cõe iumentorũ medicinã ꝓfitentes:cũ ea malleo/pulmunculo tussi exũgulatiõe/cæterisq; morbis similibus laborãt:ut cũ eq fiũt coriginosi farciminosi scabiosi ĩtertriginosi:

H ygremplastra Galeno liqda sunt emplastra υγρος humidius mollis/sicut Xeria quæ sunt arida:Plinius.xxxiiii de squãma ferri/Præcipua tñ cõmendatio eius in Hygremplastro ad purganda uulnera fistulasq; & oẽm callum erodendum/& paulo infra eius cõpositionem docet/sicut Cor.Celsus aridorum/libro quinto: Xeria

H eterocranea altera parte capitis dolorẽ inducit ut nomine ipso apparet:Heteros alter dicitur Craniũ capitis calua:Vnde Heteromalla altera parte uilosa sicut Heteromaschalla seruitiis deputata ut Amphimaschalla ingenuis/& ab axillis nomen adepta/μασχαλη Subala axilla/Plinius.xxxi.de sale Ad Heterocranas capitisq; ulcera & pustulas papulasue:

H emicranea morbus caput ĩfestans cum dolore sed dimidia tantum parte/Vñ nomen/dicitur & Hemicranus a quo Hemicranici:nam cũ cerebrum ĩ partes sit diuisum non uni & iidem fiunt capitis dolores totum uero caput uexat Cephalea de qua iam dictum est: Cephalea

H ydrocephaleã siue Hydrocephalon capitis morbũ proprie uocant ĩfestante id ipsum humore/leni cum ĩflatione quæ etiam digitis cedat:simile id genus fere est quod humorem cutis tm̃ in capite cõtrahit ĩ quo tonderi ad cutem expedit Celsus autor/

H ydrophobos pauor aquæ & formido ĩ pcussis morsu a cane rabido:Hydrophobi & Hydrophobici q expauẽt aquã a morsu canis ĩ rabie/Pli.xxviii.Datus ĩ potu hydrophobos fieri nõ patiť/&.xxxiiii.quædã ustione inqt sananť/priuatim uero canis rabidi morsus qppe ẽt ꝑualente morbo expauescẽteq; potũ usta ferro plaga illico liberanť:Cor.Cel.lib.v.Solet ex eo uulnere ubi paꝝ occursum est aquæ timor nasci Hydrophobos græci ap/ Canis rabidi/morsus

pellát/miserrimũ genus morbi in quo simul æger & siti & aquæ metu cruciaẗ/quo oppressis ĩ angusto spes est:ĩ piscinam ei non ante præuisam mittendus/ φοβος ti/
Hydri mor fuga υδωρ aqua/ unde Hydri pulcherrimum an/ guium genus in aquis uiuentes nullis serpentium uene/ no inferiores/Hydrochous aquarius in Zodiaco:

Hydrops morbus/ & ipso morbo laborãs q hydropicus quoq; Horatio & aliis/aqua intercus a quibusdã noiaẗ. At Cel.lib.II.aqua ĩter cutẽ/ubi dolor ĩ imo uentre inqt aut coxis est/aqua inter cutẽ/ubi instat: Sed hoc morbi genus ab illibus nasci solet Itẽ li.III.longus uero fieri po/ test eoꝝ morbus quos aqua inter cutẽ male habet/nisi primis diebus discusus est hydropa græci uocãt:sed mi/ rũ iure qd dixerit/sitire semp qui id genus morbo labo/ rant cũ pleni aqua sint:ueꝝ humor in eis salsus est q mi nime permeans putrescit atq; os alui exsiccat: Sunt aũt tres eius species Hyposarca quæ & Leucophlegmatias corpore tumoribus ĩæquali/ Ascites a similitudine utris aqua ĩ unũ cõtracta/& cũ motu corporis/ita se mouẽte ut ĩpetus eius conspici possit idẽ Cel.autor lib.III. Tym/
Tympanite panites spiritu ĩflante a forma uẽtris ĩtenti atq; sono/uñ Tympanici:nã Tympana pulsantes Tympanistæ dñr/

Herniæ triũ geneꝝ habenẗ autore Celso.Enterocela cum intestina in scrotũ descendunt:Epiplocele cũ omentum Hydrocela cum in alteꝝ e testibus humor cõfluit aqua Hydroceli:Plinius.xxx. Hydrocelicis stelliones mire ꝓ/ desse traduntur/diciẗ & aliis hygrocela υγρον humor υγροτης humiditas.

Hæmorrhoides sedẽ infestant a sanguine qui inde effluit dictæ cũ sanguinẽ nõ remittunt cæcæ uocantur:Celsus lib.VI. Ora uenaꝝ tanq̃ ex capitulis quibusdã surgentia quæ sæpe sanguinẽ fundũt hæmorrhoidas græci dicũt id etiã ĩ ore uuluæ fœminaꝝ incidere cõsueuit/ atq; ĩ q/ busdã non tuto supprimiẗ/qui sanguinis ꝓfluuio ĩbecil
Hæmorrha/gia liores nõ fiunt:habent.n.purgationẽ hanc/nõ morbum αιμα sanguis/uñ Hæmorrhagia mulieribus purioris

fluxus sanguinis & ipsi Cel.v. Enhema itet emplastra q̃ cruentis ꝓrinus uulneribus iponuntur iflamationes reprimentia: cõstant aũt ex medicamẽtis non pinguibus ideoq̃ Alipœne noiantur λιπος piguedo/Plinius.xii. In arabia & olea dotatur lachryma qua medicamentũ cõficit̃ a græcis Enhæmon dictũ singulari effectu cõtrahendis uulnerũ cicatricibus. Sunt & inter serpentum genera Hæmorrhoides fœminæ: nã mares hæmorrhos uocãt/ab effectu sanguinis qui toto corpore ꝑcussis effluit/Idẽ Plinius.xxviii. de luteo oui priuatim cõtra hæmorrhidum morsus illinitur sorbeturq̃ crudum: Enhæma

H emitritæus semitertianã febrem significat: Tritæus/tertiana: nõ tñ q dimidio tertianæ minor/ Sed quia parte aliqua illis similis sit/tertio die ut ipsa repetens nõ diem tñ unũ integrũ ut illa præstat Cor. Cel. lib.iii. Tertianæ genus lõge ꝑnitiosius est quod tertio qdẽ die reuertit̃ & ex octo aũt & quadraginta horis fere/ sex & triginta ꝑ accessioné occupat interdum etiã uel minus uel plus/neq̃ ex toto in remissione desistit: sed tantum leuius est: Tritæus

H ectica febris unde Hectici illa æstuantes / in ossibus ipsis iolescens hoiem uexat: nã i humore & spiritu eã fieri a peritis nõ est receptũ: neq̃ a consuetudine appellatã ut male litterati Idiotæ existimant/& ideo Ethicã barbare ꝓnuntiãt/Sed ab habitu: qui ἕξις græce dicit̃: Verũ triuialibus assueti oĩo litteris/ bonas admittere nesciunt & fastidiunt/ut Amaracinũ amica luto sus: Error medicorum

H erpetæ sepẽtia i corporibus ulcera noiant̃ ἕρπω serpo ἕρπετος serpẽs/Pli.xxvi. Aizoum Herpetas quoq̃ & nomas ac putrescentia sicut Erigeron uerminosa/

H ypocondrii dolores ex argumento sunt appellati quoniam uiscerũ cartilagini inhærent χονδρος græcis cartilago: Vñ Hypocondria ab Hippocrate quæ dicuntur præcordia sunt q interpretentur: Hypocõdria

H ypopia sugillata uocant uestigia & liuores fere & sugillationibus uerberibusue & id genus aliis/sub occulis ꝓsertim liuentia; nã & lenticulas in homine quas cæteri

Hypopia

Phacos Pollux Hypopias nuncupat/Sūt & oculis sub/dita ossa quæ Hypopia dicuntur:

H epaticū iecoris epatisq̧ morbū græci uocāt:ut Cor.Cel/sus auctor est lib. IIII. Et Hepatici epatis ægritudinibus affecti:Plautus in curculione Epatariū/Te igit̄ morbus agitat epatarius

H ypophoræ in ulceribus/ Alex.aphrodis. esse uident̄ sub ductiones sublatiōesue:In figuris sentētiaꝝ scio equidē Hypophorā dici partis aduersæ intentionē/ cui respon/deat Antipophora ut sentit Martianus in rhetorica:

H ierodulus ĩ sacris minister seruiēs ἱερος sacer hinc δου/λος seruus δουλεια seruitus/Hierophātæ sacerdotes atheniēsium sacrorum interpretes: Hieroglyphæ notæ ægyptioꝝ & æthiopū quibus litteraꝝ uice utuntur:

Hameti

H ami catenulæ Vergilio cū inquit cōsertā hamis auroq̧ trilicem loricā/hinc hami e ferro orichalco argento au/roq̧ ad uestes qui Hameti recte dicentur/& ita fere uer/naculo sermone uocātur/Hami inter ferramēta chirur/gica/Cor. Celso/Telū corpori quod hæret excipiēdum inquit hamo retuso est/abducendūq̧ scalpello:

Hirpus lupus

H irpices rastrorū genus ferreoꝝ plurimis cū dentibus ad extirpandū gramen inexpugnabile & id genus alias ex agris herbas/ut pectines de quibus iā dictū est: Dicti hir pices a rapiēdo sicut Hirpū samnites lupū uocauere:

Plinii loc⁹ am/biguus

H amatæ tegulæ ad hamo: Vitruuius lib.VII. in mentione politionū in humidis locis / Demū inquit super erectæ hamatæ tegulæ ab imo ad sūmū parietē figantur:qua/rum interiores partes curiosius picētur/ut ab se respuāt liquorē:tanq̃ fuerint loco tectorii ĩ uliginosis: Pli.xxxv. Imbricibus tubulis tegulisq̧ ab balneas hamatis/ubi ta men māmatis quādoq̧ lectū est nam ad hypocausta in balneis & cubiculis addūtur,etiam nunc tegulæ e figli/nis mammatæ Tubuliq̧ discolores:hoc autem nec ad/mitto illic tamen nec reiicio:

H ydraulæ hydraulicæq̧ machinæ Ctesibio Alexādrino inuētori debent̄:ab aqua nomen adeptæ:inter quas iu/

re numerantur ad molendum fruges excogitatæ: Nam axi tereti inseritur tympanum circinatum & dentatum ita ut eius dentes apprehēdant dentes tympanuli inditi palo ferreo/ĩ cuius sũmo subscus sit ferrea/qua superior mola cõtinetur: eidemq; axi haud longe ĩcluditur Rota pĩnata quæ impetu aquæ per canalẽ decurrentis ĩpulsa rotatur. & cũ ea ipsa axis tympana palus ac mola: cuius circũactu sup molam imã terruntur ĩ farina frumenta/quæ illi per ĩfundibulũ subministrantur stilo dependulo subsulsante & id ipsum leniter cõmouente: Rota pinata

Hypomochliõ de quo Vitru.x.græci uocãt quicqd ponitur ad moles oneꝝ eleuandas uectibus nõ lõge ab ipsis oneribus: uectis lingua sub onus subdita/& capite uectis hoĩum uiribus in id presso/ μοχλοσ græce uectis: Mochlus

Helicos græcis clauiculæ pampani intorti capreoliq; ut a nobis ĩ uitæ dñr/quibus gradatim se attolit: Sunt ĩ capitulis etiã colũnaꝝ corynthiis Vitruuio lib.IIII. minoresq; helices inquit intra suũ medium qui sunt in abaco/floribus subiecti scalpantur: Habentur & in auribus helices unde helicteres ĩter inaurium genera Polluci: ut Ellobia eidem quoq; a fibris auriũ Lobos quas dicunt: de clauiculis Plinius.xxIII Clauiculæ ipse quibus repũt uites tritæ & ex aqua potæ sistunt uomitionũ consuetudinem: Helicteres Lobi

Hyetomãtia diuinatio super pluuiis unde cornix ales hyetomantis recte dicitur qñ pluuias rauca uoce auguratur ꝓnuntiatq;: est & Aeromantia quæ fit per aeria: Hyeromãtis

Hypocapniston hatiendi imbibendiq; fumi & nidoris genus per infundibulum uocant Plinius. xxIIII. de chameleuce Radix eius ĩponitur carbonibus cupressi atq; is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tussi/Imbibuntur & apud nos quoq; multiiugi nidores per ĩfundibulũ ĩ doloribus etiam dentiũ auriumq;: Chameleuce

Hypoglossa herba est folia habens siluestris myrti concaua spinosa: & in ipsis ceu linguas/folio paruo exeũte de foliis ut tradit Plinius.xxVII. e quibus corona/capitis dolores minuit: Spina myrti

H ypnomantes græce somniatores coniectoresq;: hypno/ mantia ars ipsa:quando ex somniorum interpretatione fu tura sunt qui prædicere uelit: ut olim Domitianus Cæs. quem ex somnio Gibbæ sibi pone ceruicẽ aureã enatæ pro certo ferunt habuisse/beatiorem post se lætioremq; portendi reipublicæ statũ: & Pithagoras ex insomniis quæ per quietem uidissent discipulorum suorum ingenia p/ babat ut / Pluto in conuiuiis atq; potu / Aristoteles ex ipso sermone & rectius quidem/unde Socrates decoro adolescenti diutile tacenti ut te uideam inquit aliquid e

Sõnus græce, loquere: Hypnos græce/nobis primo Symnus / mox y littera i o/mutata somnus appellatus auctore Gellio.xiii quies est placidissima/Sed mortis imagũcula:unde græ/ cis υπνοσ εστι μικροσ θανατοσ: Somnus est bre/ uis mors/ueluti mors ipsa est longissimus somnus:

H arpe falcatus ensis ut olim Persei:Lucanus/Harpen alte/ rius mõstri iã cede rubẽtẽ Galẽo:Harpe humor ex flaua bili corpus totum corripit unde nomen Arpæ inter in/ strumenta musica ab Arpis ut uolunt inuentoribus no/ mine accepto Martianus Capella Arpis bombisq; per/ terita/tam intoleranda congressione uirgo diffugit:

H ediosmus menta ab odoris suauitate ο ηδισ suauis iu/ cundus η ηδιτησ suauitas iucunditas/

H ebdomades dierum & annorum dicimus a numero se/ ptemnario quem græci hebdomada uocant ut notat

Dierum noĩa a planetis Gellius libro tertio. Dies autem a septem planetis no/ mina acceperunt: Primus Constantinus Cæsar solis diem / Dominicum / Saturni sabbatum mutando ap/ pellauit:

H ypostasis subsistentia quibusdam hoc est indiuidua sub/ stantia Personam dicunt Theologi:Sunt & medicis uri narum Hypostases:

Homèri qui H omeros Cumei & Iones oculis captos nũcupant/qui ho meris/qui sunt itineris duces/egeãt:ut olim Asclepiades puero/alii catello/quidam Scipione:

H ierocomion Leprosorum dicemus locũ Hiera lepra κομη

uilla/quale extra urbem nostrã ad primum lapidem ui/ situr iunctum templo Diui Lazari leprosi: Hieranosos morbus qui sacer & comitialis: quo tamẽ nomine sunt qui lepræ morbum/aliqui ut Seruius ignem sacrum & alii qui magnum morbum accipiant:quãdo ιερος nõ modo sacer sed & magnus græcis dicat̃: Sed ipse mor/ bus comitialis & maior & Diuinus appellat̃ ꝙ animi partem rationalem quæ lõge sanctissima est uiolet ut re/ fert Apuleius in magiæ apologia:

Hieranosos

Holosphyraton ex auro solido statuam dixerunt: Strabo etiam Sphyleraton uocat/ qualem Gorgias Leontinus hominum primus delphis in templo Apollinis sibi ipsi posuit:tantus erat inquit Plinius.xxxiii.docendæ orato riæ artis questus/

Statua prima delphis

Hercos septum claustrum:hinc Herceus Iuppiter penetra lis quod intra cõseptum cuiusq; domus coleretur: sunt tamen qui non aspirent:& ab arcendo dictum uelint: ꝙ mala arcere crederetur:

Hemerobius Pli.xi.uitæ dialis hoc est unius diei/Epheme/ rũ quoq; nũcupant uita nõ ultra diem unũ porrecta: ut bestiolæ ille iter ĩsecta apud Hypanin amnẽ Schythiæ de qbus M.Cic.prima quest.Tusc.& Arist.de aĩalib⁹. v. Erit aliqñ & Diarii uictus qđ cognomẽ adhesit Dioge/ ni Cynico ημερα dies uñ hemeresios eidem Pli. xxxv. Absoluit uno die inquit tabellam quæ uocata est Heme resios puero picto:

Hypanis

Hypagogeus instrumenti genus quo lapides expolire so/ lent lapidarii:

Hippagones trãsuehendis equis naues idoneæ ut scri.Fe/ stus alii hippagogonas nũcupãt:& iã diximus Eiusdẽ fe re usus quæ latinis Põtones dñr/qb⁹ uice põtis ĩ trahii/ ciendis fluminibus utimur/de his C.Cæsar/& Gel.& alii Vñ Iureconsul.viii.digest. flumine publico ĩteruenienten/ uia cõstitui potest si aut uado trãsiri potest aut pontẽ ha/ beat:diuersum si põtonibus trahiiciatur:

Pontones

Hapalum quod sine testa ouum mera cũ cartilagine mẽ/

Ouum

branea peperit gallina dici audio: quasi molle & tenerum hapalon græci uocant: απαλος tener.

Hecta

H eta priscis minimi res precii ab hiádo quasi Hieta ut est oscitatio inquit festus ut hominis halitus, Hecta pustula in summo panis surgere inter coquendum solita : ut diximus.

Salsilago

H ammoniacum salis genus quo Cyrenaici tractus nobilitantur ideo nominatū uoluere quod sub arenis inueniatur: nam & e terra foditur sal fossile quod dicunt, glebas uulgus Micas appellat inquit Plinius: Sūt & natiui mōtes salis inquibus lapidicina ex modo ceditur renascēs, scintilla salis leuissima & candidissima flos salis uocitatur est & salsugo quæ & Salsilago tota liquida eidem Plinio.xxxi.&.xviii. Ciceris inquit natura est nasci cū salsilagine & ideo solum urit: Hoc quidem inter omnes cōuenit non erodi non putrescere dētes si quis mane quotidie ieiunus salē contineat sub lingua donec liquescat:

Chrysanthemon

Abrotanum

H eliochrysum herbam quam alii chrysanthon uocant: Dioscorides Chrysanthemon appellauit ramulis cādidis foliis subalbidis abrotano similibus, ad solis repercusum aureæ lucis: in orbem ueluti corymbis dependētibus, qui nūquam marcescunt & ideo deos illo coronabāt Aureliam uocant uestes tuetur odore non ineleganti ut tradit Plinius.xxi:

H æmatites magnes sanguinei coloris, sanguinemque reddēs si teratur ut refert Plinius.xxxvi. Est & Hæmatites lapis friabilis qui discernitur uenis rubentibus ut sanguineis unde utrique nomen impositum:

Horoscopus

Orizon

H oroscopus ab horarum inspectione dicitur quādo horoscopa uasa inquit Plinius libro.ii. non ubique eidē sunt usui, trecentis stadiis aut longissime etiam quingentis mutantibus se met umbris : At horoscopus cum partē cœli hora qualibet ab inferiori hemisperio surgentem ab oriente significat ab eo quod est ορος græcis.i. terminus & finis nominatus creditur: unde fit & Orizon a Iunioribus astronomis Ascendens appellatur: Diuus

Augustinus.v.diuinæ ciuitatis/ sequentis tarditas horo/ scopum mutat/ frequens est & Materno ut Persium & alios omittam horoscopi mentio/quem incópræhensi/ bilem.P.Nigidius arguméto figularis rotæ circũductæ & modo pari/modo impari téporis spacio pcussæ osté/ dere adnixus est/Vnde & figuli cognomen est sortitus: Geniture auté dominũ presertim Orcodespotan uocát: Nigidii argu/ mentum Orcodespotis

Hymen membrana tenuis in uirgine/orificio matricis su perposita & adhærens uenulis quibusdam ueluti inter/ texta unde cruor effluat cũ primo coitu soluitur:de qua mébrana Seruius &(ni fallor) Augustinus primo diui/ næ ciuitatis: Hymen Hymeneus deus nuptiarum: Sed hæc ut alia uulgatiora ex lexicis aliis petantur: Hymeneus

Hyppuris herba nostris Equisetũ/caude equine non dissi/ milis in pratis fere nascitur/sanguinis sistit profluuia:pro dest & dysentericis:Nos iũcum asperum appellauimus nostrates asperellam uocant alii barbisinam: Asperella Barbisina

Hypercauma ignem uocant elementare / non hunc quo utimur mortales sed illum qui supra aeris est elementũ tanto ardentior quãto ætheri & lunari Spheræ uicinior est & aquo sint syderum illa numerositas:



INsulas / Portus quoq; / Vnde qui/ busdam Angiportus angusta inter domos uia / ueteres audio domos appellasse/Inualuit hæc autem opi nio ut quo quo uersum circunda/ tas uia domos Insulas dicamus / quod ex.P. Victore ut credam uix adduci possum: etiam si in libro de partibus ædium/uulgarem sequutus fuerim opinioné: nec scio an Iurecõsulti insulam cuius frequens est apud illos mentio/in hoc significatu acceperint:Erunt insulæ domus & illæ presertim quæ locabátur pluribus Inqui linis qualia fere sunt stabula quæ uocant Mediolanéses Angiportus Inquilini

Vnde Cæsarem Dictatorem scribit Suetonius Vicatim egisse cēsum per dominos insularū: utpote qui scirēt optime & facile numerū inquilinorum in suis insulis: Orosius Horrea quadrato structa lapide/magnæq; illæ ueterum Insulæ: meminit & Vitruuius: Audiamus & Iurecōsultos: Iulianus libro primo digestoꝝ de officio præfecti uigilum Effracturæ fiūt plerūq; in insulis/ Horreisq; ubi homines preciosissimam partē fortunarū reponūt cum uel cella effrangitur/uel armarium/uel arca/ & custodes plerūq; puniūtur: Alphenus titulo locati lib.xix. digestoꝝ/Qui Insulam.xxx.conduxerat/singula cœnacula locauit: ut.xl.ex omnibus colligerētur: Dominus insulæ quia ædificia uitium facere dicerentur demolierat ea/quæsitum est/quāti lis æstimari deberet si is qui totā cōduxerat ex cōducto ageret/ Iabolenus eodem titulo/ Insulam uno præcio emisti/totam locasti & eam uendidisti ita ut emptori mercedes inquilinorum accederent: Proculus libro. viii. digestoꝝ titulo de seruit.urb.pred. Quidam Hiberius nomine qui habet post horrea mea insulam/Balneariam facit secūdum parietem cōmunē: non licet autem tubulos habere admotos ad parietem cōmunem/Sicuti nec parietem quidem suum super parietem cōmunem: de tubulis eo amplius uis est/ꝙ per eos flamma torretur paries/ qua de re uolo ut cum Hiberio loquaris ne rem illicitam faciat: Iulianus quoq; libro.xliii.digestoꝝ titulo ne quid in loco publico/Publici loci appellatio quemadmodū accipiatur/Labeo diffinit: ut ad Areas/& ad Insulas/& ad agros/& ad uias publicas/ itineraq; publica pertineat/ Et Vlpianus in.L. tabernæ de uerborum significatione/Cum tabernæ inquit appellatione omne ædificium utile ad habitādum cōtineatur nō incongrue Insulam tabernam appellabimus quod euidētius ostenditur ex sentētia Sceuolæ titulo de fund.instr.libro.xxxiii.digestoꝝ: Sūt & ipsis Iurecōsultis Pomponio cum primis & Vlpiano ab insula serui Insularii qui Vrbanoꝝ nō rusticorum numero ha

Armarium

Balnearia

Insulæ

bebantur/nam eisdem Iurecõsultis in Insulam deporta tio genus est pœnæ quæ ideo ab insulis in mari insula ris pœna dicitur adimẽs ut inquit Vlpianus libro.xlviii. digest.ciuitatem: Verum cũ liquido appareat ex ipsius. P. Victoris lectione multo plures fuisse Romæ Insulas q̃ domos/ Nã Insulæ ex omnibus.xiiii. regiõibus urbis numerantur.46202.domus uero.1211.Subdeddo nun dum decido:

Insularis pœna

I ntergerini parietes ab intergerẽdo hoc est ferẽdo sustinendoq; nominati:nõ a lateribus ut communes/Sed in medio eorũ ut mediani Plinius.xxxvi. Romæ nõ fiunt talia ædificia quia sesquipedalis paries nõ plus q̃ unam cõtignationem tolerat:cautũq; est ne communis paries crassior fiat/nec intergerinorũ ratio patitur Inde Vitruuius iã dixerat lib.ii. Leges publicæ nõ patiũtur maiores crassitudines q̃ sesquipedales cõstitui loco cõmuni:

Sesquipedalis paries

I ntrita in mortariis calx tẽpore macerata ad nobilia tectoria & terra quoq; subacta dicit Pli.xxxvi. Intrita quo uetustior eo melior/Vnde in antiquarũ ædiũ legibus inuenit:ne recentiore trima uteret redẽptor quisq̃/ideoq; nulla tectoria eorũ rimæ fœdauere/ Idẽ.xxxv. de lateribus quin & Intritam ipsam eorũ priusq̃ fingãtur macerari oportet: Fuit & Intrita e frugibus ut opinor/ut nũc ex panis albi nucleo ex Amylo/febricitãtium sorbitiõi ciboq; idonea Cor. Celsus libro.iii. Dari uero inuicem eis potest uel Intrita ex aqua calida/uel Alica elota:si firmus est stomachus & compressa aluus ex aqua mulsa: Si uel ille languet uel hæc profluit ex posca:

Intrita

I con & Econ imago e facie hominis ut eadem uideatur cœlo forma/penicillo expressa/Inde Iconiũ C.Caligulæ aureum simulacrum trãquillo/& Plinio. xxxv. Iconici duces/expressis liniamentis oris & membrorum similitudine:Ab Econe eidem tranquillo in Nerone Ecuncula hipocoristicos/Est & Iconicos aduerbiũ sicut mechanicos organicos Vitruuio & Idioticos Idẽ Plinius eodẽ lib.Hois iquit imaginẽ gypso e facie ipsa primus oium

Iconium

expressit/Ceraq; in eã formã gypsi infusa emẽdare insti/tuit Lysistratus Sicyonius:Et.xxxiiii. Eo℞ qui ter ibi superauissent imagines ex membris ipso℞ similitudine expressa quas Econas uocant:

Lysistratus Sicionius

I ntermestris luna & intermestrua Plinio . xviii . idem est quod interlunium & luna silens/ & lunæ coitus siue ut astrologis neotericis coniunctio/ Synodos græcis & fere Neomenia/ Lune silentio Athenienses Theogmia celebrarunt quasi naturales hæ sint nuptiæ cũ sol & luna coeant nouissimam primamue eadem die uel nocte nullo alio insigno q̃ ariete conspici inquit Plinius lib.ii.Idq; paucis mortalium contigit:Et inde fabula cernẽdi Lynceo:Est autem interlunium quod intermestriũ.M. Varroni in re rustica tempus lunæ inter ueterem & nouam ut internodium Columellæ spatium inter nodos/Interscapilium a scapulis Higino/eidemq; ac Macrobio iterstitium/quod stet inter aliquid/Intertigniũ a Tignis / interuenium a uenis in materia/ Intercolũnium a colũnis Vitruuio:& interscalmium inter scalmos nauium ĩ quibus remi inducuntur & reducuntur inter remigandum: ac ĩterfœmineum interfœmina quod græce Mesomerium:nam hypomeria intertrigines dicuntur:

Interlunium

Silens luna

Coniunctio

Syuodos

Intercolũniũ

I tys in Phasianum mutatur:ut mythici fabulãtur/quod negant nonnulli asserentes in Carduelem deformatum ut cũq; Itys auem induit:& Daulias ales poetis est cãtatissima de qua & Thucidides hist. ii. Potior autẽ est mihi Phasianus q̃ Carduelis / licet hæc bellula sit auicula & suauiter occinens/

Carduelis Phasianus

I naures quæ auribus uiris æque ac mulieribus ex margaritis gemmis auroq; adduntur ornatus gratia:Paulus libro trigesimo sexto.ff.de au.& aug.lig. Inaures inquit inquibus duæ magaritæ/elenchi/& smaragdi:

I nstitor q negocio gerendo instet ut tradit Vulp.de Inst. act.nec multum facit tabernæ sit præpositus an cuilibet alii negociationi/cum interdum etiam ad honestos homines afferat merces recte appellabitur quicũq; nego/

cio prepositus sit. Labeo Circitorem institorem uocat cui uestes & panos lintearii & uestiarii dant circũferen/dos:de quibus in superioribus:Plato in.ii.reipublicæ mi nistros uocat emptionum uenditionũq; in foro/Lydi teste Herodoto libro.ii.histor.primi institores & caupo/nes fuerunt: Circitor Institor Vestiarii

I anthina uestis uiolacea a colore/ quãdo græci uiolas la dicũt unde Melanion nigra uiola/& Violãtillam suam Papinius Ianthida dixit:Martialis Coccina famosæ do/nas & Ianthina mœchæ.Sunt & Hiacynthina ab Hia/cyntho quod Vacinium uocãt latini/ Plinius.xxi. Hia/cynthus in Gallia eximie prouenit hoc ibi ꝓ coco Hys/ginum tingit/Item Paulo supra Italiæ inquit uacinia in aucupiis sata/Galliæ uero etiam purpurea tingẽdi causa ad seruorum uestes/Vitruuius.viii. de purpureis colori/bus:Eadem ratione Vacinium temperãtes & lac miscẽ tes purpuram faciũt elegãtem: Melanion Hysginum

I nterula tunicam(ni fallor) ex nomine significat interio/rem : eadem Camysia uulgo hoc est intima tũnica/Su/buculaq;: Camysia

I Somerinæ horæ æquinoctiales pari spacio & semper æquales ut in æquinoctio utroq; / ισημερία æquidia le: Isomerinos circulus æquidialis :uulgares uero quæ temporales & Cericæ græcis dictæ / sunt inæqua// les partientes diem longum breuemq; in duodecimo spatia / Vde dictum est : non / duodecimo/ sunt horæ diei:Ita ut hora uulgaris æstiua quãdoq; comprehẽdat unam horam & quadrãtem ad horas horologii:ueluti accidit in Solstitio æstiuo/quãdoq; horam & semiqua/drantem uti sole permeãte Taurum/per Brumam autẽ hibernæ breuiores sunt : Simo Plautinus in pseudolo/ Credo equidem potesse te/scelus/Massici montis uber/rimos fructus quatuor ebibere in hora una cui respon/dens Pseudolus hiberna inquit abdito/quæ breuior est æstiua uulgari / de uulgaribus horis dictum accipe in euãgelio operariorum uineæ/& apud Virgilium in mo Bruma unde

reto Iam nox hibernas bis quinq; peregerat horas: quã/do nox suas habet horas uulgares.xii. quæ in quatuor uigilias diuiduntur: Fuerunt & Actuariæ diei cuiuslibet horæ xvi. de his epigrãmatarius poeta: meminit & Satyrographus: exul ab octaua Marius bibit: Similes iis fere sunt quas nostri Sacerdotes Canonicas uocant: At nos dies horis ternis diuidimus/ e quis Rabulæ forẽses causidici ad lites prosequendas duas tantum sibi constituere/ quibus se reosq; sistunt & clientes:

Actuariæ horæ

Canonicæ

Intercisio stomachi uidetur esse rosio ex collatione eorũ quæ Dioscorides & Plinius scribunt de pulegio/ Is.xx. nat. hist. de pulegio stomachi inquit ex aqua intercisiones sistit/ & uomitiones cum aceto & polenta:

Pulegius

Vomitiones

Ileos gracilioris intestini acutus morbus cum dolore: un de Ileosi qui eo uexantur: sunt tamen quibus Ileos is morbus est cum excrementa in stomachum resiliunt atq; inde per os euomũtur: Celsus libro.ii. Tenuioris intestini morbus quem Ileon nominãt/ & quarto Modo supra umbilicum inquit modo sub umbilico dolorem mouet: fit ex alterutro loco inflammatio nec aluus nec spiritus infra transmittitur/ si superior pars affecta est cibus/ si inferior stercus per os redditur: Iliosi uero & Iliaci ab Iliis: eorum morbo & dolore laborantes quos lagonoponicos dicere non audeo/ etiam si Iliorum ægritudo Lagonoponos dicitur/ quando græci Ilia Lagonas & Ceneonas uocant:

Lagonoponici

Ischia coxendicum lumborumue dolor a quo Ischiadici Plinio & aliis eo laborãtes coxendici: ἰσχίον coxa coxẽdix: Coxarum ingens dolor inquit Cor. Celsus libro.iiii. esse consueuit: isq; hominem sæpe debilitat/ & quosdam non dimittit/ Ischia nunc insula quoq; dicitur quæ olim Aenaria a statione nauium Aeneæ de nomine oppidi coxẽdicis imaginem reddentis in mõte:

Coxa

Coxẽdix

Aenaria

Inguinariæ bubones græcis: βουβὸν inguen/ ut dictum est. Inde herba inguinaria quoq; nomen accepit Plinius xxvi. Inguinis dolores prohibet aut sedat cœptos In/

guinaria quam quidam Argemonem uocant / passim in uepribus nascens: Argemon

I cteros & Arquatus morbus Regius dicitur quoniam ut ait Cor. Celsus libro. III. Vtẽdum exercitatione/frictio ne lecto etiam & cõclaui cultiore/ludis/lasciuia/per quæ mens exhilaretur/& fere apparatu regio / eadem Sere/nus/ab aue nomen sortitur / Ictero quam nos Galgulũ quæ si spectetur sanari id malũ tradunt & auem ipsam mori: Inde Icterici regio morbo ægrotãtes: Et morbum Regium Plinius inquit. xxvi. in oculis precipue mirari est/tenuitatẽ illam densitatẽq3 tunicularũ felle subeũte: Hipocrates a septimo die in febre mortiferũ signũ esse docuit/nos scimus uixisse aliquos ab hac desperatione: Galgulum

I mpetigo ab ĩpetu morbi genus lichen quoq3 dicta qua tuor habet genera ut scribit Cor. Celsus libro. v. Serẽus si uero uitium est quod ducit ab impete nomen / Hoc matutina poteris prohibere saliua / Minime mala quæ similitudine scabiem representat altera asperior rubicũ diorq3 Rubrica nominatur: tertiũ genus squãmosum nigro colore: ideoq3 nigræ cognomen meruit: quartum uero curationem nõ recipit subalbidum cum squãmu/lis pallidis aliis subalbidis: aliis lenticulæ specie / quibus demptis sanguis ꝓfluit alioqui humor eius albidus est: nascũtur uel maxime hæc omnia ĩ pedibus manibusq3 sed & ungues quoq3 infestant: Lychen mẽtagra Plinio a mento incipiẽs totos occupat uultus/oculis tãtum in/dulgẽs nam impetus oculorum alii sunt ab impetigine de quibus idem Plinius. xx. de curcurbita: Vinum cum ea feruefactum oculorum etiam impetus: Est & Lichen in arboribus eidem. xxiii. In his inquit & satiuis prunis est limus arborum quem græci Lichen appellãt rhaga diis & cõdilomatis mire utilis: In equis quoq3 & Asinis lichen uocatur libro. xxviii. de quo mentionem habet etiam Dioscorides &. xxvi. Lichen herba plurimum li/chenis cõferens inde nomine inuẽto: Lichen qd & unde

I mpagem impaginemq3 id genus marginis & regulæ di

Tympanum

cimus quo tympanum id est quadratum/uel alterius fi/ guræ spatium ĩ ualuis/ĩ arcis/alioue opere intestino per ambitum ĩcluditur non ornamenti modo sed firmitatis quoq; gratia/Vitruuius libro.iiii.latitudo impagis in fo/ ribus fiat tympani tertia parte. Compago coniunctio & commissura Plinius. xvi. in Dianæ ephesiæ templo cupressinas ualuas in glutinis / compage quadrienio fuisse/

Pauonacea

Tegulæ

I mbrices unde imbricium in tectis non est qui nesciat: Plinius.xxxvi.In Belgica prouintia candidum lapidem serra qua lignum/faciliusq; etiam secant / ad tegularum & imbricum uicem/ uel si libeat ad quæ uocant Pauo/ nacea tegendi genera: Sisēna hist.iii.dissipatis imbricum fragminibus ac testis tegularũ/ Plautus in mostellaria tē/ pestas uenit cõfregit tegulas imbricesq;:& ĩ milite/cõfre gisti imbrices & tegulas / Hæc autem adscribere uolui/ mus ut intelligas imbrices significare e figlino opere in/ curuas tegulas: Vnde secant Plinio Sisēnæ fragminibus & Plauto confregit: ac imbrices & tegulas semper si/ mul positas / Et quia imbrices seu sint solæ aut cum te/ gulis/aliæ super alias sedent in tectis Imbricata inter se cementa in genere structure incertum quod uocant di/ xit Vitruuius/cui & tegularũ tecta nominantur:

Pseudisodo/ mon

Periscos

Pseudisogniõ

I sodomon genus structuræ græci uocant cum e lapide duro ac silice æquo exstruunt ueluti lateritios parietes: at cum inæquali crassitudine struxerunt Pseudisodo/ mon: tertium est Euplecton frontibus tantum politis Plinio. xxxvi. Vitruuio libro secundo Emplecton/ubi Isodomon inquit dicitur cum omnia coria æqua cras/ situdine fuerint structa: Pseudisodomum cum impares & inæquales ordines coriorum diriguntur:ισοσ æquus æqualis Isopleuros æquis lateribus: Sunt qui Perissodo/ mon uelint: quando Perisson græci inæquale & impar dicunt:alii uero Isogonion & Pseudisogonion ab angu/ lis: namq; hæc in medio posuit Deus omnia campo: Latinis structurarum genera sunt Reticulatum a reticu/

li quadam similitudine quo nunc omnes ut uenustiore utuntur: & antiquum quod incertum dicitur cementis aliis super alia sedentibus/inter seq; imbricatis firmiore q̄ reticulata/non speciosa structura / q; reticulata in omnes partes dissoluta habeat cubilia & coagmenta / ut idem Vitruuius auctor est: Plinius eodem libro trigesimo sexto Dictiotheton græci uocant reticulatam structuram qua Romæ inquit frequentissime struunt rimis opportunam: Dictiothecon

I gnausia aer paulo densior superiore/ut humectæ substātiæ hominibus spirabilis/

I mplanator Cypriano impostor deceptor a uerbo implanare id autem a Planis hoc est *Sycophantis* scurrisq; fallacibus & impostoribus est deductum/de quibus Horatius.M.Cicero & alii: *Sycophante*

I ncoctilia ab incoquendo uasa iam dicta sunt/ est autem incoquere metallum metallo inducere ueluti stamnum & argentum æri:Plinius trigesimo quarto cum de seanno dixisset Deinde & argentum inquit incoquere simili modo cœpere equorum maxime ornamentis/iumentorumq; iugis: Stamnum

I dylia poematia parua poemata / unde Catullus suum Hexametrum Idyllion inscripsit/Plinius iunior in epistolis/Epigramata inquit siue Idyllia siue Eclogas: Eclogæ

I dolon similitudo corporis quasi phantasma & umbra Cecilius.vii.apparebat Idolon / senex macie & squalore:Est & Pphantasma somnii species quod uisum Mar. Ciceroni:meminerunt & Plutarchus Diogenes/Macrobius suidas aliiq;: Phantasma

I selastica certamina quorum uictores magna cum pompa introducebātur ī suam quisq; patriam uñ nomē/de quibus Plutarchus Plinius iunior ad Traianum:

I ncurceruicus curuæ ceruicis ut pecus incurceruicum Pacuuio: eidem quoq; repandirostrum rostro repando legimus & Dulciceruicum quem græci Glycitrachelon uocant: Glycitrachelō

Gluten

Epinyctidæ

I chthyocolla gluten e piſcibus Galeno & Dioſcoridi: Plinius xxxii. Ichthyocolla appellatur piſcis cui glutinoſum eſt corium/ idemq; nomen glutino eius/ hic epinyctydas tollit Ichthyocolla cutem erugat: Ichthys piſcis Ichthyoeſſa piſculenta / Lithocolla uero fit hiſdem auctoribus ex lapide pario aut marmore cum taurino glutino: eſt & Sarcocolla arbor e qua gúmi fit utiliſſimum pictoribus & medicis/ſimile pollini thurios/ & ideo candidum q̃ ruffum melius:

I ntercapedo. M. Cic. ad Pætum quadam epiſtola ĩ uerbis honeſtis obſcœna ponimus: quid enim ne honeſtũ uerbum eſt diuiſio? at in eſt obſcœnum cui reſpondet ĩtercapedo: hanc legiſſe memini me/ penes quẽ haut nunc ſcio eſſe ſpatiolum & interſtitiolum illud ab ano ad poptam: unde pro ſpatio & interuallo ad alia transfertur Ciceroni/ Quintiliano/ Feſto Iureconſulto libro. xxvi. ff. & cæteris:

Cauſidi

I nficiatio negatio/ire ĩficias negare eſt: plerumq; inquit M. Cicero de oratore cauſæ inficiatione defenduntur: peculiaris noſtri tẽporis Cauſidicis qui ut mentiri neſciunt/ita negare factum optime nouerunt/& inficiatores fiunt ex patronis: hinc ſtatus inficialis/cõiecturalis:

Tetraſtila

I nterpenſiua ab interpendendo eſſe uidentur aſſerum tignorumue ſed tecti extrema parte: Vitruuius libro. vi. in mentione Cauediorum Tuſcanica inquit ſunt in quibus trabes in atrii latitudine traiectæ habeant interpenſiua/& colliquias ab angulis parietum ad angulos tignorum intercurrentes / Item Tetraſtyla ſunt quæ ſubiectis ſub trabibus angularibus columnis & utilitatem trabibus/& firmitatem præſtant/ q̧ neq; ipſe magnum impetum cogunt habere/neq; ab interpenſiuis onerant:

Labruſca

I gniaria Plinio. xvi. ſunt utimur ad ignem eliciendum: Calidæ inquit ſunt Morus / Laurus Hedera/ & omnes quibus Igniaria fiunt / Probatur inter has & uitis ſilueſtris alia tamen q̃ Labruſca/& ipſa hederæ modo arborem ſcandens:

I nterlucator ab iterlucando quod est ramos densos & i utiles amputo Plinius.xvii. Deputantur cũ uite pariter interlucata, densitate ramorũ qui sint superuacui & absumant alimenta: Item interlucato arboribus prodest: Sed oĩum annorũ trucidatio inutilissima: idem est sublucare & fere collucare

Trucidatio

I sonomia erit æquilibrium æquilibritas ue. M. Cicero de natura deorũ cõfugis iquit ad æquilibritatem sic enim Isonomian si placet appellemus: ide Isonomicos aduerbium: Solinus Romam tradit quadratam primo dictã quoniam ad æquilibrium esset posita: Et Plutarchus tetragonon fuisse: Vt cũq; æquilibrius æqualitatem notat ut cum Talionis pœna ad æquilibrium uix fieri posse dicitur: de quo Au. Gellius:

Aequilibrium

I mantopodes Loripedes græcis imanta lorũ dicũt unde latini etiam a loro loripedes quasi lorris pedibus ut Dii lanipedes laneos pedes habere dicti: quia lentissimo gradu ad uindictã ꝓducunt ut tñ postea grauius atrociusq; puniãt Plinio Solino & Pomponio Melæ populi orientales ethiopiæ quibus reptando flexis crurũ nixibus ire natura est imantopodes appellati:

Loripedes

Lanipedes



Aminæ tessellæ e metallis aliisq; dñr a Lamis uñ lamelle Vitru. Horatius inimice lamæ Crispe Salusti. Oui. i fastis Et leuis argenti lamina crimen erat: Apuleius tertio asini aurei laminas litteratas iter magica Pamphiles instrumẽta noĩauit: A. Gel. iter cruciatus posuit: Ignes & ardentes laminæ cæteriq; cruciatus admouebantur: Et Plautus i asinaria Aduorsum stimulos laminas cruceisq; cõpedesq; Neruos catenas carceres numellas pedicas boias Val. Maximus rupit uerbera fidiculas laxauit soluit eculeum laminas extinxit: Sed & lamæ cœnosæ lacunæ & abruptæ uoragines pluuiis & niuibus fere diutinis productæ appellantur:

pœnarũ istrumẽta ap̃ antiquos

Fidiculæ

Lapicidinæ L atomiæ Lapicidinæ in quibus uincti serui lapides erue/bant excidebantq́ ueluti qui in opus metalli damnabā tur Plautus in captiuis Inde ibis porro in Latomias lapi

Tullianum darias: Latomiæ locus carceris ut Tullianum Liuio & Siracusis q́ hic quoq́ ut. M. Varro tradit in eo loco la/picidinæ fuerūt: Festus Latomiæ ex græco & maxime a Siracusanis qui Latomias & appellāt & habent instar carceris / ex quibus locis excisi lapides sunt ad extruen/dam urbem/eadem fere Pedianus:

L amiæ puerorum exsuccatrices uoratricesq́: nostri Stri/

Striges ges uocāt/cum striges sint aues nocturnæ & carniuoræ

Terriculamē/ta Terriculamēta puerilia quidam lamias appellāt oculis exemptilibus:nam deponūt illos / & cum lubet reassu/mūt / uti senes specila ocularia illa e uitro quibus fit ut minutulas litteras legere possint:Sed dētibus exemptili bus nō nulli utūtur/quos nocte nō aliter reponāt q̄ to/gam assolēt:Sicut & uxorculæ quædam bellissimæ no stræ comam illam depēdulam & cincinnos anteuētu/

Empusa los:Est & terriculamēti seu Lamiæ genus quod Empu/sam uocāt uno(ut dicit̄)pede incedētē unde sit nomen:

Fabacea faria L omentum fabacea farina / & cerulei genus quod græ/ci λειωμα dicūt hoc est proprie tritum: Pli.xxxiii. Ex ceruleo fit quod uocatur lomētum:perficitur id lauan/do terrēdoue: & hoc est ceruleo cādidius/& mox/subti lissimum genus Lomēti quidam tritum uocant quinis assibus æstimatum Idem. xiii.de faba: quippe ex qua tentatus sit etiam panis: Lomētum appellatur farina ea adgrauaturq́ pōdus illa:& omni legumie: Item.xxxvi. Fit cataplasma ex eo podagricis mixto fabæ lomēto:&

Cataplasma xxx.Sūt & minutæ lōgæq́ cādidæ cochleæ passim ob errantes/eæ aræfactæ sole in tegulis/tusæq́ in farina mi scentur lomēto equis portionibus:cādoreq́ & leuorem corpori afferūt:ubi p leuorē λειοτητα itelligit hoc est

Complanatio cōplanationē & tersitudinē/Martial.Lomēto rugas ute ri q́ cōdere tētas:itē suo disticho/Gratū mun⁹ erit scisso nec inutile uētri/Si clara Stephani balnea luce petes:

L agœna uas uinarium potoriumq; hipocoristicos lagun cula Cecilio in epistolis: — Luguncula

L æmargus gulosus λαιμοσ gula: λαιμαργοσ græcis qui etiam latinis Gulo/Læmargia gulositas/ — Gulo

L emma argumentum & fere Index ac Eléchus Cecilius epistola.iiii.Lemma sibi sumpsit: quod ego interdum uersibus ludo: Martialis Lemmata si quæris cur sint ad/scripta docebo/ Vt si malueris lémata sola legas/ apud Aristotelem pro positione interrogationeue sumitur as/sumptum uocant: se interuallum/ Vnde Monolémates propositio: ut respiras/ Vnus igitur/ nam manifestum est assumptum q omne spirans uiuit: At Lemæ in morbis lachrymæ dicuntur sed congelatæ & ita a græcis dicũ/tur: hinc prouerbium est in pa prudentes κρουνκαι λημαι Aristophanis: Vnde Lemosi: — Læmargia — Monolemata — Lachrimæ

L actarii a lacte nominantur non a lactibus Inde opus lactarium spartiano in Heliogabalo Dulciarias inquit & lactarios tales habuit ut quæcũq; coqui de diuersis eduliis exhibuissent uel structores uel pomarii/ illi modo de lactariis exhiberent: Item alia inquit de opere lactario Cor.Celsus lib.ii.Aluum mouent mel crudum lac lacta/ria omnia: nam lacticinia a doctis in lacte non sunt rece/pta: & cum sunt a lactibus (ut reor) potius inclinanda: — Dulciarios — Structores — Lacticinia

L actes exiliora intestina in homine & ouibus non solum/ sed in aliis quoq; animalibus Plautus uocauit: Nam Pli nius.xi.ab hoc inquit uentriculo lactes in oue & homi/ne/ per quos labitur cibus: in cæteris Ile/ a quibus capa/ciora intestina ad aluum: Alii loca dicunt sub umbilico in lateribus pubetenus/ delicata adeo ut plagam ferre non possint: quidam intestina pinguia ut Persius qui un ctos lactes dixerit: nonnulli membranas quibus intesti/na inter se annexa sunt: Theodorus Gaza pro Mesen/terio interpretatus est/ & hoc fortasse ideo quia mesen/terio lactes inuoluuntur/ ut a spinæ tactu duro muni/tiores magisq; septi reddantur: Sed Spartianus lactes murenarum & Luporum cum dixit pro semine genita/ — Theodorus Gaza

li quo pleni teste Aristotele sunt e piscibus mares acci/
pisse uidetur:ut dictum est:aliam autem lac aliam lactes
habent inflexionem:

L aniena laniatus/sectio / carnificina Apuleius / destinatae
etiam lanienae cultros acuebat / item / relinquens atro/
cissimam uirilitatis lanienam / sed & locus erit laniena
de quo in superioribus.M. Varro de Analogia si inquit
analogia esset/ubi caro uenit carnaria / ubi pelles pella/
ria/ubi calcei Calcearia diceretur/nõ laniena/ pelles uina
& sutrina:

Carnaria
Pellaria
Sutrina

L onganones inter farcimina habentur Mar. Varro in li/
bris linguae latinae/cum primum fartum hilam & Ape/
zabonem nominasset : Tertium inquit fartum est Lon/
gano ꝙ longius q̃ duo illa:Et Apicius nepos longano/
nes porcinos cõdire docuit:

Hila
Apexabo

L igones instrumenta rusticana Mar.Varro/Ligo ꝙ eo ꝓ/
pter latitudinem quod sub terra est facilius legitur : At
graeci ligon uiticem dicunt non multum a salice distan/
tem uitilium usu/alii Agnon quoniam matronae ut tra/
dit Plinius.xxiiii.i Thesmophoriis atheniẽsium castita/
tem custodiẽtes eius foliis cubitus sibi subcõsternũt:

Vitex

L utra aquatica a luendo nominata ꝙ in aquis se lutet :
quoniam Enhydris graece a quibusdam uocetur:nam
est & coluber in aquis uiuens/Plinius . viii . Cauda pisci/
um Fibro/caetera species lutrae utrũq; aquaticum/utraq;
mollior pluma pilus:Lutron lauacrum:

Enydris

L ynx fera acutissimi uisus Plinius.xxviii. Peregrinae sunt
& Lynces quae clarissime omnium animalium cernunt/
urinam statim terra pedibus adgesta obruere traduntur
e qua lyncurium gemma / linceos tamẽ oculos a lynce
nũdum accipio/magisq̃ a Lynceo:

Lyncurium

L agophonon aquilam nigris pennis uocãt/Vnde & Me
laenaetos graecis / nostri Leporariam a uenatu leporum
nũcupant:dicta etiam ualeria:est & quae Hebrophonos
id est Inularia dicatur eadem & Pygargus/Aristoteli cui
dixit Plinius.x.albicãtem esse caudam:nam morphnos

Leporaria
aqualia

quæ Neuia Anataria etiam uocatur Homero Percnos aquaticas circa stagna aues appetens: mergentes se subinde donec sopitas lassatasq rapiat : ingenium est ei testudines raptas (ut ferunt) mittere e sublimi in saxum ut fractarum carnibus uescatur quæ sors poetam Aesclylum Caluum dum apricatur interemit: Et Plancon glancum a clangore appellauerunt: Percnopterus uulturina specie omnium maxima Haliætus uero in mari piscatrix perspicacissima acie ut quæ uisum ex alto piscem preceps discussis pectore aquis uenatur : hals mare græcis ethos aquila. Vnde Artites lapis in nidis earum inuentus: Aqlapægsta

L ogistice nostris Calculatoria ratio supputādi calculis: ut diximus : qui Abaculi quandoq dicuntur, ueteribus in usu ueluti etiam nunc apud barbarorum plurimas gentes, Figuras autem apud nos habet numerorum nouē quas Pithagorici excogitarunt & Diagramma quoq quod mensam Pithagoream etiam uocarūt: unde Abaci origo est : Numerorum prima Monas ut aliis principium numeri: mox singulares alii ad decem usq : Logisticon uero rationem primam animi partem dixere, ut secundam Thymicon ac si dixeris animositatem, Epithymicon tertiam quæ est cupiditas, ut refert Macrobius: Logicum rationale, logos, ratio uerbum Sirmœria iter ornamenta tunicarum aurea habentur ut refert Pōpeius: Lerios autem comici ueteres callidos & uersipelles accipiebant, ab insula ut uolunt i Icaro quæ Leros & leria quādoq uocata Straboni: Diagramma Leric

L icia fila quibus maxime in tellis implicant stamina textrices, Vnde Trilices tunicæ, & Titiuilicium fila puttrida de tellis cadentia, Sed pro re uili & nullius significationis apud græcos ut inquit Festus, Plautus in Casina: Non ego hoc uerbum empsitem titiuilicio : Liciatorium Diuo Hieronymo lignum teres circum quod inuoluunt stamina Hastile eius inquit erat quasi liciatorium texentium: Liciatorium

Probolæ
Calceolarii

L inteones lineæ seu linteæ uestis textores & confectores Plautus in Aul Propolæ linteões Calceolarii: de lintea ueste Apuleius Linteæ uestis candore puro luminosi in sacris probata olim ægyptiis / reiecta lanea uti prophana: Sunt & inter sacrificia & hymnorum ac psalmorum concétiones horarii officii iustaq; & supplicationes nostri sacerdotes linteati linigeriq; : cádore ipso uestis cum candorem præmostrant:

L imbolarii infectores factoresq; limborum : uestis id genus est muliebris purpuram in imo habens Plautus in Aulul. Textores limborarii arcularii ducũtur: Limbum quoq; fasciam ambientem extrema uestiũ dixere hinc M. Varro in satyris Menippeis limbum uocauit signiferum in cœlo qui Zodiacus: per quem Limbus ĩquit pictus bis sex signis : obliquitatem eius primus intellexit ut ferũt hoc est rerum foras operuit Anaximáder milesius: Signa deinde in eo Cleostratus & prima Arietis ac Sagittarii Sphærã ipsam ante multo Atlas de quo Plinius.II. Et Pollioni Trebellio ĩ Claudio Imperatore sunt Limbatæ chlamydes:

Athlas

L ustricus dies quo infantuli aqua mystica nũc lustrantur & nomen arbitrario & fortuito positu accipiunt: Maribus nonus fœminis octauus a priscis instituti ex Festo & Plutarcho in problematis:

L æna uestis habitu duplicis quam alii chlenam nõ nulli chlamyda uocant: Seruius togam duplicem auguralis amictus interpretatur apud illud Verg. Tyrioq; ardebat murice læna : At lænas dicimus eas quæ mulieres questuarias prostituerũt & habẽt: Sed & Lenam eam accipimus quæ alterius nomine hoc uitæ genus exercet ut tradit Vlpianus. de ritu nuptiarũ lib. xxiii. digest. erunt ι ξυ lenæ perductrices ueluti Lænones perductores ita tamẽ ut illi scortorũ hi personarũ inuitarum esse dicantur & earũ in quibus stupra exercita legibus iudicãtur ut scribit Asconius: Vtrũq; genus damnandum nam ut inquit Plautinus curculio : Vt muscæ culices pedesq;

Chlena

Pulicesq; cimicesq; odio & malo & molestie bono usui sunt mulieres:

L acerna q minus capitio sit dicta inquit Festus/nam lacerare diuidere cominuere & lacerum corpore diminutũ: Lacernæ non unus erat usus: Lacerare

L anerum e lana suecida uestiméti genus Festo Pompeio succida lana nõ lota non depurgata Oesypo: quod est pingue illud in ouium lanitio cũ sordibus/ut nomen indicat οιν græci ouem dicũt:ut sit quasi οιοσ ρυπον id est ouium sordes: Plinius.xxix. Quin ipsæ sordes pecudum sudorq; fœmorũ & alarum adheréres lanis(œsypum uocát)innumeros prope usus habẽt:in atticis ouibus genito palma:pluribus fit modis:laudatissimũ quibuscũq; sordibus succidis primũ collectis:ac lento igne feruefactis & refrigeratis:mox collecto pingui quod supernatauerit:probatio ut sordium uirus oleat/ & manu fricáte ex aqua nõ liquetur:sed albescat ut cerussa: Inde Ouidius in arte amádi Oesypa quid redolent:quamuis mittantur athenis Demptus ab imundæ uellere succus ouis:ubi tamen scriptum est Oesopa quemadmodum & apud Plinium libro eodẽ.xviii.Cerebrũ cornicis inquit in cibo sumptum palpebras gignere dicitur:Oesopũq; cum myrrha calidum penicillo illitum:Item.xxx. Maculas i facie Oesopũ cum melle corsico quod asperimum habetur extenuat:ac scobem cutis in facie cum rosaceo impositum uellere:quidá & butyrũ addũt:Oesypũ in Plinio Hermolaus legebat:Lana operátes Lanarii dicti Plautus in Aul. Stat fullo / Phrygio/stat aurifex lanarius/Est & lanificus & lanificium/& enisci coronarũ aliis Lanisci græci Lemniscos appellant: Oesypum Palpebras gigni Lanarii Lemnisci

L eucophæus panus subfuscus subalbicásue:Leucophæon græci fuscũ ac nigrũ pene uocát: Inde Leucophæatus Martiali:Plinius.xxxii.Iecur eius uel cor adalligatur in pano leucophæo: Vitruuius.viii. Pecora q̃uis sint alba Procreát aliis locis Leucophæa aliis pulla/aliis coracino colore:Sunt & medicaméta certi generis hoc noie

quasi subfusca siue subcãdida eidẽ Vitruuio & Celso:

L ethargus inexpugnabilis pene dormiendi necessitas inquit Celsus.III.nõ sine alienatione mẽtis in quo a phreniti nõ loco sed materia distat. Phrenitin sanguis aut bilis atra inducit: Lethargũ Pituita humidior & frigidior qua cerebrũ diluit / utcũq; uitio cerebri uterq; morbus prouenit: in lethargo altus sopor / in phreniti iuges uigiliæ cum demẽtia / Plinius.xxvIII. Lethargicos excitat asini Lichen naribus illitus ex aceto: &.xxvI. Lethargicos excitari labor est: hoc prestat Euphorbiũ ut perhibent ex aceto / naribus tactis Peucedani succo:

Nyctalopes

L uscitio & græcis Nyctalopia idẽ morbus uitiũq; in oculis unde Luscitiosi & aliis Lusciosi qui Nyctalopes Plinius.xxvIII. Sãguine hirci sanari Lusciosos putãt: Nyctalopas appellãt græci: Idẽ octauo de capris / tradũt & noctu nõ minus cernere q̃ interdiu: & ideo caprinũ Iecur si uescatur restituit uespertinã aciem iis quos Nyctalopas uocãt nam Luscitionẽ quidã putant cũ interdiu uidemus / occidẽte sole exiliter / noctu nihil: alii inter quos

Nuscitiosi

Vlpianus. xxI. ff. titulo de ædil. edict. cũ neq; matutino tempore neq; uespertino cernimus: Festus Nuscitiosos uocat qui parũ uident propter uitiũ oculorum / quiq; plus uidẽt uesperi q̃ meridie: nyctalopias nãq; sunt qui

Nyctalopii

Nuscitiones appellẽt: & dici cũ quis lumine illato nihil uidet: hinc ipse in tanta uarietate hisdem pedibus uado in sentẽtiam in quam iam diu iueram: Noctua uero Felis & Hyena ut scribit Aphrodisæus interdiu nihil noctu exacte cernunt:

L entigies subruffæ & nigræ lẽtis effigie faciẽ dehonestãt Pli.xx. de elaterio Lẽtigines & maculas e facie tollit in sole illitũ / nam lẽticulæ alia quoq; parte corporis nascũtur quas curare pene ineptiæ sunt: Sed eripi tamen fœminis cura sui cultus nõ potest / Lẽticula quoq; uasis genus Cor. Celsus.II. quin etiam calido oleo implẽtur Vtri

Vtriculi

culi & in uasa fictilia ad similitudinẽ quas lẽticulas uocant aqua coniicitur: Plinius. xvIII. de lente duo genera

eius in ægypto alterum rotũdius nigriusq; alterum sua figura: unde uario usu trãslatum in lẽticulas nomen:

L ienteria lenitas intestinoꝝ cum cibus ĩcoctus emittitur aut intestinoꝝ ipsorum uitio aut ex imbecillitate uirtutis eius quæ alimẽta cõtinere dicitur/ Cor Celsus.iiii. Intestinorum lenitas oritur quæ cõtinere nihil possunt/& quicquid assumptũ est imperfectũ protinus reddũt: Vnde Liẽterici quos alii liẽterosos uocauere/& ab aluo cita resoluta fusaq; Aluini quoq; dicũtur: aluũ autẽ astringũt Sorba/magisq; ea quæ Tormialia uocant: Vñ nomẽ: Diariã medici cũ meri humores egerunt appellãt: Lienterosi Diaria

L ucini paruis suillis & fere soricinis oculis: Plinius.xi. quis parui utrinq; ocelli Lucini iniuriæ cognomen habuere:

L umbago lumboꝝ imbecillitas dolor & uitium Sereno: Ischian uocant nõnulli: ego uero potius Ixyan crediderim quãdo Lumbus ἰξυς dicitur græcis: Lumbifragiũ a lumbis Plauto ut crurifragiũ Apuleio/ Si me irritasis inquit in Amphit. hodie lumbrifragium hinc auferes: Lumbare quoq; uestis a lumbis dictum: Ischia Lumbifagiũ

L agophthalmos a lepoꝝ ut opinor oculis cum dormiũt apertis uitiũ est superioris palpebræ nimiũ excisa cute in curatione pilorum in palpebris/aliaq; etiamnũ causa quibus fit ut oculus nõ contegatur: In quo si nimium palpebræ deest/nulla id restituere curatio potest ut scripsit Cor. Celsus libro. vii. etiam si in pluribus codicibus scriptum est Glaucophthalmos: Glaucophthalmos

L uxata membra suis locis mota & soluta quæ græci (ut diximus) Strẽmata uocãt Cor. Celsus libro ultimo moueri ossa suis sedibus scribit modo cũ dehiscũt quæ iũcta sunt inter se/ut cũ latum scapulaꝝ os ab humero recedit/ut in brachio radius a cubito/ut in crure tibia a sura/ Interdũ a saltu ut calcis os a talo/quod tamen raro inquit fit: Interdum articuli suis sedibus excidũt: Stremata

L atria seruitus/ut Δουλια Vnde Theologis nostris cõpositum nomen est hiperdulia/ inter quas discrimen faciunt: Hiperdulia

L ararium a laribus domi sacellũ in quo ãĩas sanctiores ue nerabãtur;Lares e uita functis boni meriti fieri:Lemures & laruas mali meriti Plotinus Marcianus Capella Au/ gustinus & alii uoluerunt:ut sint fere illi Eudæmones.ii. uero Cacodæmones:Lares dii familiares ex Mercurio & Lare nymph a genitos tradunt/easdemq; Genios uo/ cant:& Deam Maniam larum matrem/de qua Macro/ bius Amiciebantur lares caninis pellibus/ & canes uigi/ lãcia animalia ad pedes habebant eisdem & porcosa/ cere cõsueuerant maiores : Larem domum dici non est qui nesciat Apuleius relicta patria & lare ultroneum exi lium amplexus / Est & focus larium Plinio.xxviii. quo familia cõuenit:unde focolare neotericis:

Endemones
Cacodæmo/
nes
Dea mania

L umariæ falces quis ut. M. Varro scribit secant lumecta sentes & spinas in agris.Vnde a lumetis secandis nomẽ inditum/ut serpiculis putatoriis a serpando id est alligã/ do:Sunt & messoriæ falces & fœnariæ: in cõmuni a se/ cando seculæ ueteribus nominatæ:

Fœnariæ fal
ces

L epis squãma/unde Lepidochalcon æris squãmam græ/ ci uocãt ad multa medicamenta utilissimã:est aũt squã/ mæris Plinio.xxxiiii. decussa ui clauis/in quos panes ærei feruminant:squãma excutitur ictibus iisdem pani/ bus/flos æris cadit spõte:est & alterũ genus squãmæ sub tilius ex summa silicet lanugine decessum quod uocant Stomoma/meminit & Celsus lib.vi.

Lepidochal/
con

L ithotomos sector calculi lapidis : quod cognomen fuit Hãmonii medici:Cor.Celsus.vii.Calculus maior si appa reat ut extrahi nõ possit nisi rupta ceruice uesicæ fendẽ dus est cuius repertor Hammonius ob id Lithotomos cognominatus est:

Hãmonii me
dici cognomẽ

L abardas barbaro noĩe nõ tñ temere posito nec aspna/ bili secures bellicas uocãt quasi Labradas:qñ λαβρυς ly dorũ lingua securis dicitur/ Vnde Labradea Iouem i ca/ ria appellauere manu securim tenentem:ab Arselide ui/ cto candaule lydorũ rege impositã/quam ferũt Herculis superata Hippolyta amazone fuisse & Omphale dono

Labradæ

datam quam postea lydorum regis per manus accepe/
runt erit ergo nobis Labardifer qui λαβρεχλιων:

L arix arbor nota nõ nisi accolis circa ripas Padi/& litto/
ra adriatici maris: ĩnata amaritate cariem nõ sentit nec
tineas admittit:flãmam ab igne non recipit Diuus Cæ/
sar Larigni castelli circa alpes turrim comburere nõ po
tuit quæ erat e Larice ĩquit Vitruuius:ideo castellum id
larignum materies larigna appellata tunc primum co/
gnita cuius tabulæ ĩ subgrũdiis incẽdiorum traiectiões
prohibent/Folia arbor pino similia habet quæ nõ deci/
dunt ueluti Oleæ Lauro/Palmæ/myrto/cupresso/pinis/ Arbores q̃rũ folia nõ deci dunt
hederæ rhododẽdro/abieti/pinastro/Iunipero Cedro/
Terebintho Buxo ilici aquifolie suberi/Taxo/ Tamari/
ci: Eidem materies prolixa & tractabilis ad intestinum
opus/non minus q̃ sappinea: Larix & abies omnium
arborum altissimæ & rectissimæ:

L ancula parua lanx Vitruuio in mẽtione trutinarum:

L essum lamẽtationem eiulatum flebilem in funere dixit
antiquitas auctor. M Cicero. Lælio interprete & si uestis
lugubris genus quidã crediderint.in plautia Truculẽto Cic.locus
legimus Theus quoq; etiã lamẽtãdo lessum fecit filio:

L ycopadas equos græci dicũt qui a luporum morsu effu
gerint:hos generosos & optimos haberi iam diu est re/ Equi nobiles
ceptum:

L ithargyrium spumam argẽti uocãt:genera habet Erhy
sitin ex ipsa uena Argyritin ex argẽto/ Molibditin p.ũ/
bi ipsius fusura/& inde nomen:Distat a scoria quo spu/
ma inquit Plinius. xxxiii. potest a fece distare: Spuma Scoria
purgãtis se materiæ ut scoria purgatæ uitiũ est.

L otos arbor africæ peculiaris ũde Lotophagi:Italiæ quo
q; non ignota fructu magnitudine fabæ/croceo colore
Ligno colos niger ad tibias expetito Plinius.xvi. Lotos
siue faba græca quã romæ a suauitate fructus siluestris
quidem/sed cerasorum pene natura loton appellãt:mi/
rum est profecto eius ramẽtis esse nihil amarius/fructu/
q; dulcius:Est eodem nomine & herba similis fabæ cau

le/foliisq; densa congerie stippatis: idem.xiii. Loton dicunt folia cum sole oriente explicare quæ noctu contraxerat:

L apsana siluestrium brassicarum una hirsutis foliis/ Sinapi non dissimilis nisi flore candidior esset / cocta in cibo aluum leniter emollit:

Rumex
Oxylapaton
Hippolapatō
Bulapathon

L apathum & Lapathium rumex longa & uiuaci radice etiam effossa / Oxylapathon acuti oribus foliis & Rubrioribus nostri nunc herbarii ut audio acetosam uocant/est & Hydrolapathon in aqua nascens / hippolapathon/& Bulapathon de quibus Plinius.xx.

L orus & lorum: ut Corium & Corius dicetur: Apuleio Lorus uerberādæ mulieri destinatur Corii bubuli Plauto in pænulo: a loro lorarii in fabulis uel scenicisq; uinciebant pletebantq; loris quos erant iussi: Veluti fere & q Brutiani dicti a Brutiis propter defectionum omniū primam ad pœnos bello punico secūdo ignominia notatis/de quibus Festus. A.Gellius in.viii.& alii: Est & lorum in libertinis ut bulla in pueris ingenuis: ut diximus ex Plinio: Macrobius Saturnal. primo Ex quo concessum ut libertinorum quoq; filii qui ex iusta duntaxat matre familias nati fuissent togam pretextam & lorū in collo pro bullæ decore gestarent: Nunc ipsi uidemus loros curros collo passim ad ornatum gestari:

Brutii

Curri

L ysimachia herba uulgo ut rentur aliqui Corneola/qua utuntur infectores ad colorem uiridem panis superinducēdum/ a Lysimacho inuētore nomen retinet ut scribit Plinius. xxv.&. xxvi. Capillum inquit Lysimachia flauum facit denigrat hypicon:

Hipicon



Edianum Vitruuius pro medio intelli gi uult: qui medianas partes in domo uocat quæ a græcis Mesa: & columnas medianas quæ ab angularibus crassioribus distinguerentur:est eidem & mediana testudo/unde mediani parietes intermedii domum diuidentes: Intermedii

M eniana Romæ olim i foro dicta ut.M.Varro tradit: ab eorũ inuẽtore Menio qui primus ultra colũnas extẽdit tigna quo amplarẽtur superiora auctore Festo: & iã diximus/a quo & colũna Menia ad quã serui & fures alligabãtur.Pedianus.M.Cicero in academicis & Plinius: Menias

M altha dicitur a græcis inquit Festus pix cũ cæra mixta At Plinio.xxxi. calcis recentis gleba ad maltham uino restinguitur:tunditur mox cum adipe suillo & ficu duplici liniamẽto / hæc tenacissima duritiã gypsi lapidisq; antecedit / quod malthabatur oleo ante perficiebatur: nostris cemẽtariis calx est diluta in mortariis macerata ad tectoria ad structuras cũ arena aptissima Et libro.ii. In Comagene refert stagnum esse emittentem limum Malthã quã uocãt flagrantẽ: & solidis adherentẽ: Malthas Noni⁹ scribit ueteres appellasse molles/quasi malthacos: Vnde Malthinus Horatio:est & græcis μαλακον nõ Malaciũ palliũ molle/& effæminatorũ mollicinum Plautus in Bacchidibus Pistoclerus pro galea scaphiũ pro insigni sit corolla plectilis/pro hasta talus/ pro lorica malacum capiam pallium: & μαλακια mollities languida inde & Malachen genus maluæ ab emolliendo aluo ut diximus a qua ut uolunt Molochinũ in uestibus a colore floris maluæ ut tradit Nonius quasi malachinum a quo molochinarii Plauto in aulularia: Malthinus Malachen

M ateriarii Plauto fabri lignarii a materia quæ ligna ipsa significat fabricis apta: Plinio Vitruuio innumeris unde materiata domus.M.Ciceroni.iii.off. Fabricã materiarum inuenit Dædalus cedit' autẽ materia cõmodissime a.xx.luna.in.xxx.Sed inter oẽs cõuenit utilissime sterni Fabri lignea

in coitu lunæ prius tamen arbore circũcisa ad medullã & relicta i id tempus ut omnis humor ſtanti defluat:

Maſtigopho ros

Maſtix flagellum unde maſtigiæ uerberones Bucedæ fla grioneſ ulmitribæ ſcapulares ſerui i comœdiis Moro maſtix fatuoꝶ flagellũ: Maſtigophoros flagellifer: quo nomine Sophoclis aiax comœdia in qua inducitur fla gellis boues cedens dum credit mugire Vlyxem & aga mẽnona ob furorem quo agitabatur: Et Diamaſtigo ſis di flagellatio qualis ſpartæ fiebat quotãnis: auctore Plutarcho in Apophthegmatis ad aram Dianæ pueri uerbera patienter tolerabant etiam ad mortem uſq; hic Vomonices dicti in ara cõtẽdentes βωμοσ ara νεικεω contendo νειμκ contentio Maſtiche uero Plinio Dio ſcoridi & aliis: lachryma & gutta ſudãs e lentiſco arbo re gummi modo unde maſtichinus ea eiicit reſoluit & intendit:

Vomònices Maſtiche

Mucidus qui mucorem contraxit: unde mucida panis fru ſta Iuuenali nam muccoſus a mucco:

Monoxylum ex unico & ſolido ligno excauato nauigio lum alueumq; dicemus Plinius. xvi. Germaniæ inquit predones ſingulis arboribus cauatis nauigant quarum quedam & .xxx. homines ferunt:

Germaniæ Predones

Myxæ inter prunoꝶ genera quæ e ſyria nunc cœpere in quit plinius. xv. Romæ naſci: inſitæ ſorbis primo qdem ſimiles niſi minores eſſent ex quibus in ægypto & uina faciunt: Myxa humor fluens e naribus ut muccus & & mala pituita naſi: Hippocrates myxã dicebat quam attici ut tradit Pollux Coryzam: Myxon græcis dicitur qui noſtris muccoſus:

Coriza

Mellitourgos Varro in re ruſtica mellarios interpretatur q exercent mellaria curã apium habentes Neoptolomi li ber inſcriptus mellitourgia Meliſſonas græci mellaria & apiaria noſtri appellant nam meliſſa apis græce dicta a nomine nymphæ quæ in peloponeſſo forte nacta fauũ guſtauit & ſuauitatem admirata aliis ut ederent porre xit oſtenditq; quo pacto in poculis aquam melle dilue:

Mellarii Meliſſa

rent:quæ Mulsa appellata alsiosis cũ fiet & micro psy/ chis de mulso uino iã diximus/Sed uide an Ioleb quod uocant medici mulsum recte appellari possit quãdo ex melle harundinis & aqua rosacea decoquatur: Iolebet

Monoceros equino corpore animal est capite cerui/horrẽ do mugitu/ unico cornu frontem armatus: unde a no/ stris unicornis est appellatus: hunc ferunt amore uirgi/ num & odore capi: Vnicornis

Melis animal infestum alueariis unde nomen (ut uolunt) quoniam mel appetit/Taxum(ut audio) uernaculi uo/ cant/Plinius.viii. alia solertia in metu melibus/ suf flata cutæ distentæ ictus hominum & morsus canum arcent Ab hoc melium sunt qui uelint dictum collare canum: quod ex eius pelle fieret. M. Varro rei rust.secundo de canibus Ne uulnerentur a bestiis imponuntur his colla ria quæ uocant melium: id est cingulum circa collum ex corio firmo cum clauis capitatis/At Festus Millus in quit collare canum uenaticorum factum ex corio con/ fixumq; clauis ferreis eminentibus aduersus impetum lupoꝝ Scipio Aemilianus ad populum: Vobis reiq; pu/ blicæ auxilio eritis quasi Millus cani: Taxus aĩal Melium Millus

Mimi imitatores a quibus Pãtomimi & Archimimus.Sue tonio/dicuntur & poemata lasciuia/unde mimographi qualis laberius & mimiiambi a genere carminis / Plini⁹ Cæcilius epistolarum.vi. Scripsit mimiiambos tenuiter inquit argute / uenuste atq; in hoc genere eloquentissi/ me/ Mimũ & planipedem Diomedes eumdem esse uo luit: Planipes a plano id est nudo pedo Festo mimorum autem græcis plurimæ sunt species Hilarodes qui & si/ modos ab auctore Simo:lasciui delicati & carminis can tor magodos a quo paꝝ differt lysiodos/ Soradicus q & Ionicus & Cynædologus appellatur:est & Dicelista: sunt & Ithyphalli ebriorum specie redimiti manulea/ tiq;. Pantomimi apud priscos saltatoresq; Cinedi appel/ lati de quo Nonius: Plautus ĩ milite Tum ad saltãdum non Cinædus magis usq̃ saltat q̃ ego: Planipes

Mustum

M ustacea mustaceiq; a musto libi genus in nuptiis maxi- me apponi solitum Iuuenali Catoni Athengo/Palladio & aliis/mustum uinum nouum sciunt omnes hinc mu- steus recens nouus / & dulcis quoq; appellatur/ Cecilio musteus liber/Martiali musteus petaso Columellæ mu steus fructus:

Misantopos

Misagatos

M isogyneia odium in mulieres Ciceroni Tusc .quest .iiii. μισοσ odium : Misanthropos osor hominum qualis Timon qui inhospitalis dictus est ab atheniensibus / nõ autem philosophus ille amarulentus & mordacissimus Sillographus/Silli enim dicacitates & sales dicti de quo Gellius : Misagathus osor bonorum Misodemus osor plebis minime popularis Misothecni osores artiũ/ Phi- lothecni uero dilectores/& Gynæcophili mulierosi:

Sinopis

Parethonium

M elinum a melo insula ꝓ candido accipitur Plinius xxxv de coloribus natiuis & factitiis Nascuntur inquit Sino- pis Rubrica/Parethonium/melinum/eretria/auripigmẽ tum cæteri finguntur Melinum candidum est optimũ in melo insula : in samo quoq; nascitur sed eo pictores non utuntur propter pinguedinem/in medicina eũdem usum habet/quem Eretria creta / pilos ditrahit & miti- gat / Plautina scapha ancilla in mostellaria Philematio mulieri non istam ætatem inquit oportet pigmentum ullum attingere/neq; cerussam neq; melinum/ neq; aliã ullam officiam: Vitruuius libro.vii.in mentione colorũ Parethonium ex ipsis locis unde foditur nomen habet (hoc ipsum & candidum est) eadem ratione melinum/ quod eius uis metalli insulæ Cycladi melo dicitur esse: At in floribus melinus color lutrũ significare uidetur ex Plinio & Dioscoride:

Torques

M urenulæ Diuo Hieronymo ad marcellam sunt orna- menta & carnulæ ex auro ut plurimum contextæ quo- dam ordine flexuoso/ fere ut torques/inter monilia un- de canticorum primo Murenulas aureas faciemus tibi uermiculatas argẽto mõilia ipsa fiũt nũc e succino nũc e margaritis modo e Corallis e gẽmisq; sed hæc rariora;

Mitellæ a mitra fœminea sunt ornamenta caput tegentia cum ridimiculis/unde i Idilio Maronis Copa Syrica caput graia redimita mitella/& in Aeneid. Habent redimicula mitræ/Apuleius mitellaqꝫ textili contecto capite A mitra pendebat buccaꝝ tegmen/ut nunc a mitellis fœmineis i gallia/Seruius mitram & calanticam de qua in superioribus/eamdem putauit/At mitra sol persis nominatꝰ auctor Strabo / Inde mutriaca Lampridio i uita cõmodi Antonini sacra Olisiridis qui sol est macrobio & aliis / ac mitrax gemma multicolor contra solem uarie refulgens Plinio.xxxvii. Mitræ Calantina

Mundus muliebris ornatus : eo continentur quæcũqꝫ ad ornatum mulieris pertinent/uestes/anuli/gẽmæ/specula dentifricia/unguenta/ & alia / Vlpiano autem mundus muliebris est quo mundior fit mulier/Est & mũdus nuptialis ornatus nouæ maritæ / ut Celibaris hasta / flamineum luteum Corolla/Tunica recta/ Toga pura/ flamineum Ciniugulum zonaue/& anulus ferreus sine gemma qualem Prometheo primum dederunt poetæ quo mundo ornata noua nupta/captisqꝫ iam auspiciis/ac sacris Iunoni Iugæ unxiæ cinxiæqꝫ peractis & porco uetere æthruscoꝝ ritu nõ sine auspice ab utrisqꝫ ĩmolato/e gremio nostris aut si ea non erat ꝓximæ necessitudinis rapi simulabatꝰ cũ ad uirũ erat itura:aderant presto tres puelli patrimes& matrimes/unus qui facẽ præferret ex spina alba quia noctu nubebãt/duo qui nubẽtem tenerent:Farreum præferrebant/Cumeráqꝫ opertam in qua essent spõsæ utensilia/Sed & Colum quoqꝫ lana comptam & fusum cũ stamĩe. Pronubæ monogamæ comites dabãtur:Iugũ in uico Iugario cõstitutũ ambo subibãt:Ipsa noui mariti domũ ingressura postes lanis tãgebat & adipe suillo lupĩoue iniũgebat : & statim sublatã intro ferebãt ne limen attingeret iubẽtes illã dicere/ ubi tu Caius/ego caia:atqꝫ aquis inspergebãt/ qui tũ aderãt utriusqꝫ amici facem qua prelucente deducta fuerat diripiebant / ne aut uxor sub lecto uiri clam nocte pone/ Dentifricia Celibaris hasta Camera Mos nubẽtiũ

ret/aut comburendā uir in sepulchro curargi/quo utro/ q; mors propinqua alterius captari putabatur: Faces quinq; Cæriorum nomine accendebantur:noua nupta aquam & ignem tāgebat/Tallassii nomen(ut apud græcos Hymenei) frequētauerūt epulæ nuptiales dispone/bantur cōuiuio magis iucundo q̄ profusso/Bulbos spō sis cū nucleis pineis aut erucæ succo & Pipere ad usum ueneris apponebāt/Mustacea passim inferebātur/odo/ribus adolebātur omnia/omnia floribus frōdibus peri/stromatis renidebāt: ad citharam fescenninos uersus/la/sciuiora/& dulcia cōcinebant:Choreæ saltationes duce bantur:In thalamo decēter ornato ingressis nouis ma/ritis nuces iuglandes spargebātur: ipsi uero in lecto ge/niali illo splēdide munditerq; strato prima illa nocte in tenebris Veneria lucta exercebātur non sine titillātibus morsiunculis: & occursantis linguæ illisu nectareo:aliis autem cū lubebat noctibus ad cubicularem lucernam ī lam cōsciam Plutarchus/Festus/M. Varro/ Plinius & alii:Est tamen uxor ad lasiuiorē uoluptatem nō haben da hinc Aelius Verus uxori cōquerēti de extraneis uo/luptatibus dixisse ferť/Patere me per alias exercere cu/piditates meas: Vxor enim dignitatis nomen est non uoluptatis:etiam si Martialis tetricam uxorem moneat hoc uersiculo:Lucretia toto/Sis licet usq; die Thayda/nocte uolo:

Nuptiaꝝ ritus

Multicia uestes subtilissimæ corpus in umbrātes potiusq̄ tegētes/ut Ralla fere uestis a raritate & phanotis trāslu ces de quibus satyrographus poeta nō semel: legimus & in uita Cæsaris Valeriani scripsisse eū prefecto ærarii daret Aureliano consuli designato Tunicas multicias uiriles decem: Lineas ægyptias .xx. Mantelia Cypria paria duo/ Tapetia afra. decem stracula maura decem & alia:

Ralla

Monocores uestes apud uopiscū ī Aureliano Cæs.diceń semel tinctæ saturatæq; purpura/q̄si ἁπαξ βαφαί nō dibaphæ/ ubi tñ Hermolaus Monochroas legebat ut

Dichroas & Trichroas & Pētachroas ab uno duobus tribus & quinq; coloribus:est & ιδιοχροον sui coloris ipsius Vopisci uerba sunt Paragaudas uestes ipse prim⁹ militibus dedit/cum ante non nisi rectii purpureis accepissent & quidem aliis monocores aliis dicores / Tricores aliis & usq; ad pentacores: quales hodie lineæ sunt: ευχροον boni coloris: Paragaudæ uestes

M antelis penulæ genus ut uolebat Hermolaus quē græci Mandyam quoq; uocant & eo ueluti se lorica muniunt/suidas/ μανδοασ ειδοσ ιματιου ιστερ και λαιτται λωριμιον ut uestis sit species quæ & Loricum Plinius.vii.Mantelis meminit/etiam si scriptum est baltelibus Plautus in captiuis Mantellū uocat & pro uelamento tegmento operimentoq; posuit: Nec subdolis mendaciis mihi usq̄ mantelū est meis/Nec Sycophātiis:nec fucis ullū mantelum obuiā est:Mantelia & mātilia inter mappas habentur/a manibus tergendis ut iā dictum est:unde græcis κειρομαυτον mātile/nā manibus aquam dabāt ueteres cōuiuis discōbituris ut apud Vergilium Aeneid. & Plautū in persa & a cœna quoq; manus lauabantur/Spartianus ī heliogabalo illudente parasitis Cum tantum biberēt per singula fercula & manus quasi comedissent lauarent. Mantilia Cæromauton

M acrochetæ tunicæ a lōgis manicis quæ māuleatæ Plautinus Pseudolus manuleatam habere tunicam decet/dicentur & Cheridotæ:

M etoposcopi appellantur qui ex oris frontisq; liniamētis obseruatis/mores hoīum & quæ illis euentura sunt predicere solent:Plinius.xxxv.quēdam ex facie hoīum adiuinantem quos Metoposcopos uocant μετωπον frons σκοπος Speculator obseruator: unde Episcopi Iurecōsultis qui p̄sunt panis & cæteris uenalibus rebus quæ ciuitatum populis quotidianū uictū usui iungunt: Episcopi

M ania furor & insania uñ medicis maniaci: maior est tñ (ut dicitur)furor q̄ īsania/Maniam eadem fere & melācholiam sunt qui uelint;de quibus noībus.M.Cicero in

Tusc.quest. Feculentia aũt sanguinis ut scribit Galenus lienem nutrit ex cuius quisquiliis idigestis & eiectis redũdat humor alius qui melancholia appellatur igeniosos faciens auctore Cicerone & Arist.quales(ut ferunt)Empedocles/Socrates/Plato & quicũq; in poesi/in administranda rep.i exercendis artibus claruerũt:de illa Gellius xvii.nõ paruis nec abiectis iquit igeniis accidit:Sed affectio fere est heroica: Mania dæmonũ mater quos lares antiqui dixerũt Macrobius auctor/ At Festus sunt iquit qui Maniam laruaꝝ matrem auiamue putant: Manias aũt quas nutrices minitant̃ pueris paruulis esse laruas id est manes/quos deos deasq; putabãt quosq; ab iferis ad superos emanare crediderũt:Fuere & maniæ turpes personæ deformesq; figuræ/quas alii Maniolas uocant:

Lares

Mania

Laruæ

Morphea ægritudo nõ sine tumore colorem mutãs:Morpheus unus e somni filiis a forma/quã in somniis exprimit nõiatus/ artifex & simulator figuræ ut inqt Ouidi9 Exprimit incessus uultũq; sonumq; loquendi & uestes: μορφη/forma/μορφωσις formatio:

Morpheus

Morphe

Myopiæ muꝝ ut diximus cauernulæ/ stercus Muscerdæ Festo/ut sucerdæ suum:Plinius.xxviii. Murinum fimũ quod Varro muscerdas appellat alopetias replet; Myosotis herba muris auricula:

Sucerdæ

Mydriasim i oculis dicũt cũ pupula quidẽ ipsa colorẽ nõ/ mutat/Sed effundit̃ & dilatatur interim ut uisum oẽm adimat interim ut partem : res uero ipsæ minores q̃ sint appareant:E contrario in phthisi maiores:nã & pupula cõtrahitur corrugat̃q;: hẽtur & oculoꝝ ibecillitas qua iterdiu quidẽ uident:p noctes:nihil ut tradit Celsus:Sũt & iter oculoꝝ uitia quæ a medicis Sycomata appellãt̃ est i eis Paralysis q̃ resolutio alteꝝ modo/interdũ utꝝq; occupãs ex morbo comitiali / ex ictu/ ex distẽtione neruoꝝ:ut intendi non possint/nec oĩo cõsistant sed huc & illuc sine ratione moueantur ideoq; rerum prospectum non præstent:

Phthisis

Paralysis

Melaniæ a medicis uocantur quas nostri nigritias dicunt

Nigritiæ

Plinius.xxiiii.de platano/ Melanias quoq; ueteres addito melle emẽdat: quo loco melãdrias expunxit Hermolaus μελασ niger μελανια nigrities nigredoue/ ũde Melanchleni ab atra ueste/ Melancholia/ Melãcoriphus Melanthion nigella quæ Git & eandem & a nigro semine Melaspermon uocant: Mesas

Mentagra lichen: Plinius.xxvi. Grauissimũ ex his morbũ lichenas appellauere græco noĩe: latine qm̃ a mento fere oriebatur ioculari primũ lasciuia (ut est procax natura multorũ ĩ alienis miseriis) mox & usurpato uocabulo Mentagram occupantẽ multis & intuitus/ totosq; utiq; uultus/ oculis tantum ĩmunibus: descendentẽ uero & in colla pectusq; ac manus fœdo cutis furfure: non fuerat hæc lues apud maiores patresq; nostros: & primũ Tiberii Claudii Cæs. principatu medio/ irrepsit ĩ Italia/ quodã Persino equite Ro. quæstorio scriba cum in Asia apparuisset inde contagionem eius importante: Liches

Malatia stomachi debilitas mollities: & in grauidis præcipue Plinius.xxiii. Horũ semen edendũ precipiunt ĩ malatia p̃gnantibus/ sed & tranquilitatẽ in mari malatiam uocant: quæ Pellacia Lucretio subdola cum ridet placidi pellacia ponti: a pellicẽdo idest inuitãdo trahendoq;: ut Maroni pellax Vlyxes: Pellacia Pellax

Mola quæ a græcis Myla/ durities fœminis in uentre tumorem inducens Plinius.vii. Inde unius utero quas appellauerunt molas/ Ea est caro informis inanima/ ferri ictum & aciem respuens mouetur: sistitq; menses: & ut partus alias lœtalis/ alias una senescens/ aliquando aluo citatior excidẽs: Aristoteles etiam si græce.iiii.de generatione accidit mulieribus ut cũ concubuerint & se cõcepisse putent tumorẽ præ se ferente uentre pariant carnẽ quam Molam uocant: Item cũ ex humore crudo cõceptus stetit tunc mola gignitur: idq; in mulieribus merito aut solis aut maxime: Festo Molucrũ tumor est uentris qui etiam uirginibus incidere solet. Affranius uirgini tã crescit uterus quã grauidæ mulieri molucrum uocatur Myla Molucrum

inquit transitus sine doloribus: Sed & moluctrũ dicitur quo molæ uertuntur:harum aliæ aquariæ:aliæ manuariæ iumentariæq; sunt Pomponio libro xxxiii.digest.& Paulo meta inferior Catillus superior appellatur titulo de fund.instructo:

Myrmix
Formicatiões

M yrmiciæ uertucæ sunt Cor.Celso libro.v.Lupini magnitudine quæ missis altius radicibus formicæ modo non sine dolore pungũtur:Vnde nomen : Myrmix formica hinc a latinis forsitan formicationes Informicatiões fue sunt : Et Myrmecias gemma Plinio. xxxvii.nigra eminentias habẽs uerrucis similes:

M orticini claui ut & alii in pedibus nascuntur sic dicti q; his caro fere morticina mortualisue Plinius.xxii.de Lasere Claues inquit pedum qui uulgo morticini appellãtur mixto nitro:

Cerion

M eliceria Melicerisq; Tuberculum & abscessus est ut ait Pollux mellis crassitudine in cubitis & genibus aliisq; interdum partibus ac in ore ipso/Nam genus illud meliceriæ quod furũculo simile raro nasci Cor. Celsus libro quinto scribit nisi in scapulis Cerion fauusq; dicitur proprie de quo supra:Meliceria autem sit ipsi Celso alterum genus minus super carnem eminens / aurum lutum subuiride/subpallidum magis exulceratum/Si quidem ad singulorum pilorum radides foramia sunt per quæ fertur humor glutinosus subpallidus crassitudinẽ mellis aut uisci referens interdum olei: Si inciditur uiridis intra caro apparet:dolor & inflãmatio ingens adeo ut acutam interdum febrem suscitet / utcũq; meliceriæ nomine utrũq; genus Celso comprehenditur:cui libro. vii. & meliceris in capite habetur sic dicta quoniam in ea humor liquidior melli similis ĩcluditur / nec pressum renititur sed circunfluit/ut id quod Gangilion siue Ganglion uocant in eadem parte ut diximus:

Gangilion

Alphos

M elas uitiliginis species:& eius quidem quæ Alphos uocatur & modo nigra modo candida est/ut iam dictum ex Celso/Plinius.xxi. de narcisso / Nigras ĩquit uitiligi

nes emaculat:

M arcor inexpugnabile quoddam somni desiderium: cu/ ius sunt Caros qui sopor Plinio non sine grauitate capi tis/ Lethargus a frigida materia somnifica ut diximus: Nothrotes torpa & fere ueternus νωθρος segnis/moro ses uero & memoriam tollit/& rationis usum intercipit: quam subetiam medici recentiores ut opinor appellát: — Letargus — Nothrotes — Subetia

M anubias pecuniam e uendita preda uocant/quo nomi/ ne corpora rerum bello captarum continentur: de his Cicero Asconius .A. Gellius & alii:Manubiæ quoq; ia/ ctus fulminum dicuntur Senecæ Porphirioni cæteris primæ manubiæ fulmen pacatū dici audio quod mo/ net Iouis emissum consilio: — Ictꝰ fulminū

M atrocola maiores & longiores chartæ a lōgitudine no mine imposito quas nostri(ut reor) Regias uocant Nā & Catullus regiam chartam dixit: ab eodem fonte ui/ dentur & quæ Protocola Notarii & formularii appel/ lant μακρος longus:Inde Macronthicus longus mu/ tus/Macrobius/innumera: — Protocola

M ustricola est machinula ex regulis in qua calceus nouus suitur auctore Festo: Affranius Mustricolam in dentes impingam tibi: — Mustricola

M amphur Festo appellatur loro circunuolutū mediocris longitudinis lignum rotūdum quod circūagunt fabri materiarii siue potius Tornarii in operibus tornandis: Tornum ipsum Theodorus Samius inuenit: — Tornarii

M arræ ferrea rusticorum & olitorum instrumenta: Colu/ mella Contundat Marra/uel fracti dente ligonis:

M attiacæ pilæ saponis dicuntur Epigrāmatorio poetæ a Mattiaco germaniæ de quo Ptolomæus:Et Plini.xxxi. Sūt inquit & Mattiaci in germania fontes calidi trans Rhenum/Et de sapone.xxviii.Strumis prodest & sapo gallorꝫ hoc inuētum rutilādis capillis & seuo & cinere: apud germanos maiore in usu uiris q̄ fœminis:nostros lixiuio calce oliuo sale & tartaro crusta e doliis uinariis cum deest Catinia saponem durare uidimus: — Sapo gallorꝫ inuentum

Magnes lapis appellatus ab inuentore ut auctor est Nicã/der:in Ida repertus/nam & passim inuenitur ut in hispa nia quoq; fertur autem eum inuenisse clauis crepidarũ & baculi cuspide cum arméta pasceret. Trahitur ab eo ferrum cuius duritia nihil pertinacius: Sideritis etiã dictus non aliam ob causam: quidam Heraclion appel/
Struthio
lant Plinius. XXXVI. σιδηρος ferrum: Vnde struthio auis / ferrum deuorans & concoquens σιδηροφαγος dicetur:

Mediastynus inter alia significata mediæ urbis incolam notat:αστυ urbs. Vnde cum.y. scribitur in alio significatu meminit/ Vlpianus titulo nau.caup.stab.libro.IIII. digest. Caupones inquit & stabularios æque eos accipiemus qui cauponã & stabulum exercent institoresue eorum cæterum si quis opera mediastini fungitur: non continebitur ut Atriarii & Focarii:

Mesenterium in mediis intestinis miro quodam naturæ artificio colocatum/a positu nomen sortitur:multis uenulis circunseptum est unde alimenta cordi Iecori pul/
Intestinum
moni & aliis ministrantur: εντερον intestinum: Vnde Enterocelæ:

Mesaulæ loca inter duas aulas media:Vnde nomen apud græcos(nostri Andronas uocant(nam hinc peristylia illinc Hospitalia habebant ad recipiendos hospites: quibus græci cum primis humaniter acceptis instruebant cubicula Triclinia & cum penu cellas ac primo die ad cœnam inuitabant:postero mittebant pullos oua olera
Xenia
poma reliquasq; res agrestes/quæ Xenia uocarunt: habebant secretam in his hospitalibus libertatem ut ostẽdit Apuleius & refert Vitruuius: Græci uero Andronas uocant Oecos/ubi conuiuia uirilia solent esse/q eo mulieres non accedant: qui oeci ad meridiem spectabant tam ampla magnitudine uti facile in eis/ Tricliniis quatuor stratis ministrationum ludorũq; operis locus posset esse spatiosus fiebant & alii oeci ad septentrionem ut Exedræ/uiridia uersus/& alii quoq; constituebantur

in quibus matres familias cum lanificiis habebāt sessio nem:

Merones Vitruuio molles quædam pilarum fere specie ad fistucato spissandum/ ad calcandum idoneæ dici ui/ dentur:Is de portubus & structuris in aqua faciendis li/ bro.v. Arcæ inquit duplices relatis tabulis & catenis col ligate in eo loco qui finitus erit constituantur: & inter destinatas creta meronibus ex ulua palustri factis cal/ cetur: nisi quis legere mauelit Peronibus ulua palustri fartis/ut ī Plinio.xxxvi. Peronibus harena plenis:etiam si non sit idem peronum & hic & illic usus/ sit hæc au/ tem ansa eruditis ad pensitandum:Pero calciamenti ge nus Iuuenali Vergilio & aliis:

Arcæ

Vitruuii locus

Pero

Muscarii claui capitati/ capite effigiem muscariorum & umbellarum imitante/ in quibus pendent semina qua/ rundam herbarum ut Marathri/Anisi/Aneti/ Siseris & Fœniculi marini quam Bacceam nostri uocant olitores urinæ locis mire conferentem: Vitruuius.vii.de cratitio rum parietum tectoriis Cum paries inquit totus luto in quinatus fuerit: tunc in eo opere cannæ clauis musca/ riis perpetuæ figantur:

Mateola Plinio decimo septimo & Catoni in re rustica genus est marculi: Si parum descendat marculo/inquit ille/aut mateola adigito/ cauetoq; ne librum scindas: Est & malleus atq; inde malleolus/quo nomine capita/ tus etiam utrinq; e duro surculus in uite/ seri idoneus/ non æque tamen ut uiuiradix quam græci Moscheu/ ma dicunt significatur: nam surculi qui sagittæ ex ea/ dem uocantur caput non habent sed intorti pangūtur: ut duo oculi extra terram emineant: hi in arborum sur/ culis proprie nominantur unde germinant atq; inde In oculator/& Inoculatio insitionis genus:de qua apud rei rust.scriptores:

Moscheuma

Monobibli græcis singulares libri quales habentur Mar/ tiani Iureconsulti: & Pauli sunt monobibli regularum:

Mactra arca in qua panis fit seruaturq;: A.Gel.xii Acco/

moda tu mactram uel si lubet arcam panariam ναρθηκον etiam græcis:

Monochromaton picturæ genus & singulis pigmentis & coloribus Picturam ægyptii a se inuentam cõtendunt In græcia alii apud Sicyonem alii a Corithiis repertam omnes ab umbra hominis lineis circũducta unde Sciographia atq; ita primam non aliam fuisse/secundam singulis coloribus & monochromaton appellatam ut refert Plinius.xxxv. Inuentam linearem dicunt a Philocle ægyptio uel Cleante corinthio/ ut cũq; Iliacis temporibus non fuisse picturam in ea colores pigmentorum recepti quæ in auri & argenti metallis nascnntur de quibus idem Plinius:

Nochromaton

Muriam nostri Parmenses aquam e salsis suis puteis haustam uocant quæ ĩ grandib⁹ patinis subdito igne fornacum modo excocta durescit in salem: Plinius.xxxi. de salis factitii generibus Galliæ inquit Germaniæq; ardentibus lignis aquam salsam infundunt: Hispaniæ quadam sui parte puteis hauriunt Muriam appellantes: nec fieri salem nisi admixtis dulcibus aquis & scribit ĩ.ii. De muria salsamentoꝶ diximus: a qua muriatica in Plautina Poenulo/ meminit & Martialis/Persius/Columella/ Et Plinius quoq; eo ipso libro xxxi. Quin & e Muria salsamentorum recoquitur: iterumq; consumpto liquore ad naturam suam redit: Murina caparis cum aceteo sorbere lienosis cõmodũ est ut scribit Celsus: Lacertos quoq; cum muria sua penu ligata contineri nec labro negauit ut Vlp. inquit libro.xxxiii. digest. Muratã uero potionẽ Murinam & Murinum uinum unguentis cõditum appellamus ἀπο του μυρου transeunte: ut sæpe y in u nostrum: Non dissimile est quod Hippocratium Galli nuper Italiæ monstrauere immixtis aromatibus:

Sal facticium

Ex capari muria

Myoctonos muria interfector ut diximus unde Pli.xxvii. de aconito Nec defuere q Myoctonon appellare mallẽt qm̃ procul e lõginquo odore mures necat: Aconitũ aũt nunc maternus sermo & medici Napellum uocant ue/

Napellum

nenorum omnium ocissimum: Folia habet Cyclamini aut Cucumeris nõ plura quatuor a radice leniter hirsuta: radicem paruam Gãmaro marino similem paulum incuruatam scorpionum modo/unde quidam Gãmaron & Scorpion appellauere alii Pardalianchen a pantheris quas eo necant: Nascitur in nudis cautibus quas Aconas uocant: & inde nomen nisi potius quia eã uim habet in morte/quam Cotes ad ferri aciem deterrendã Hanc uim prima Hecate Colchica inter uenandum deprælendisse dicitur/nam cum absq; pernitie prius ea herba esui esset Cerberi ad superos tracti(ut uolunt)spuma contacta ueneni noxam contraxit Aconæ

Mangones institores eos uocant qui exornant interpollantq; res/quo uendibiliores sint: ars ipsa Mangonium quãdoq; Plinio & mãgones uini ista inquit in apothecis excogitauere/ Iidem fere interpollatores rerum nouatores/interpollatio nouatio/& eidem Plinio Interpollium: & mancipia interpollata Iureconsultus fuco & lenocinio quasi nouata: Et Africanus de uerb.sig.lib.l.ff. Mercis appellatione homines nõ contineri Mella ait & ob eam rem/mãgones nõ mercatores sed uenaliciarios appellari & recte: hinc Vlpianus. xxi.libro.ff.titulo de edilitio edict. Quia igitur uenalitiarii inquit sciunt facile decurri ad nouitiorum emptionem Iccirco interpollant ueteratores/& pro nouitiis uendunt: Et uestimenta interpollata pro nouis empta legimus libro. xviii.ex labionis sentẽtia: titulo de contrahen.empt. Nonius Marcellus tractum uideri uult ab arte fullonia quæ poliẽdo diligenter uetera queq; quasi in nouam speciem mutat Plautinus sosia in Amphit. Illic me homo interpollabit osq; meum finget denuo: Et in mostellaria interpoles mulieres uocat mulier inquit recte olet ubi nihil olet/nam istæ ueteres quæ se unguentis unctitãt interpoles. Vetulæ: edentulæ/ quæ uitia corporis fuco occultant: Vbi se se sudor cum unguentis consociauit. illico Itidẽ olent: quasi cum una multa iura confundit coquus: Interpolium

Quid oleas nescias nisi ad unum male olere itelligas: in Mostellaria ãcilla Scapha Philematio petẽti purpurissũ Noua iquit pictura iterpollare uis opus lepidissimũ:

M ortaria ad usus plurimos nota sunt: significant & lacunas siue conceptacula etiam uernaculo sermone in quibus calx intritaue macerata subigitur & seruatur/ Plinius.xxxvi. Arenatum quod tectoriis inducturi sunt prius in mortario ligneis nuctibus subigunt:

M agire lances coquinariæ unde nomen Plinius. xxxiii. Tympana se iuuene appellata clemateras & lãces quas antiqui magiras ubi Hermolaus magidas legebat ꝙ de magide mẽs/uel instrumẽti coquinarii genere mentionem habeat Pollux Est & panis siue offæ genus quod magida uocãt græci. Tympana uero a forma una faciẽ plana altera rotunda:

Plinii locus

M useaca quæ uulgo opera dicimus/ Musiua Diuus Augustinus & Spartianus: Vnde Musiuarii opifices: alii Musea: Plinius.xxxvi. Nõ pretermittẽda est & pumicũ natura: Si quidem ita appellãtur quidam lapides erosi amne: In ædificiis Musea uocãt depẽdentia ad imaginẽ specus arte reddẽdam/quo loco/ saxa erosa annis Hermolaus castigabat: Museum dicatum musis: Amusos inelegãs/ a musis alienus/Amusoteros inelegãtior: & locum in quo musis uacamus animũq; disciplinis honestamus: Cecilius primo epist. Verum secretũq; Museon Plinius.xvi. nat. hist. Stagiris in museo populo alba: &. xxxvii. de gẽmis in triumpho Pompei Museũ ex margaritis in cuius fastigio horologium erat: Spartianus in Hadriano apud Alexandriam inquit in museo multas questiones professoribus proposuit & propositas ipse dissoluit:

Museum

Stagiris

M yactonos muscarum necator muscicida/qualis Centorius & olim Domitianus princeps quem ferunt inter initia principatus quotidie secretum sibi horariũ sumere solitũ/ nec quicq̃ amplius q̃ muscas captare ac stilo præacuto cõficere/ ut cuidam interrogãti esset ne quis

Musca

intus cum Cæsare/non absurde responsum sit/ a Vibio Crispo/ne musca quidem: Myias græci muscas uocant unde Myodes deus / cui olympiæ sacro certamine res diuina cum fieret statim tauro imolato nubes muscarũ extra territorium illud euolabãt: Et Myotis uestimenti in armenia genus a muscis intextis: Mya musa

Marga & Margos græcis quidam terre adeps ac ueluti glãdia i corporibus/ ibi dẽsante se pinguitudinis nucleo qua terra ipsa alitur ut scribit Plinius.xvii. Vnde capnu margos/omnis autem marga aratro inicienda est: Mergæ uero messorii instrumẽti genus Plauto / a quo merigites fasciculi spicarum Vergilio & aliis: Mergæ

Miliarium & Miliare a mille passibus lapide distinctis unde ad primum secũdum decimũ uigesimũ lapidẽ dicimus: est & miliariũ uas & miliariæ porticus de quibus scripsimus: Pomponi⁹ titulo de au.& arg.leg.lib.xxxiiii. digest. Si Cacabos argenteos habebat uel miliarium argenteum uel Sartaginem uel aliud uas ad coquendum dubitari poterit an escario contineatur: Et hæc magis coquinatorii instrumenti sunt: nam miliarii apri a põdere nomĩati/ut miliariæ oliuæ a pondere olei quod ferãt annuo prouẽtu ut tradit Plinius.xvii. Sunt hæc notissima quidem sed mediocriter doctis non usq; fastidita: Miliariũ uas Miliarii apri

Molibdena quæ Galena cõmunis uena plumbi & argenti: dicitur & molibdena herba plumbago latinis quæ uulgo etiam nascitur in aruis folio lapathi/crassa radice hispida / hæc commãducata si oculis subinde religetur Plumbum quod est genus uitii teste Plinio.xxv.ex oculis tollit/de quo Serenus/ Si uero horrẽdũ ducunt glaucomata plumbum: Est & plumbago(ut Sarcion quædam gemmæ caro in carchedoniis)uitium i smaragdis cum in sole plumbei uidentur/ quo etiam læduntur: sed & ii senescunt uirore illo euanido: Glaucomata Sarcion

Manna thuris mica concussu elisa inquit Plinius xii. de qua Galenus Dioscorides & alii: quod rotunditate guttæ penpẽdit masculum appellatur a specie testium: Stil-

Stagonia lat & quod ſtagonia uocatur: ἀπὸ τοῦ στάζειν Mána roris matutini mica dulcis Colore candido/concreta e cœlo manans i uſu mediciæ recepta. Ros Syriacus a Syria ubi præcipua bonitas appellabatur/nunc in prætio Italiæ calaber habetur:

Ros Syriacus

Mena Dea mẽſtruis fœminarum omnibus præſidens/ & coli cœpta/ut fluant ſuo tempore/ ut cõtineantur imodica meminit huiuſce Diuus Auguſtinus in diuina ciuitate μήνη luna/unde menſis/inde menſtrua quæ & mẽſes dicuntur Plinio & aliis/mena Menula piſcis notiſſimus:ſed hæc ut uereor uulgatiora ſciolis erunt ut iquit Pana gyris plautina Diuidie & Senio:

Mene



NEfrendes porci fere lactẽtes.M.Varro rei ruſt.III.amiſſo nomine lactentis dicuntur nefrendes ab eo ꝙ nundum fabam frendere poſſint: id eſt frangere/ & iam dixerat cum porci depulſi ſunt a máma a quibuſdam Delici appellantur/neq; iam lactentes dicuntur: qui a partu decimo die habentur puri & ab eo uocantur ab antiquis ſacres ꝙ tum ad ſacrificia idonei primum habentur: Lacedæmonii porcellum lactẽtem atq; adhuc ſubgrumum Orthragoriſcum uocant ut ſcribit Athenæus: meminit & Plinius trigeſimo ſecũdo At Infrendes pueri ſine dentibus/ꝙ frendere nõ poſſunt/ Infrendere i ita dentes cum fremitu premere/ Maro dẽtibus ĩfrenẽdas:

Delici

Sacres

Orthragoriſc⁹

Naſiterna uas aquarium.Mar.Varroni in re ruſt.ut Aqualis ad ferendam aquam uas idoneum: Pompeius Naſiterna inquit uaſis genus aquarii anſati & patentis:Plautus in Sticho Ecquis hunc effert naſiternam cum aqua & in milite:Ibi erat bilibris Aqualis hic propter cados: iam in curculione & aqualem cum aqua properatin oci ius:⁊mẽdatio etiamnũ addẽtes iuriſiurandi religionem:

Nugiuendi nugas nugamenta uendentes: Nugiuendos Plautus in Aulul.dici uoluit eos qui aliquid mulieribus

uendant: nam omnia quibus matronæ utuntur nugas uoluit appellari īquit Nonius: ſed mechanicos fere omnes nugiuendos recte dixeris: quando illis peculiare eſt non ſine nugis & mendaciis uendere, Nugones uaniloquos & nulli rei bonæ idoneos dicemus: Nugas Nugones

Nœgeum ueteres appellauerūt amicimen candidum: Feſtus Nœgeum amiculi genus: Liuius lachrymas de ore nœgeo deterſit id eſt candido: Amicimen

Nexilis ueſtis a nectendo: ut textilis a texendo: Lucretius Nexilis ante fuit ueſtis q̄ textile tegmen:

Nebulæ oculorum cicatrices ſunt in ipſis oculis parte ſūma ut ſcribit Paulus: Nebulones homines nihili, gerrones, frugiperdæ tenebriones, nugones, a nebula aerii uaporis rari & humidi, Feſtus, Nebulo dictus eſt qui non pluris eſt q̄ nebula: aut qui non facile perſpiciſſi poſſit qualis ſit: neq̄, nugator, Nebulones

Neuli a neuis tubercula ſiue maculæ natiuæ ſubnigræ in facie præſertim naſcuntur ſine dehoneſtamento: etiam ſi pili ſubcreuerint: modo nō ſint multi: Horatius Egregiæ inſperſos repræhendas corpore neuos & Alceus poeta neuo in digito pueri (ut uolunt) delectabat ſunt iterdum gentilitii: ut gentilitiæ quædam familiarum notæ ſe leucicorum Anchora: Pelopidaꝝ eboreus humerꝰ Aenobarborum ænea barba: Gētilitiæ notæ

Nomæ ulcera quæ exedūt uorantq; corpus ſerpendo Plinius. xxvi. Ad nomas oris folium cū melle eſtur. xxviii. Nomas præſertim genitalium. xxx. de cochleis terrenis recentia uulnera cōglutinant: & nomas ſiſtunt quæ non adhærent: Item. xx. Compeſcunt mala corporis quæ ſerpunt Nomas uocant.

Nephritis renum morbus cum dolore, oxianoſos id eſt acutus morbus creditus Hippocrati: In ſenibus quidem inſanabilis fere, inde Nephriticuo qui eo uitio male torquetur medicus e pernitioribus q̄ primum adhibendus eſt ut aliis quoq; morbis omnibus qui non facile recipiunt curationem: nam imperiti ut ſunt multi ex inſi- Oxianoſos

mis īfirmiora sæpius redere solent/sed mos is est lāguē/tium/ab omnibus iam diu receptus/summos medicos nisi in summa desperatione non uocare:

Neurici N eruici neruorum dolore & uitiis laborantes:qui & Neu rici/Vitruuius.viii.uitio aquarum nerui inflatione ex lō/gitudine contrahuntur:& ita Neuricos aut Podagricos efficiunt homines:Neruis autem frigida omnia insensa sunt Νευρον græcis neruus ossium membrorumq; uin culum & firmamen : Vnde Neurobatas e neruis fu/ nes chordasue qui perambulant ut Schœnobatas ap/ pellat Firmicus: & Gelio libro.xii. Neurobapha neruis mouentia:Neruus ut catenæ ad malos puniendos uin/ cula Festo & Plauto in Asinaria:Vnde Cato dicebat Fu res priuatorum furtoꝝ in neruo atq; i compedibus eta/ tem agunt: Fures publici in auro atq; i purpura : Nerui funiculi arcuum ad sagittas mittendas Iulius Capitoli/ nus i Maximinis tanta fide aquilegienses contra Maxi minum pro senatu fuerunt/ ut funes de capillis mu/ lierum facerent/cum deessent Nerui ad sagittas emitten/ das/quod aliquando Romæ dicitur factum:Vnde i ho no/ē matronaꝝ templū ueneri caluæ Senatus dicauit.

Neurobatas

Neurobapha

Laruati Ceriti N ympholepti græcis : Lymphati latinis furore perciti ut laruati & ceriti fere quādo quicūq; effigiem nymphæ uiderint furendi finem nō faciunt:Vnde Vergilio Lym phata regina:Val. Flacco Lymphauerat urbem : Papi/ nio Lymphante deo quo fit ut dilutū uinum aqua mi/ xtum & Iugulatum ut ille dixit lymphatum non appel lauerim:Adinamon quidem inter uina factitia non sine aqua uocant quasi īualidū & sine uiribus: dantq; ægris quibus uini noxam timent ut prodidit Plinius.xiiii.

Narce N arcotica medicamenta stuporem & torporem īducen/ tia aduersus sensum doloris/& cruciatus sectionum pa/ rata Narce stupor:

Comi N osocomion languentium uillā hoc est domicilium iter/ pretatur Diuus Hieronymus/nā κωμη uilla/i quo ægro tantes publice curantur/ut Florentiæ/Mediolani/ Senis

Romæ:& Hospitalia uocant: νόσος morbus/ægritu/ Hospitalia
do Nosema: Nosematicus græce ualitudinarius. sunt q
Noson pestem uocent & inde Nosocomion in quo pe Nosocomion
ste adfectis medella adhibetur.

N eruiæ i musicis istrumẽtis chordæ a neruis dictæ A.Gel.
viii. Suetonius etiam Tranquillus in lib. ludicræ hist. pri/
mo satis inquit compertum esse/satisq; super ea re con/
stare affirmat Neruias infidibus brumali die alias digi/
tis pelli/alias sonare: νευρα græcis neruus id est chor/ Neura
da arcus:

N iptra lauacra νιπτω lauo: Titulus fuit comediæ Pacu
uii de qua Cicero quest. Tusc. ii. scripsit & Sophocles ni
ptra de ulyxe ambo eodem fere argumento/

N ecyia magicum sacrum in scrobe Homero. xi. Odisseæ:
Hinc. M. Cicero Tusc. quest. prima aĩos. n per se ipsos ui/
uentes non poterant mente complecti/ formam aliquã Necyia
figuramq; quærebãt inde Homeri tota Necyia/inde ea
quæ meus Appius Necromãtia faciebat: Necys mortu Necron
us unde Necyia & Necyiomãtia/Necron cadauer: Mã Mantia
tiam diuinationem uocant/hic necromãtia quæ sine ca
dauere fieri nõ poterat:

N ucleum in nucibus non est qui nesciat: Dicitur & in fer/
ro/ex testa quoq;: Vnde Plinius. xxxiiii. in mentione fer/
ri/Fornacium maxime differentia: in his quidem nucleꝰ
ferri excoquitur ad indurandam aciem / aliquæ modo
sunt ad desandas incudes/malleorumq; rostra/ summa
autem differentia in aqua est/cui subinde candens imer
gitur hinc ego facile crediderim ferri nucleum ad acie
induranda Acialiũ in Italia appellatũ: Et. xxxvi. de paui
mentis Rudus inqt in quo duæ quintæ calcis misceãt Acialium
pedali crassitudine fistucari: tunc nucleo crasso sex di/ Rudus
gitos iduci. Vitru. libro vii. de ruderatiõe insup ex testa
nucleus iducat/mixtionẽ hñs ad tres partes / unã calcis
uti ne minor sit crassitudine pauimentum digitorum se
num/supra nucleum ad regulam & libellam exacta pa
uimenta struantur siue sectilibus seu tesseris / Vt id fer/

Chondros Pyrena me notet ſtatumen quod modo chondron interdum Pyrena græci nuncupant materiam quamcūq; melio/rem intus ac reſiſtẽtem accipi uolentes/ Vnde idem Plinius de libro.xvii: Pinguitudinis nucleum dixit in ea ſe denſantem: Et Plautus in captiuis Nucleum amiſi reliquit pignori putamina: Nux eidem in pſeudolo ſine nucleo caſſa dicitur/ Te inquit amatorem inuentum inanẽ quaſi caſſam nucem:

N etrices fœminæ nentes: & netum aurum quod quis neuit unde Netores quoq; recte dicemus aurũ & alia nentes ad textile tegmen:

N ucamenta dicuntur quæ pendent e ramis picearum/ & roboris quandoq; panicularum modo/ ut refert Plinius xvi. Squámatim compacta: Cittara græci uocát: Pani/ Cittara cularum autem nomine ſignificátur fere quæcũq; ſub/longa uel ſubrotũda tumeſcũt effigie: hinc comas etiã milii panici harundinis quoq; paniculas appellat idem Plinius:

N itrum a ſalis natura nõ multum diſtat/ olera uiridiora faciens: Halmiraga uocant exiguum quod ſit apud Me/ Halmiraga dos caneſcentibus ſiccitate cõuallibus quaſi dixeris ſal/ſacinum propter exiguitatem/ ραγα dicunt græci/ nos Acinus acinum: ſpumam nitri Aphronitrum: & Nitrarias loca Aphronitron dicimus in quibus ſit Plinius. xxxi. In nitreariis inquit non lipiunt:

N ouelletum uineam dicemus nouellas uites habentem paucis ab annis plantatas & fructum mox ferentes cu/ius meminit & Paulus. xxv.lib. digeſt.titulo de impẽſis in re dot. factis ex nouellis autem uitibus copioſius ex uetuſtioribus melius uinum haberi certiſſimum eſt:

Veſpertilio N ycteris Veſpertilio a nocte qua uolat: minutis adeo pedibus ut carere uideatur uolucrũ ſola animal parit & lac in mammis habet quo pullos nutrit: Culices illi in cibis Nyteus gratiſſimi: νυξ græce nox unde Nycteus equi plutonii Nyctages nomen/ & nyctages totas noctes dormientes minuta hæc quidem ſed non omnibus aſpernabilia:

N estia ieiunii Solemnitas qualis primo uere nobis est instituta a summis põtificibus nullo esu carnium quadragesimam quam uocant Tarentini (ut ferunt) solemnitatem ieiunii instituentes celebrauerunt quã νηστείαν nominauere: At siculi Edacitati & Cibo simulacra posuerunt quando gentium aliae frugialiae incontinentes: νηστεία Ieiunium νηστεύω ieiuno: Nestia Nota de siculis

N ablium siue Naulium musicum instrumẽtũ manu qđ pulsatur ut organum fere in sacros apud nos, Ouidius in arte amandi, Disce etiam duplici genialia Nablia palma uertere, nam Psalterium organi genus Nablum quoq; appellatur: Naulium



O Nyx lapidis genus ad ungue cuius colorem imitatur nomen habet: alii nec scio an melius Onychiten uocant: Sunt & qui Alabastriten eumdem nominent: Est & gemma colore unguis humani: quae plures habeat tamen uarietates ut inquit Zenothemis & praesertim indica, quae sit ignea & nigra, adiiciunt nõ nulli corneam a qua Corneolarum ortum sit nomen, Habetur & gẽma Sardonyx ex sarda & onyce Plinius. xxxvii. Sardonyces olim ut ex nomine ipso apparet, ĩtelligebantur candore in Sarda hoc est uelut carnibus ungue hominis imposito & utroq; transluci do, Claudius Caes. Smaragdos induebat & Sardonicas satis. n. constat singulorum libidinem singulis gẽmis fecisse facereq; precia: ut regum maxime: primus Ro. Sardonice usus est prior Africanus, Onychas quoq; pectinum piscium foeminas uocant & mares Donacas: Onychites Alabastrites Sardonix Onycae Donacae

O ua Tarica piscium oua sale condita ὠόν ouũ τάριχον salsum ταριχεύω condio ut seruem cum sale: Tarichon

O lolygones coaxationes marium in ranis uocant: Aristoteles libro. iiii. hist. animalium, graece tamen, Genus ĩquit illud ullulatus quem ololygonem nominant, mares in- Ololyzontes

Ololyzontes ter aquã reddunt: Unde Plinio.xi.mares ipsi ololyzõtes ολολοζω ululo ολολογὴ ululat^o καὶ ολολυγμος:

Orificium os proprie summũ: Apuleius lagœna iuxta orificio sensim dehiscente patescens / Macrobius ultimo Saturnalium. Ventris.n.duo sunt orificia / quorum superius erectum recipit deuorata / & in follem uentris recondit: Hinc est stomachus qui paterfamilias dici meruit: quasi omne animal solus gubernans: Inferius uero demissum intestinis adiacentibus inseritur: & inde uia egerendi: At Plinius.xi. gulæ quidem summum fauces uocat / postremum uero stomachum tendit is ad uentrem Sed stomachus pro ipso uentre uentriculoue etiam uulgo ponitur a quo in aluum descendunt digesta / & cruda quoq; eius uitio uel morbo:

Stomachus

Ostracos græce calculos & testulas appellamus: το οστρακον testa / Ostracitæ lapides similitudinem teste habent inquit Plinius.xxxvi.οστρακινον testeum / fictile: Inde ostracismus exilii genus illud apud græcos / quod testula collabefactari interpratur Aemilius probus / hoc est urbe pelli per signa testarum: Veluti ab usu frõdium lauri Petalismus q dicitur / de quo Diodo.a petalis quæ frondes dicuntur & quibusdam folia: in id autem ostraci exilium amplissimos uiros summo loco natos / optimates / & qui plurimum posse uidebantur / inuidia maxime populari missos esse cõstat: ut Damonem periclis præceptorem cum plus sapere uideretur / q̃ oporteret: & Aristidem illum qui Dicæos hoc est iusti meritissimo cognomine / & re fuit insignis / sed audi quisqs reipublicæ ut optimus ciuis inter primos prodesse semper studes: Erat Aristides de re publica optime meritus / ciuitate tñ eiiciendus sedebat autem inter alios concionis homines illiteratus quidã ac plane (ut assolet) rusticanus / qui scriptionis imperitus cum testula sua uenit ad Aristidem rogans / illi Aristidis nomen inscriberet quo patria pelleretur / Tunc ipse noscis ne Aristidem inquit / quod cum negauisset quesisse ex eo fertur / quare id faceret / aut quid

Ostracismus

Petalismus

Nota de Ari/

Ariſtides cõmiſiſſet cur ea nota dignus iudicaretur: cui ille reſpondit/ſe ignorare Ariſtidem/Sed ſibi non placere q̃ præ cæteris iuſtus appellaretur: Tum ariſtides tacens nomen ſuum oſtraco inſcripſit & homini reddidit atq; mox urbe eiectus eſt: Quando rara ingenia multitudini placere non poſſunt: Omnium ultimus Hyperbolus/poſt q̃ improbos & humiles huic mulctæ ſubiici cœptum/Alcibiadis & Niciæ opera qui plurimum poterant oſtraciſmo mulctatus eſt auctor Plutarchus: Hyperbolus

Omentum tenue & pingue reticulum: Plinius undecimo uentriculi atq; inteſtina pingui ac tenui omento ĩteguntur præterq̃ oua gignentibus: huic adnectitur lyen in ſiniſtra parte aduerſus iecur: Vnde omentata Iſicia Apicio/& nobis Iecuſcula omentata/& omentata Tomacula ἐπίπλοον græcis/unde Epiplocelæ: Tomacula omẽtata

Orexis appetitio cibi/& eſuritio: Iuuenali & aliis: Spartianus de Heliogabalo Amabat ſibi præcia rerum maiora dici earum quæ menſæ parabantur: Orexin conuiuio hanc eſſe aſſerens:

Offector qui infector tinctorq; græcis βάφευς ut dictum eſt: lanas & panos coloribus fucat/Primi lydi infecturam inſtituerunt: Plinius auctor. vii. cui infectus ipſa eſt infectura:

Ophiaſis ut diximus areæ genus eſt in capite infantium cum alopetia fiat in qualibet ætate/ut ſcribit Cornelius Celſus: libro ſexto qui & id uero inquit quod a ſerpentis ſimilitudine ophiaſis appellatur incipit ab occipitio duorum digitorum latitudinem non excedens/ad aures duobus capitibus ſerpit/quibuſdam etiam ad frontem donec ſe duo capita ĩ priorem partem cõmittant: ὄφις ſerpens ophiucus ſerpentarius iter aſtra/ophiomachus pugnator cõtra ſerpentes: Ophiulcus

Oſcedo morbus notus A. Gellius lib. v. noct. att. de aduocato qui coram Cẽſoribus clare nimis & ſecure oſcitauerat cum ille inquit deieraſſet inuitiſſimum ſe ſe & repugnãtem oſcitatione uictum: tenerique eo uitio quod oſce/

Pniges

Hysterema

Chorion

Spiritalia

Vanauson

do appellatur / tum notæ iam destinatæ exemptus est: Oscitatio in enixu lœtalis inquit Plinius est: Sicut sternuisse a coitu abortiuum:

Offocatio uuluæ īter mala fœminarum pernitiosa habetur/dicitur & prefocatio quæ græcis πνιξ υστερας: fitq; cum uulua resiliendo afficit uitalia hoc est cor cerebrūq; Pniges offocationes. Hystera uulua / Hysteræ uero multitudinis numero secundæ græcis dicūtur quasi posteriora: Hysterema posteritas: sed & choria & Deuteria secūdas appellant: Chorion tamen exteriorem dicūtur: nam geminæ sunt: Interiorem quæ molissima est & tenuissima Amniam Empedocles uocauit: sunt autē infantis cum in utero est uelamenta / se & choria græcis intestina Plauto choriæ: Capadox leno in curculione Lien inquit nerat renes dolent / Pulmones distrahuntur cruciatur iecur radices cordis pereūt choriæ oēs dolēt:

Orbiolæ ab orbe spherica forma dictæ nostris Lactariis Parmē. massulæ casei cū primis ouili/i cibis gratissimæ:

Organa tractoria machinæ quædam quibus pertrahūtur onera: sūt & Pneumatica organa / aquis hauriēdis spiritu interueniente idonea ad exsiccandas in uliginosis & aquosis scrobes / fundamētaq; substructionibus parata: Latini Spiritalia uocant / Plinius. xix. Hortos uilæ iungēdos non est dubium riguosq; maxime habēdos si contingat profluo amne / si minus e puteo ptica organisue pneumaticis tollēdo / non haustu rigando: Est & in musica ratio pneumatica / Organum musicum instrumentum sciunt omnes / a quo Organarii & organistæ: Sed machinarum genus tractorium græci βαναυσον uocant / Spiritale πνευματικον ex spiritus impulsione: tertium scāsorium ακροβατικον quo ad altitudinem tignis statutis & transuersariis scāditur sine periculo ut tradit Vitruuius libro. x. Cui organa sunt unius opere pendenti tactu perficientia quod propositū est / ut Scorpiones Anysocyclorum uersatiōes / machinæ uero pluribus operibus aut ui maiore / quæ coguntur effectus

habere/ut Balistæ Torculariūq; prœla:
Omoplatæ græcis dicūtur ossa duo lata a ceruice utrinq;
ad scapulas tendentia nostri Scoptula operta uocant: Scoptula
Cor.Celsus.viii.meminit & in tertio:Platys græce latus:
Vnde platycerotes & platyophthalmos Plinio a corni/ Platycerotes
bus/ab oculis:Et idem.xxvi.Agarico quidem & neruus
inquit qui Platys appellatur atq; humerorum dolor sa
natur/ωμοσ humerus: Omos
Orthominium linum e palustri uelut calamo sed dūtaxat
eius inquit Plinius.xix.panicula nullo nūc in prætio est
Vrticinum nostrates tanq̄ fieret ex urticis uocāt/alii uul
go Orthichinum/Hermolaus in Plinio Ortholinon Or Orticuinum
chemeniumue castigabat: Asiatici e genistis dies decē
maceratis lina fecere piscantium retibus idonea ut diu
duraturis:In Italia Pelignum ī usibus fullonum cōmen
dabatur/nullum .n. cādidius lanæque similius : sicut in
culcitris præcipuam gloriam īquit idem Plinius eo ipso
libro cadurci obtinent e gallia:Laus prima in toto orbe
lino quod uiuum nostri uocant græci ex argumēto na/ Asuestinū
turæ Asuestinum ασβεστοσ calxs:ignibus nō absum
mitur:mappæ lintea uestes ex eo flāmis purgantur non
aliter quasi alia aqs & cinere: Regū corpora funebrib⁹
ex eo tūicis īuoluta cremabāt/ut corporis cineres a reli/
qs separēt: hic Virg. Ossaq; lecta cado secūdū aliquos. Virgilii loc⁹
Oxymyrsine siluestris myrtus foliis acutis ad scopas uti/ Siluestris myr
lis/in usu rusticorū maxime / Ruscum Castor ut inquit tus
Plinius.xxiii.uocauit/ & medici herbarii Bruscū appel/ Bruscus
lant:μυρσινη και μυρτοσ græce Myrtus:
Olfactoriola quæ naribus admouētur odoris boni gratia
quod solent mulieres/mulierarii/& quicquid est delica/
tissimorum/ Sūt & olfactoria in medicinis ad olfactum
Plinius.xx.in olfactorio collectam/ uel odore tātum na
ribus adhibito/Idē.xxx.Sicut lethargū olfactoriis exci/
tari:de quibus intellexit / Celsus.iiii.in uuluæ doloribus Linamētū ni/
Admouere inquit naribus oportet extinctum ex lucer/ dor qd faciat
na linamētum / uel aliud ex his quæ fœdioris esse odo/

ris retuli/quod mulierem excitet. Sũt hæc minutiæ quĩdem multis tamen(ut reor)non displicitura:

Oxycedrus acuto & spinoso folio:altera cedrꝰ odore præstat:maiorem Cedrealem uocant:materiæ cedrinæ æternitas fere est:

Cedrealis

Oporice medicamentum a pomis arborũq; fructibus ex græco:ἀπο την οπωρας:fit autẽ ĩquit Plinius.xxiii. ad Dysentericos stomachiq; uitia in congio musti albi lento uapore decoctis malis cotoneis quinq; / cum suis seminibus punicis totidem/sorborum sextario/& pari mẽsura eius quod Rhun Syriacẽ uocãt croci seniũtia: meminit & Celsus libro.iiii.

Syriace

Obryzum aurum sincerum depuratum delicatũq; quasi ἀβρυζον:Piiniꝰ.xxxiii.quinimmo quo sæpius arsit ꝓficit ad bonitatem auriq; experimento ignis est / ut simili colore rubeat ignis/atq; ipsum obryzum uocãt/Suetonius in Nerone Exegit argentum pustulatum aurum obryzum: Vbi in quibusdam codicibus aurũ ad obrussam scriptum offendimus/de pustulato argento Alphenus.xix.ff. Cum argẽtum inquit pustulatum fabro daretur ut uasa fierẽt aut aurum ut anuli:

Suetonii locꝰ

Ochra inter colores recepta fossilis est/etiam in Italia / sed optima in Attica ut tradit Vitruuius. vii. habetur & factitia Plinio.xxxv.Sicuti & sandaraca:nascitur.n.& Cerussa in fornace cocta mutat ui ignis colorem fitq; Sandaraca:quæ si torreatur rubrica æqua parte admixta in Scandicem trãsit:hac uero & Sinopide mixtis fit Scyricum/quo minium sublinitur: Scãdycinum colorem a scãdice herba uoluit Seruius:quæ ĩ olere siluestri a græcis ponitur unde Aristophanes Euripidi poetæ iocul ariter obiecit / ꝙ mater eiꝰ Clitone olus quidem legitimũ nõ uẽditasset sed Scãdicẽ : peculiaris laus eius inqt idẽ Plinius.xxii.est ꝙ fatigato uenere corpori succurrit marcescẽtesq; senio iam coitus excitat : Rubricæ color nomen dedit/est & terra rei rust.scriptoribus Rubrica:Vnde Rubricosum solum/ ut a creta cretosum / ab argilla

Sandix

argillosum a sabulo sabulosum & a cinere cinerosum quod ad frumenta sicuti pullum cōmendatur: Sinopis ipsa rubra quoq; a ponti ubi primo inuēta est / urbe Sinope nominata:qua usi sunt ad splēdorem/& penicillo & si lignum colorare placuisset: Ostrum quoq; factitiis adnumeratur ex conchilio marino ut idem Vitruuius auctor est/Et q ex concharum marinarum testis eximitur ideo ostrum est appellatū:Ostum autem est id quod ex uno facto olei purum purgatūq; relinquitur: Ostrum Ostum

O rtygometra coturnicum dux appellat Plinius.x.de coturnicibus Aquilone ergo maxime uolant Ortygometra duce:Solomonis sapiētiæ.xvi.nouum saporē escam parans eis ortygometram/& alibi/descendit illis de mari ortygometra ubi in genere coturnices significātur:habentur & eidem Plinio .xi. Tettigometræ inter cicadas quæ sunt earū matrices:Tettigoniæ quoq; quæ Theodoro cicadastræ:nam Achetæ dicuntur magis canoræ: Tettigometræ Achetæ

τεττιγος cicada:

O enanthe uitis labruscæ uua inquit Plinius.xii.colligitur cum flore/cum optime olet:siccatur in/umbra sunt substrato linteo/atq; in uasa cōditur:quidā oībus præferūt Cypriam:nam africana ad medicos tantū pertinet uocaturq; Massaris:prestātior oīs ex alba labrusca q̄ ex nigra:fit ex ea omphaciū quod ideo Oenanthinū uocat: Massaris

O ccētator cōuiciatot occētare priscis cōnicium facere cū id clare & cū quodā canore fieret ut procul exaudiret/ quod turpe habet īquit Festus quia non sine causa fieri putat:Plautinus Dorpalus ī persa Hac enim illi noctu occentabūt hostium exurent fores & ī Mercatore nutent/nictent/sibilent/uelicent/uocent/molesti sunt/occētent noctu ad ostium:

O bsidianū uitrū a similitudīe lapidis quem nigerrimi coloris/aliqñ & trāslucidi ī æthiopia īuenit Obsidi⁹: Tinctura & pictura colorat ueluti nūc Muraniū Venetiis auro argento quibuscumq; coloribus immixtis: Vasa ea argenteis essent præciosiora: nisi abstaret fragilitas Muranium

quæ non nullis tamẽ prætium facit: Fiunt e uitro quæcumq; fieri possunt ita ut similia non uiderint maiores: Fit & tincturæ genere inquit Plinius. xxxvi. obsidianum ad escaria uasa totum rubens uitrum atq; non translucens Hæmatinon appellatum: fit & album & murchinum, aut Iacynthos Saphirosq; imitatum & omnibus aliis coloribus: Hæc est alia nõ materia sequacior atq; etiam picturæ accomodatior: maximus tamen honos in candido translucente proxima Crystalli similitudine hæc ille: Sed quod si Ambra lapis qui nunc dicitur non alius sit ab obsidiano lapide: Niger in germania effoditur: est & luteus aureiq; coloris translucidus sed adulterantur æque omnes: Fiunt ex eo sectos tornãtes sculptis monilia: fiunt & coronæ quædam ad quotidianas preces quas decies ac decies repetentes deo ut reor fatigato fundunt, numerandas:

Ad uasa colores

Ambra Obsidianus



Erpendiculum instrumẽtum filo ima parte plumbato æratoue per gnomonem discurrente: quo parietes angulosq; in primis, & Antas an recte procedant attollanturq; examinant fabri murarii ac redẽptores, id primo Dædalum excogitasse referunt:

Inuentũ Dædali

P rothyra in ianuis domorum uestibula ut inquit Vitruuius: Thyras hostia græci uocãt: Labeo ait prothyrum quod ædibus fure interdum solet, ædium est inquit Põponius libro L. digest. Pollux Thyridas multitudinis numero fores ipsas, Thyrida singulari cauũ illud hians & patescẽs ĩ ualuis significare tradit: quæ & Hypothyra & Hypothyridas uocat: ĩ pthyra Acursius anilia refert:

Thyræ

Hypothyra

P arastatæ & parastases columnis appositi lapides pilarum fere modo sunt: ut diximus, Vitruuius libro quinto Columnæ altitudinibus perpetuis, cũ capitulis, pedum quinquaginta crassitudinibus quinum, habentes post se-

parastatas altas pedes uigiti/latas pedes duossemis crassas pedem unúsemis/quæ sustinẽt trabes in quibus iuehũtur porticuum contignationes: Vnde parastata in iumentis apud Vegetium / os cruris alterum quod & Parecmon dicitur Iulio Polluci:qui & meatus illos ꝑ quos genitura e testibus in urinæ uias defertur Parastatas uocat:habentur & in prœlio inquit Parastatæ nomen officii quoniam adiũcti sunt prostatis qui cornibus presunt Sicut epistatæ qui tertium in regendis his locum tenẽt: Cetærum idem auctor lapides utrũq; latus ostii munientes Parastades non parastatas appellat/nos Antas : Sed eidem quoq; Vitruuio libro decimo:Tabulæ quædam certis instrumentis Parastatæ nũcupantur : Pilæ ipse uicem colũnatum prestant in ædificiis:

Patecmon

Epistatæ

Antæ

P ortus pro domo ut iam dictum est: Vnde Porticus non nullis nominatæ/& angiportus/ Festus Pompeius Portum inquit frequenter maiores pro domo posuerunt:

Angiportus

P rætoria porta castrorũ qua exercitus educebatur a Prætore dicta:quando prætor magisttratus oĩs appellatus cui pareret exercitus : uel quia prætores initio erant qui postea consules/& ii bella administrabant:de quibus & Iuuenalis : & eorum tabernaculum quoq; Prætorium: ut tradit Festus/Sed pretoria etiam domos sumptuosas rure extructas nũcupamus/Vlpianus libro.ff.l.Vrbana inquit predia non solum ædificia quæ in oppidis sunt: Sed & si forte stabula/uel alia meritoria in uillis & in uicis:uel se prætoria uoluptati tantum sereuiẽtia:

P hingites lapidis genus: Plinius.xxxvi. Nerone principe in cappadocia repertus est lapis duritia marmoris cãdidus atq; transflucens/etiam qua parte fuluæ inciderant uenæ ex argumẽto Phengites appellatur hoc construxerat ædem fortunæ quam Seiani appellatiõe dicebat a Seruio rege sacratam aurea domo complexus/quare etiam foribus aperttis interdiu claritas ibi diurna erat haut alio ꝙ specularium modo : tanꝙ inclusa luce non transmissa:

Phengites

Porcæ

P uluinus ſedem notat. M. Ciceroni/Iuuenali & aliis:pul/uinos Puluillosue eaſdem & porcas uocant in quibus ueluti ſulcatim ſua cuiuſq; generis ſemina & olera ſerũ/tur:Areas quoq; & Areolas ut iam diximus:Sed porcæ in aruis maxime Varroni Columellæ cæteris:

Mergæ

P ala inſtrumẽtum ruſticanum a pangendo. M. Varroni ad foſſuram agri aptiſſimum:Plautus in pœnulo Palas uendundas ſibi mergas datas ut hortum fodiat: atq; ut frumẽtum metat/Plinius.xviii.Iuncoſus ager uerti pala debet/at in ſaxoſo bidentibus.L.Columella/Tum mihi feraro uerſetur robore Palæ : Pala quæ & Palaca auri maſſula:Sed & Pala anuli.M.Tullio dicta ĩ officiis:

Præſentariũ

P ræſentarium & præſentaneum quod ociſſime auxilia/tur uel officit:A. Gellius.vi.de. M. Attilio regulo/Vene/num ſibi carthagineſes dediſſe nõ præſentaneũ ſed eius modo quod mortem in diem proferret:Plinius.xxx.Ar ticulis luxatis præſentaneum eſt & ſeuum pecudis cum cinere & capillo mulierũ.xxxviii. Datur & lingua equi inueterata ex uino præſentario medicamẽto.xxii.Cæte/ris ueneno: Plautus præſentarium argentũ uocat quod quis illico accepturus ſit & Apuleius uini præſentariam dicitur & præſentiſſimum conſilium Fabio/& præſen/tiſſima remedia ſunt ipſi Plinio/ut Cor. Celſo auxilium præſentiſſimum:

Præcoqua

Serotina

P ræcox inter prima matureſcit citiuſq̃ ſoleant ſui generis alia/Vnde præcocia & præcoqua perſica Plinio / Mar/tiali:Cocia pruna quæ ordearia ab eius fruges maturita te nos a uilitate Aſiniola uocitamus/præ coces ficus/pre cox uua/& ĩnumera:quibus contraria ſunt Serotina:un de & Serotina ſemẽtis Plinio.xviii.Feſtinatam inquit ſe mentem ſæpe decipere ſerotinam ſemper:Præcocẽ pu/gnam cum dixit Ennius/& fugam Lucilius præcocem ac Neuius præcocem puellæ libidiem ĩmaturam & an te tempus acceperunt:Quattilla apud Petronium Arbi trum precocis merito libidinis dici poſſet: ut quæ nunq̃ meminerat ſe fuiſſe uirginem:Habetur & præcox inge/

nium/prᴂmaturᴂ ut ferũt mortis indicium:

P olyceronius multi tẽporis/lõgᴂuus/ut Macrobios/qua les dicũtur Cerui/Cornices/Phoenix unica auis/& alia: Macrobii

P sychrolutres frigida corpus lauans/Plinius.xxix.Charmis e massilia frigida etiã hibernis algoribus lauari persuasit/mersit ᴂgros in lacus/uidebamus senes cõsulares usq; in ostentationem rigẽtes/qua de re extat etiam Annei Senecᴂ astipulatio:Is libro epistolarũ ad Luciliũ.vii. Frigidᴂ cultor inquit mitto me in mare quomodo Psychrolutrem decet gausapeatus/Idem.xii Ille tãtus Psychrolutres qui kalẽdis Ianuariis euripum salutabam:Et Carinus princeps Balneis ita frigidis usus est ut solent esse cellᴂ suppositoriᴂ frigidariis semper niualibus unde cum per hyemem aqua fontis pertepida ut solet.i. naturaliter in piscina usus esset dixisse balneatoribus fertur.Aquam mihi muliebrẽ preparastis: ut apud Vopiscum legimus:τὸ ψῦχος frigus:ψυχρὸς frigid⁹ & τὸ λουτρὸν lauacrum:

P ancratiastᴂ a pancratio qui generibus quinq; ludorum certarũt & uicerũt : Pentathli qui certarũt de pancratio Vlp.ix.ff.Si quis in colluctatione uel in pãcratio uel pugiles dum ĩter se exercẽtur/alius aliũ occiderit:At Periodo uictores ut ait Festus qui sacra grᴂciᴂ certamina obierũt & uicerũt Nemea/Pythia/Isthmia olympia: Certamina grᴂciᴂ.iiii.

P ycta ὁ πύκτης grᴂcis:pugil latinis a pugno.At.Mar. Varroni a pugnando : Vnde Pyx/Agathon Homerus Pollucem uocauit: & a Martiale dictũ est Pyx agathos fuerat nũc erit hippodamxs:πὺξ cum pugnis pugilice aduerbium grᴂcis ἀγαθὸς bonus/quasi pugilatu excellens : latini enim pugilatum dicunt certamen ipsum grᴂciP yctalen:

P etauristᴂ Nonius inquit a ueteribus dicebãtur qui uel saltibus uel scenis leuioribus mouerentur : πέταμαι uolo:hinc & Petiaminarii corpore agiles uolare quodã modo uidentur : Claudianus/uel qui more auium se se iaculantur in auras/Tradit Firmicus ultimo matheseos Petiaminarii

ſub delphini natos ſidere futuros Petaminarios & Petauriſtarios:

P reſtigiator & preſtigiatrix fallaciis pollens & preſtigiis quæ ſunt eluſiones & deceptiunculæ: nam qui norunt artem preſtigii ſub acetabulis illis ſuis ſeu calculis cernunt quæ poſtmodum non appareant:quo certãt poſita aut nõ poſita dicere oporteat:manuũ præſertim agilima quadam agilitate oculos adſtantium perſtringentes ita ut cogant illos credere quod non eſt/uel re ipſa decipiant Preſtigii inuẽtor Mercurius:A.Gellius.xii.Hæc mera ueritas Tuſculani hominis egere ſe multis & nihil tamen cupere dicẽtes plus hercle promouet ad exhortandam parſimoniã/ ſuſtinendamq; inopiam q̃ græcæ iſtorum preſtigiæ:philoſophari ſe ſe dicentium/ umbraſq; inanes uerbo℞ fingentium qui ſe nihil habere & niſi tamen egere ac niſi cupere dicunt/cum & habẽdo & egẽdo & cupiendo ardeant: Plautus ĩ captiuis operta quæ fuere aperta ſunt patent preſtigiæ:

Præſtigii inuẽtor mercurius

P recarium ut ſcribit Vlp. iureconſul.eſt quicquid præcibus petenti utendum conceditur tam diu q̃ diu is qui concedit patitur:precario data quæ ſunt illico reddẽda cum repetuntur:

P teroti calices alati pinnatiq; dicentur ab aliqua ſimilitudine:Plinius.xxxvi.Sed quid refert Neronis prĩcipis prĩcipatu repta uitri arte/quæ modicos calices duos quos appellabãt Pterotos ſextertiis ſex milibus uẽderet πτερον alam dicunt:Vnde Ptera & Pteromata templorum muri duo/ut ait Strabo.xvii. ad altitudinem eo℞ utriq; ſurgentes/ita dicti q alarum ſpecie quaſi protegant:Hic & monopteræ & Peripteræ ædes Vitruuio:Pſeudopteros quoq; & Dipteros in mentione ædium ſacra℞: Plinius. xxxvi. Aliæq; rurſus extra mu℞ Labyrinthi ædificiorum moles:Pteron appellant.

Monopteræ
Peripteræ
Pteron
Andricelon

P urpuriſſum a purpura ut opinor/e factitiis coloribꝰ græce Andricelon uocãt:de quo Theophraſtus/Ariſtoteles Plinius & alii:pictores eo utũtur & fœminæ rubentes ĩ

primis genas reddũt:hinc genæ & buccæ purpurissatæ:

P silothrum medicamen ne pili surgant/& ad prohibẽdũ eos e corpore:Plinius.xx.de brassica cum lasere & aceto ĩ uicẽ psilothri euulsus illit⁹ pilis nasci alios ꝓhibet: Idẽ xxx. de uipera Psilothri uice utuntur euulsis prius pilis quos renasci nolunt:Lampridius de heliogabalo In bal neis semp cũ mulieribus fuit ita ut eas ipse psilothro cu raret ipse quoq; barbã Psilothro accurans:Fel herinacei Psilothꝝ est utiq; mixto cerebro uesptilionis & lacte ca prino:Martialis psilothro faciẽq; lauas & Dropace cal uam: Nũquid tonsorem Gargiliane times:

P lagulas quadrata lintea dicere solemus:nã plagæ ut No nius scribit grandia sunt lintea/& lecticariæ modo uoca tæ Syndones:Dicũtur & quadrata proprie retia Plagæ quæ græci Arcyas uocant: Lecticariæ Syndones Arcias

P eriscelis ornamentum circa crura de quo Horatius:Sce los græcis crus:Inde Monosceli Plinio unico crure in cedentes & eidẽ Sceletizontæ a cruribus supplãtatores nisi mauelis legere Celetizontas hoc est celere certantes ĩ equestri certamine currẽtes quos Celetas uocãt/Vnde xxxiiii. Equestres inquit statuæ modo romanã celebra tionẽ habent:orto sine dubio a græcis exemplo/sed illi Celetas tantũ dicabant in sacris uictores: unde & nostri currus nati in his qui triũphauissent:

P anus in textrina ipsum uidetur esse stamen inuolutum quod & Panula & panicula uocatur/ Lucilius foris in quit subtegminis panus est/a quo & tumor inguinis pa nus dicitur auctore Nonio/alii pro glomere fili in radio texentium panum accipiunt: quo in significatu utitur M.Varro de lingua latina/Panis inquit dictus ꝙ primo figuras faciebant ut mulieres in lanificio in quo Panus: & sic postea quasi ei figuras facere ĩstituerũt alias:Fit & panus in alis & in uertice cum dolore & distenctione ue hementi:in eoq; quiddam simile pustulæ est: dicitur & Panicula ac græce Phygethlon ut refert Celsus libro.v. Plinius.xxiiii.de uisco:Panos mitigat omnis generis:Itẽ/ Phygethlon

Cantharides

de hammoniaco maturat panos/extrahit clauos/cum melle/Idem.xxx.Panos aperit seuum pecudum cum sale/tosto/& mox/Cantharides mixta calce panos scalpelli uice auferunt:

Plumatile

P olymita a multiplici liciorum uarietate μιτων licium Vnde hexamytan sex Plinius.viii. Plurimis liciis texere quæ polymita appellant Alexandria instituit:Vnde Polymytarius textor uestis polymytæ: & Polymytarium opus quod nostri Plumarium uocant: & artifices plumarios/a plumando ut uolunt: Nonius Plumatile aut clauatum/aut ex plumis factum interpretatur apud illud Plauti in epidico/Cumatile aut plumatile aut cerinum/gerræ maximæ: Vitruuius libro.vi. Ad septentrionem spectent & plumariorum inquit textrinæ pictorumq; officinæ:

Bambicelli
Andricellos

P anicularii uendentes paniculos Xylinos aut Bambacinos in primis purpurisso infectos/quibus utuntur fœminæ ad genas sanguineo colore fucandas/& Bambicellos uocant:alii Andricellos/est autem paniculus a pano hypocoristicos:Iuuenalis/quas paniculus Bombicinus urit:

P elliones pelliceas uestes consuunt pelliariam exercentes ĩ pellesuina/quæ est pellionũ officina:de pellionibus Lãpridius in Seuero Cæs.& Plautus in menechmis:

Clymis

P atagium aurea chlamys Nonio quæ preciosis uestibus ĩmitti solet Plautus ĩ epidico Indusiata/patagiata:Festus patagium inquid quod ad summã tunicam/adsui solet quæ & patagiata dicitur/ut patagiarii qui eiusmodi faciunt:in quo significatu Apuleius.ii.asini aurei/Crines p colla dispositos sensimq; sinuato patagio residentes/ & Tertulianus de pauone/qua colla florent omni patagio inauratior:

P uppæ & diminutiua uoce Puppulæ puppi quoq; & puppuli imagunculæ sunt quibus cũ puellæ oblectantur & ludunt ut cotidie etiam uidemus: Persius nempe quod Veneri donatæ a uirgine puppæ:Sed & puppas pueras

& puppos puellos/appellarũt maiores/ auctor Nonius ex Varrone/Martialis Puppã se dicit sellia cum sit anus Dicti etiam pusi & pusæ:unde Pusiones: Pusi Pasæ

P eredia edendi desiderium:peredia inquit Festus & bibe siam Plautus cum dixit ĩ Curgulione intelligi uoluit cu/ piditatẽ edendi & bidendi: Bibesia

P aludamentum uestimenti genus imperatorii Vnde.M. Ciceroni/Paludati uulturii/Nouius chlamyda dixit:M. Varro insignia & ornamenta militaria uocat paluda/ menta : ideo ad bellum cum exit imperator paludatus dicitur proficisci:dicta autem q͏̄ conspiciuntur qui ea ha bent ac fiunt palam/Plinius Agrippinæ Augustæ Clau/ dii Cæsaris paludamentum dat auro textili sine ulla alia materie/ Idem xxii.Atq͏; (ut sileamus) Callatiæ/Africæ Lusitaniæ granis coccum imperatoriis dicatum paluda mentis/transalpina sallia herbis Tyrium atq͏; conchyliũ tingit omnisq͏; alios colores: Tyrium Conchilium

P allium uestis philosophoꝶ & græcorum cum primis:a qua palliatus:Inde palliolum & eo amictus palliolatus eo etiam cadauera contegebantur : A pallio Pallionesallioꝶ factores apud Lampridium: Palliones

P hrygia uestis acu picta/ cuius artifices phrygiones uo/ cantur : Plinius.viii . Pictas uestes iam apud Homerum fuisse/Vnde Triumphales natæ : Acu facere Idei phry/ ges inuenerunt ideoq͏; Phrygiones appellati / qui Acu/ pictores/Toga picta cõsulũ & triũphãtiũ erat gestamen: Acupictores

P retexta uestis pueroꝶ ingenuoꝶ/qua posita/togam uiri lem induebant:inde prætextatus sermo & mos præte/ xtatus nihil habens obscœni: Dicta q͏̄ illi purpura præ/ texitur:aliquando & magistratuum:Primus Tullus Ho stilius rex Ro.toga prætexta usus est/ auctore Pli . & p̄/ texta pulla uti solitos tantum legimus / qui funus facie/ bant:Prætextæ apud Aetruscos originem iuenerunt in/ quit Plinius.viii. Sũt qui uolũt mores prætextatos ob/ scœnos dici apud Iuuenal. Prætextæ ori/ go

P oderis tunica ad pedes demissa / Diuus Hieronymus

Talaris tunica tunicam Talarem interpretatur lineam duplici Syndone quam Iosephus Byssinam uocat:

Palla / Pallium — P eplum uestis presertim fœminea quam pallam nõnulli dicunt:ad uestigia usq; deductam: Maro.xi.æneid. pro crinali auro pro longæ tegmine pallæ: Nonius Pallam honestæ mulieris dixit uestimẽtũ hoc est tunicæ palliũ:

Scortea — P enula uestis quam super alias uestes accipimus: Itineraria habetur & ad pluuias ut scortea/cum sit interdum e corio/Spartianus in Hadriano:In quo magistratu ad perpetuam tribunitiam potestatem omen sibi factum asserit/q; penulas amiserit quibus uti Trib. pleb. tẽpore pluuiæ solebãt:Imperatores autẽ nunq̃:inde penulatus:

Fasciæ — P edules pedis calceamina/ut crurules crurum e lana: antiquis fasciæ pedules/ qbus pro calciatu usi sunt: Vlpianus Iurecõsultus titulo de au.& arg.leg.libro.xxxiiii.ff. Fasciæ inquit crinales pedulesq; & pilea/uestis loco sunt quia partem corporis uestiunt/quo loco crurules a cruribus fascias quis non temere legerit/ usitatiores tamen crinales fasciæ:

P antophilæ uulgo/ siue Plantophilæ solearum crepidarumue genus e corio infarto subere/hyemis tempore in usu uiris æque ac fœminis, totæ amicæ pedibus illos a frigore/niue/& aqua defendentes:unde nomen:

Patitii / Milare — P hecasia Phecasiiq; inter calceorum genera numerantur a quibus Phecasiati erant & Patitii quasi patẽtes: & ita Parmensibus nostris hodieq; nominantur quibus cum triumphasse.C. Marium referunt/ sed hos patritios alii uocant Fuere & Mulei regum primo albanorum mox & patriciorũ a milando idest suendo nuncupati: Vopiscus in Aureliano Cæsare:Calceos inquit Muleos & cereos/& albos & hederaceos uiris omnibus sustulit/mulieribus reliquit:habentur & Apuleio lutei calcei: & nobis/Pteroti ab alis.

Pileatus — P etasus pileus & galerus capitis operimen ad Solem ad imbres maxime arcendos/eo Mercurius insignitur:inde Petasatus pileatus/galero redimitus:

P ascceolus sacculus ex aluta numarius Plautus i rudente centum denaria Philippea i pasceolo seorsum:numorꝫ receptacula habētur sacculi Sacelli Marsupia/loculi lo/celli/crumenæ/uidulus/sacciperium/folles & alia/ Numorꝫ rece ptacula

P harmaca bona & mala dicimus:meson est idifferens & anceps uocabulum/ut nostris quoqꝫ uenenum/hinc ue/nenum cum dicis bonum adde uel malum/inquit C.Iu reconsul.de uerb.sig.li.L.digest.Antipharmacum cōtra uenena/Pharmaceutice medicia de qua diximus/Phar/maceutica medicinalia fere qualia scripsit Galenus/Ale/xipharmacum ab auxilatoria & depulsoria ui nomen accepit/Plinius xxi.de Podio herba/nec magis alia her/ba conuenit medicamento quod Alexipharmacum uo cant celebrantur & Nicandri Alexipharmaca:Pharma codes odor medicati medicamentiue : nam pharmaco/polæ uenditores notissimi:inter quos erunt qui serpētes circūferunt/ostentant pertractant sine noxa/seqꝫ a mar/sis oriundos alii psyllisue mentiuntur/ alii se Diui Pauli gentiles prædicant de quibus credendum est profecto/quod Celsus existimauit:neqꝫ Hercules inquit scientiam præcipuam habent hi qui psylli nominantur/ sed auda/ciam usu ipso confirmatam: Venenum Antipharma con Alexipharma con Hos cermato nos uocāt

P yriases fomenta dicentur quæ calida apponuntur mē/bris male habentibus : nam Pyriateria balnearum loca ab ignis calore sunt fere ut laconica quæ dicebātur & sudatoria:Pyrolampides uero Plinio lampyrides ut di/ximus & nostris Cicidelæ : igniū modo noctu lucentes: Pyrolāpides Cicidelæ

P astilli ut diximus græcis Trochisi nominantur a pane p diminutionem ut inquit Festus:cui pastillum genus est li bi in sacris rotundi:Celsus lib.v. Pastilli sunt ad racentia uulnera glutinanda sananda qꝫ apti : Plinius de ompha/cio lib.xiii.Fit & alio modo cū imortariis uua imatura teritur:Siccataqꝫ in sole postea digeritur in pastillos: Trochisci

P essi medicamenta sunt quæ fœminæ in molli Lana na/turalibus idere solent/Cor.Celsus lib.v.quæ fœminis su biiciuntur Pessos græci uocant/composita medicamēta

molli lana excipiuntur:eaq; lana naturalibus cōditur:

Lepides

Porrigo fit i capillo/barba/& supciliis / cū iter pilos quædā quasi squámulæ resoluuntur/ a græcis Lepides/ Pli. xx.de mentastro/contra porriginem ex aceto ifunditur capiti in sole/& xxxii. Testudinum sanguine & porrigo oīaq; capitis ulcera curantur / quod & Serenus docuit: Celsus lib.vi.Porrigo ubi inter pilos iquit quædā quasi squámulæ surgunt/hæq; a cute resoluuntur/& iterdum madent/multo sæpius Siccæ sunt/modo sine ulcere/modo exulcerato loco/non sine malo iterdū odore/ fereq; in capillo rarius in barba / aliquando etiam i supercilio cum humore est magis offendit:caput tunc sæpe radendum cū sicca cōmodius est subinde pectendo repurgare/Inde Porriginosi Caio Iureconsul.lib.xxi dig.

Porri i hoīe medicis dicti/spiramēta Pli. & aliis dicunť.

Hephritis

Phrenitis cerebri uitio nascitur furiosa ut iquit serenus:febricitantium ꝓpriæ isania est:nā ex febribus eā cōtingere tradit & Vulp.lib.xxi.ff.tit.de ædile edict.ide phrenetici/quando non phrenesis/sicut Hephritis non nephresis:Pleuritis non pleuresis: Arthritis non arthresis dicitur nisi uulgarē sequi uoluerimus imperitoꝝ cōsuetudinē qua factum est ut in codicibus fere oībus semper phrenesis & pleuresis inueniantur:ubi de ipsis habetur mentio ueluti in Cor.Celsi.lib.iii.Cui acuta insania & i febre phrenesis dicitur/Sed cum dementia ipsa continue esse incipit:uel cum æger uanas imagines accipit / & demū illis addictus est huic & somnus difficilis/& in primis necessarius est.

Error impitorum

Dementia

Ozolis

Polypus in naribus morbus mali odoris: a polypo pisce: cui pedes & Cirri sunt multi & grauis odor capitis/præsertim ozenæ(quam ozolin quoq; Aristoteles)inter polypoꝝ genera / quæ sunt multa ut scribit Plinius . viiii . Cor.Celsus lib.vi.Polypus est carūcula modo alba/modo subrubra/quæ nariū ossi inhæret/ & modo ad labra pendens narem implet:modo retro per foramen quoq; spiritus a narib⁹ ad fauces descēdit adeo icrescit/ut post

nuam cõspici possit, strãgulatq; hoĩem maxime austro & euro flantibus: fereq; mollis est: raro dura, eoq; magis spiritum impedit & nares dilatat, quæ fere Carcinodes est, itaq; attingi non debet. Nascuntur iterdum etiam in naribus carũculæ similes muliebribus mãmis, atq; imis partibus quæ carnosissimæ sunt ĩhærent: medicamẽtis adurentibus curantur, interdum tamen inarescunt: Carcidones

P arotides collectiones apostemataq; sub ipsis auribus ex iflamatione ibi orta, uel post longas febres illuc impetu morbi conuerso dicuntur, in his glãdulis quæ iuxta aurem utramq; Adenes græce uocantur ut iam dictũ est: παρωτα Vnde otalgia morbus aurium: Significant & parotides Cor. Celso arterias duas dextra sinistraq; iuxta guttur quæ sursum procedunt: atq; ultra aures feruntur, Sed & eidem libro. vi. iuxta dentes in gingiuis tubercula quædam dolentia hoc nomine significãtur: ubi Parodõtides legebat Hermolaus, aut quemadmodum Paulus, nosq; etiam & alii parulides, Ipsi quoq; aurium cincinni parotides nominantur apud Pollucem: otus uero auis bubone minor noctuis maior aures habet plumeas eminentes unde nomen: Asionem latine sunt qui appellent: Adenes Otagia Parulides Otus

P aronychia abscessus appellatur circa radices unguium Galeno & aliis, non sine dolore, quando nerui indigitis ungues gignunt, ut dentes in gingiuis fiunt, qui iniuria affecti intensum dolorem mouent:

P terygium morbus inquit Celsus lib. vi. cum recedit carũcula ab ungue haud paruo cum dolore, Plinius. xxviii. Pterygia digitorũ fel taurinum aridũ aqua calida dissolutũ, nam & pterygia oculorũ habentur cũ membranula quædam neruosa oritur ab angulo narium, uel temporũ parte, ad coronam usq; interim & pupulam operiens officit, eodem Celso auctore, Fel Taurinum

P neumoniam siue peripneumoniam pulmonis inflamationem uocant ex distillatione præsertim uehemẽti, uel synancha, uel suspirio uel pleuritide prouenientem, ut Synanche

sanguinis inde copiosi & pueris quoq; ut Celso placuit libro.IIII.excreato fieri soleat/maiore periculo q̃ dolore:

P leuritidem laterum compunctionem fere uocat Plinius aliquando & lateralem dolorem ut.XXI.de Thymo/ Si lateralis dolor sit aut inter scapulas aut in thorace: Vn/de Corneli⁹.Celsus.libro.IIII.Stomachus ĩquit lateribus cingitur quæ dolores uehemẽtes sentiunt: oriturq; his acutus morbus qui Pleuritis a græcis nominatur cum febre & tussi/ per quam excreatur pituita si tolerabilis pituita si tolerabilis dolor est/Si grauis sanguis/ interdũ etiam sicca tussis est: Alex.Aphrodisæus Iris & hysopus lateris morbo quæ pleuritis dicitur cõferunt/q̃uis enim calida sint tamẽ humores incidũt qui pituitatem intra eam membranulam gignũt qua costæ subcingũtur:

Acutus mor/bus

Pleuritis

P hymata tubercula dicũtur ut furunculi fere/nisi q; ma/iora sunt/& rotũdiora/planioraq; cũ inflãmatiõe & dolore nam Cor.Celso libro.V. furũculus oui dimidii ma/gnitudinem raro explet/nũq̃ excedit/ Phyma etiam la/tius patere cõsueuit: in pueris facile nascitur & facilius tollitur:Idem.VI.Tubercula etiam quæ phymata græci uocant circa glandem oriũtur/quæ uel medicamentis uel ferro adurũtur/ & cum crustæ exciderũt squamma æris inspergitur:ne quid ibi rursus increscat:

Phyma

Phymata

P odagra morbus peregrinus diu Italiæ ĩcognitus: Vnde latinum nomen adhuc nõ habet/inter articulares mor/bos numerãdus: uexat enim dolore pedes/& articulos cõtrahit/hinc nodosa/incessum quãdoq; adimens: Vñ Podagrici: Firmicus In uigesima octaua aquarii parte quisquis habuerit horoscopum erit podagricus: Chira/gra uero manus afficit: de quibus medicorum schola Apuleius.V.asini aurei/plerũq; detortos & duratos in la/pidem digitos eius perfricans fomẽtis olidis: est & Per/sio lapidosa chiragra/scribit Suetonius Galbã Cæsarẽ adeo fuisse manibus pedibusq; articulari morbo distor/tissimis: ut neq; calceum perpeti neq; libellos euoluere aut tenere omnino ualeret:

Chiragra

Articularis morbus

P eriodicæ febres de quibus Celsus libro.ii.sunt quæ cer/tum circuitū habēt/Plini⁹.xx.de Colocynthide siluestri cucurbita semina eius si fuerint pari numero adalligata febribus sanare dicuntur quas periodicas uocant:Periodon ambitum etiam Rhetores: a quo periodicæ dictæ Galeno & aliisq́ certo statoq́ circuitu redeūt: ut meræ quartanæ/& tertianæ:Et periodos uictor qui per ambi/tum quatuor illa græciæ sacra uicit certamina (ut iam dictum est/tales hieronicæ sacrorum certaminum uicto res maximam adoream reportabant: Hieronicæ

P hlegmones ab inflāmatione dicti sunt abscessus & col letiones & ipse inflāmatiões quas & impetus nostri uo/cant:in his oportet Tasin cōtingere hoc est tentionē lo/ci in quem materia nocēs confluit:quorū genera cū ali/bi tum ad Glauconem Galenus prosequitur:Celsus pri/mo libro Si sanguis in eas uenas quæ spiritui accomo/datæ sunt trāsfunditur / & inflāmationem quam græci Phlegmonem nomināt excitat: Inflāmationes mouent retenta materia/os læsum: neruus cartilago/musculus/& alia serpit autem ulcus in locū pustulosum pustulæ ut idem īquit lib.v. in eum qui pallet aut liuet/pallor & liuor in id quod inflāmatū est/Inflāmatio in id quod in/tegrū trāsit:inter hæc febris acuta/quibusdā deliriū affi/citur stomachus plurimi sub frigido sudore moriūtur: Musculi uero percussi mortē afferūt/ precisi sanitatē re/cipiūt:Et integrum corpus membrūq́/sine febre/ absq́ morbo minime lesum/quod græci Ilictines uocant: de quo nō semel idem auctor meminit: Tasis Phlegmōn Delirium Ilictines

P ustulas græci phlyctænas dicūt/quarū tria habētur ge/nera Exanthemata/Psydracion & epinyctis/de quibus iam diximus / fiunt & aliæ pustulæ minus utiq́ infestæ Plinius.xx.de lactuca Ambustis quoq́ prosum recenti/bus priusq̄ pustulæ fiant cū sale illitæ/Idem.xxvi.de Ti/thimallo:Est.n.tam feruētis naturæ ut pro se extra cor/pori impositū pustulas ignium modo faciat/& pro cau stico in usu sit:&.xxix.Ambusta aquis si statim ouo oc/ Phlyctena Exanthemata Psydracion

cupentur pustulas nõ sentiũt:utcũq; extuberatio est pustula unde in pane inter coquendum adsurgit iterdum & in digitis inter personandum cithara/ & inter fodendum ligone/ atq; ex multo itinere per æstates ĩ pedibus proueniunt pustulæ/unde pustulosus:

P apulæ duo habẽtur genera ut scribit Cor.Celsus.v.unũ cui per minimas pustulas cutis exasperatur / rubet & leuiter rodetur:tarde serpit/ rotundum incipit/& ĩ orbem

Agrion

procedit: Sæuius est quod Agrion idest ferum uocant: nam & cutis magis exasperatur & exulceratur(ruborẽ

Boa

ĩducũt utra quæ)nomĩaturq; id Boa Plinio.xx.ut dictũ est:Seruius apud illud Maronianum.iiii.Georg.Arden-

Carbunculi

tes papulæ atq; ĩmundus olentia sudor:Carbũculos interpretatur:Sunt & sudoris papulæ quas Cor.Celsus.v. pastulis adnumerat idẽ Plinius.xxiiii. de lentiscino oleo utuntur eo & contra nimios sudores/papulasq; sudorũ: Nigrescũt & papulæ quædam:Vnde.xxviii.Papulis inquit nigris caseus caprinus siccus ex melle & aceto:

P hagedænam exulcerationem uocant ad ossa usq; celeri cum inflãmatione descendentem/odor illi fœdus/& sanies/sed & mortem affert Plinius. xxviii. Ea uero quæ phagedænas uocant in ulcerum genere corii bubuli ci-

Tithimallis]

nis cum melle & xxvi. Phagedænis quod nomen sine modo esurientium est/& alias ulcerum Tithymalli medentur cum Sesamis sumpti/ sunt & ipsi Plinio. xxiiii. Vulnera phagedænica in mentione gallæ:Vnde Celsus libro.vi.non nũq̃ etiam id genus cãcri quod phagedænes a græcis nominatur in cole oriri solet/quædam etiã nigrities est quæ non sentitur & serpit/ac nisi occuratur ad uessicam tendit / neq; succurri postea potest/ fit & in summa glande circa fistulam urinæ:

P yricauta græci: ambusta latini,uocant/quæ Cor.Celso & adusta & adustiones dicũtur/Plinius libro uigesimo

Ambusta

quarto de platano Cinis inquit pilularũ sanat ambusta igni uel frigore:

P yroboli tela ignita:quæq; non sine igne mittuntur: ho-

rum mentio est apud Plutarchum in Dione/ubi refert Pyrobolorum incendio plures extinctos/ habentur & Pyrecbola quæ nos igniuoma: Pyrecbola

P sora græcis scabies unde ψωραλεος scabiosus: Plinio uidetur psora interdum genus esse scabiei pustulosæ fere & Sæuioris: ut ψωραγρια: Is libro.xx. de Siluestris cucumeris radice/ Arida inquit cum resina impetiginem: & scabiem quam psoram & lichenas uocát parotidas/ & panos sanat: Psoraleos Lichenæ

P hthisis tabis species cum a capite distillans catarrhus pituitaue pulmoni exulceratioñe inducit Cor. Celsus.iii. oritur fere a capite/inde in pulmõem distillat: huic exulceratio accedit/ex hac febricula leuis fit/frequens tussis est/pus excreatur/interdum cruẽtum aliquid: Phthoen tamẽ dicunt: quicquid excreatum est igne impositum mali est odoris: Inde Phthisici: Sed tabem græci generaliter phthisin uocant: a Tabe tabiti nominati: de Atrophia & Cachexia iam diximus: Phthoes Phthisis

P hthiriasis in cõmune corpus totum afficit: dicitur & in specie & in palpebris quoties in earum pilis pediculi nascuntur: quæ cum ex malo ut refert Cor. Celsus libro. sexto corporis habitu fiat raro ultra procedit: Sed fere tempore interposito pituitæ cursus acerrimus sequitur exulceratisq́ uehemẽter oculis aciem quoq́ ipsam corrumpit: φθειρος pediculus φθειρω corrumpto hinc phthirophagi a sordibus dicti tanq̃ pediculis uictitantes in squalore & pedore/ quos & Pthirophagos recte dicemus sicuti & pthiriasin dempta prima aspiratione: ut passim scribi uidemus: Pediculus Phthirophagi

P hygethlon panum quãdoq́ dictũ legimus uel in Cor. Celso libro quinto & panem quoq́ a forma/ tumore in eo non alto/Sed plano/in quo quiddam simile pustulæ est: at dolor distentioq́ uehemens/& maior præ magnitudine tumoris: interdũq́ febricula/id ipsum tarde maturescit/ nec magnopere in pus conuertitur: fit maxime in uertice/alis/ & iguinibus iner miutos abscessus

numerãdus:

Vulcera ad Calcem

P ernionès ulcera calcem occupant ut diximus: fiunt frigoribus hibernis præsertim in pueris rubor est mediocri cum ĩflamatione:oriuntur pustulæ mox exulceratio dolor medicus pruritus maior:

Tonsillas

Isthmon

Oesophagus

P aristhmia & Antiades quæ e nostris multi Tonsillas dicunt ulceroso interdum abscessu Galeno ĩ faucibus nõ sunt sed in loco ad modũ proximo seu cõtiguo quem Isthmon græci uocant Is in libris Anatomices spatium quoddam cõmune gulæ ac gutturi ad quod utrũq; orificium terminatur Isthmon appellat quoniã angustum & oblongum est: Alii pro faucibus siue oesophago: nã oesophagus græcis gula dicit Meri Arabis & medicis nostris quæ ad collum pertinet: oesophagus enim siue Isophagus nonnullis inter collum & arteriam positus deiiciendi cibi potusq; uiam suggerit: unde a delatione cibi inuentriculum nomen accepit:

Repastinatio

P astinum ferramentum bifurcum quo semina pangunt inquit Columella præcipuum ad uineta:unde pastinare altius terram aperire & inde repastinare a quo repastinatio rei rust.scriptoribus:nunc quicquid emoti soli uineis præparatur repastinatum dicunt:

Exaphori

Tetraphori

Phalangæ

P halangæ quibus baiuli ad ferenda cõmodius onera utũtur:Sceryophoria Platoni dicuntur unde phalangarii quoq; nominantur modo hexaphori modo tetraphori Vitruuius.x. oneꝶ maxima pondera cum feruntur a phalangariis Hexaphoris & Tetraphoris examinantur per ipsa media centra phalangaꝶ:uti indiuisi oneris solido pondere certa quadã diuisionis ratione æquas partes collis singuli ferant operarii:Hisdem pontes etiã sternunt Plinius fustes nodo carentes Phalangas uocat: Phalangæ quoq; mensuræ genus atq; ponderis: Idem Plinius.xii.de Ebeno Herodotus eam inquit æthiopiæ intelligere malluit tributi uice regibus persidis e materie eius centenas phalangas tertio quoq; ãno pensitasse æthiopias cũ auro & ebore ꝑdendo Phalanges mace

donici exercitus i primis notissimæ Lápridius de Alex. Cæsare Fecerat & phalangem.xxx.millium hominum quos phalágarios uocari iusserat Sed Iulius Polux phalanges & phalangia uocat ligna quibus subiectis naues trahi solent Araneorum etiam habentur phalangia ipsi Plinio & aliis:

P halangium aranei genus corpore exiguo/uario/acuminato ad saltum ingredientium / noxio morsu/ut inquit Plinius.xi.quod.xxviii.dicit ignotum Italiæ:esse tamen núc in Italiæ parte Apulia & fuisse nónulli existimát: & eamdem Tarátulam opinantur de qua diximus:utcúq; Solinus miratur in tam exiguarum uirium corpusculo eam uim fore ut ictum hominé ueneno interficiat:Cretæq; id malum dedit: Percussis tremor interdum oritur Idem Plinius. xxi. de Abrotono/Efficacissimum contra ea quorum ueneno tremores & frigus accidunt ut scorpionum & Phalangiorum / nascitur & in eruo phalangius bestiola aranei generis per hyemem aquosam:

Tarantula
Alii stellioné dicunt

P yror græci uocant Triticum/Vnde Pyrinon triticeum: hinc Autopyrus panis ex ipso plane totus tritico/quem & Syncomistum núcupant:Ab Hippocrate Pyrinos & Anerectos appellatur / de Autopyro Plinius quem fermentatum ad nónulla tradit utiliorem:

Pyrinon
Autopyrus
Syncomistú

P ronaus in fróte locus quasi Antica/ante templú:Ναος ιερος ædes sacra/Colúnæ sunt iquit Vitruuius medianæ in pronao & postico ad perpendiculú medii centri collocandæ:Item libro.v.Ne impediát aspectus pronai ædis Augusti : posticum autem spatium post templum fuerat græci ni fallor Opistodomum appellauere:

Antica

P hyseteres pisces ab effectu nominis græci uocant quasi flatores unde Ruffus in Arato Anhelosos núcupat:

Anhelosi pisces

P hylogyneia mulierositas amor erga mulieres Ciceroni Tusc.quest.iiii.qualis est in his quos mulierosos uocant & mulietarios ut Iulius Capitolinus:

Mulietarii

P linthus later græcis dicitur:unde Diplinthius & Triplinthius:Vitruuius secundo Parietes inquit lateritii nisi di

Diplinthius

Triplinthius

plinthii aut triplinthii fuerint sesquipedali crassitudine non possunt plusq̃ unam sustinere cõtignationem: Sũt eidem in spiris columnarũ Plinthi & plinthides:& ĩ earumdem capitulis plinthi quoq; non semel: Spiræ pars ima plinthus: capitulis uero cum datur in summo fere deformabitur: Et libro.viii.de horologiorũ ratione usu & inuẽtione, scribit Plinthiũ siue lacunar, quod etiam in circo flãminio est positũ, Scopã Siracusiũ inuenisse:

Scopæ iuẽtũ

Physignomus qui mores naturasq; hoium & hisdẽ euẽtura ex oculis uultu totiusq; corporis ut Gellius inquit filo atq; habitu se cognoscere & prædicere profitetur: qualis olim Zopyrus celebratr: ars ipsa Physionomia:

Zopyrus

Ancones

Prothyrides siue Ancones ad ornatũ ostiorũ exculptæ adduntur summa parte, dextra ac sinistra supercilii sub ipso hyperthyro: nostri architectones uocant in fronte habeãt crassitudinẽ ex antipagmẽti tribus partibus unã: At pthyra uestibula sunt ut diximus: De hac dictione Thomas Plouatatius Pisauriẽsis deridet Acursiũ & Hypothira lumen apertionẽ cauitatẽq; in ostiis appellãt quæ quo modo cõstituẽda sint docet Vitruui⁹

Prothyra

Thomas plouatatius

Præfurnium in balneis diximus: Vitruuius.vii. Aedificat locus inquit (ut laconicũ) & expolitur marmore subtiliter, & leuigatur: ante id fit fornacula habẽs in laconicũ nares, & eius præfurnium magna diligẽtia cõprimitur ne flãma extra dissipetur: In fornace resina collocatur: hanc autem ignis potestas urẽdo cogit emittere per nares intra Laconicum fuliginem, quæ circa parietem, & cameræ curuaturam adhærescit: Inde collecta partim componitur ex gũmi subacto ad usum atramẽti librarii: reliqua tectores glutinũ admiscẽtes in parietibus utũtur: Item libro.viii Cœlũ quod est in balneis ex præfurniis ab ignis uapore percalefactum corripit & pauimẽtis aquam, & aufert secum in camerarũ curuaturas, & eam sustinet, Ideo q; semper uapor calidus in altitudinẽ se trudit, Hæc autem ex Vitruuio adscripsimus ut sub una præfurnii dictione posita, multa alia scitu digna di-

Præfurnium

Cœlũ ĩbalneis

scerent lectores curiosi:

P uteolanus puluis maris opponit̃ fluctibus/mersusq́ȝ protinus fit lapis inexpugnabilis undis:ut saxum:& fortior quidem si cumano misceat̃ cemẽto: In Cicizena quoqȝ regione/terra nõ puluis est eiusdem naturæ quæ demersa mari lapidescit:de his Plinius.xxxv. & Vitruuius libro.ii. Puteolanus inquit puluis cõmixtus cum calce & cemẽto non modo cæteris ædificiis præstat firmitates: sed etiam moles quæ construuntur in mari sub aqua eo solidescunt.Porzulana a neotericis appellatur: Cicizena Porzulana

P upula & pupilla acies in oculis per quam solam uidẽdi spiritus exit:Plinius.xxviii. Auguriũ ex homine ipso est: non timẽdi mortem in ægritudine q̃ diu pupillæ imaginem reddãt:Duplex pupula fascinatorem arguit:

P aracentesis Plinio.xxv.de Anagallide herba punctio dicitur hoc inquit iniunguntur ante quibus paracentesis fit : hæc autem in Ascite hydropis specie/morbisq́ȝ aliis adhibetur: Punctio

P hilosomatos corporis amator:σῶμα.n.Macrobio corpus quasi quoddã σῆμα idest animæ sepulcrũ:& quãdoqȝ δέμας/hoc est uinculũ q̃ in corpore anima uincta habeat̃ ut in ergastulo & carcere/Vñ.M.Cicero i republica pariter utrũqȝ significãs/corpus esse uinculum/corpus esse sepulcrũ quod carcer est sepultorũ ait Immo hi uiuũt qui e corporũ uinculis tanq̃ e carcere euolauerũt:uestra uero quæ dicitur uita mors est:Philomythos fabularũ studiosus/qualis interdũ philosophus ut/inquit Aristoteles:Philotimus cupidus honoris / Philacrimatos pecuniæ: Philozous uitæ:ueluti bona procul dubio pars mortaliũ Philautos se ipsum amãs Philautia sui ipsius amor/Philãdrus amans uiros/ Philleremus solitudinẽ/Philtra amatoria:quæ ob amorẽ dantur pocula animis sæpe nocẽtia:quali ferunt Lucullũ imperatorem clarissimũ periisse & mille alia id genus/quorum refertissima sunt/dictionaria/minima etiã quæqȝ proculcata & uulgatissima nullo delectu cõtinentia: Sema Philomythos Philotimus Philtra

P ædagium in ædibus locũ dicemus ubi serui cõmorant̃: Plinius Iunior epist.vii.Puer inquit in Pædagio mixtus pluribus dormiebat: tãq̃ accipi possit pro cubiculo ser/uorũ puerorũq;:qui græcis παιδιον' qui a natibus etiã πυγιστικον pederastes pedico/& pederastia pedica/tus ipse atq; amor ille dãnãdus erga pusiões:de quo Sue/toniũ mentionẽ habere sunt q uelint in Nerone Cũ su/per ingenuorũ ĩquit pædagogia & nuptarũ cõcubinatus uestali uirgini Rubriæ uim intulit:ubi Hermolaus Proa/gogia legebat:pro stupro ꝓstitutioneq; eã uocẽ accipiẽs προαγω ꝓduco:nam pægagogia Vlp.Iureconsul.lib. xxxiii.dig.tit.de fund.Inst.mancipia uidentur appellata: Si instructũ fundũ legasset ea inquit pedagogia quæ ibi habebat:ut cũ ibi uenisset præsto essent in I triclinio le/gato cõtinent̃: At aliis loca pædagogorũ:ut grãmatista/ria:Pedagia in daciis habent & Iureconsulti / discrimen inter illa tamen facientes:

Pederastes
Explicatus suetoni locus

P odia:funis quo uela tendunt̃/ Vergil.latino uerbo pedẽ appellauit:At Podiũ ĩ scena/in ædilibus dicitur: Pedum pastoris baculũ Agolũue quo pecora agunt̃ noĩauere: Pedes pediculos a qbus pedecosus:unde est:Pedecosus squalidus ubi me uidit caput scabit pedes legit:Pedẽ strue re priscis ꝓ fugere dicebat̃: & Peda uestigiũ humanũ:

Pedecosus

P rosophon personã dñt qua faciem obtegimus:Atheni/sium(ut uolũt)inuẽtum cauatis corticibus:& ab Aeschy/lo poeta tragico ad actores fabularũ translatam/ Perso/nata inde uulnera latitantia intelligimus:hinc Donatus ĩ Terrẽtianum illud Cadauerosa facie id est subliuida ĩ/quit & personata liuore ac rubore:

Personata uulnera
Donati locus

P yxia e buxo tabellas dicũt/priscis litteras ĩ buxo ob fer/mitatem sculpentibus: Prudẽtius Buxa crepant cærata genis ĩpacta cruentis/ ad quod respiciens Diuus Hiero/nymus pueris erudiẽdis litteras buxeas fieri suadet:Pol/luci uero Pyxion est pictoris instrumentũ nam pyxides ĩ quotidianos usus notissimæ:& buxũ ad tibias non est qui nesciat/primi Phryges excogitasse credũtut: Nunc

Pyxion

sacrificæ Tuscoꝝ e buxo Tibiæ:Ludricæ loto ossibusq; asininis & argento fiunt inquit Plinius.xvi.

P arthenonem locũ græci uocant in ædibus abditiorem uirginibus cõuenientibus/unde nomen παρθένος uir/go:hinc Parthenias a uirginali uerecundia cognomen (ut uolunt)Maronis/ex eo ĩscia matre/custodisue ĩ iussu egredi pedẽq; efferre illis nõ licebat/sine noxa:quã con/suetudinem ut optimã seruant e nostris etiã nũc cõplu/res:Simplici ætati facile ĩponitur:ac peiora facile præce/pta iuuenes audiunt:quos uel maxime titillat blãda uo luptas:fuerat & Athenis eo noĩe templũ Mineruæ quæ/uirgo dicitur/ad Acropolin cura Periclis/cõditũ ab Icti/no Architecto/ut apud strabonẽ legimus/Plinius.xxxiiii Fecit & Phidias & ex ebore æque Mineruam athenis quæ est in parthenone stans: Parthenias Ictinus Archi/tectus

P seudosphecen dicimus mentitã uespam:quæ singularis uolitat ut Plinius.xxx.auctor est σφηξ / κοσ uespa:

P auiculæ ĩstrumenta a tundendo & culcando uidentur: qñ pauire uerbũ hoc ipsum fere significat uñ pauimen/ta/& pauitores:Plinius. xviii. Frugem aratro quæsitam furtim nocte pauisse ac secuisse puberi Duodecim tabu lis capitale erat:post & a pasco dictum pauisse Pauimenta Pauitores

P rodromi præcursores Pli.Cecilius Prodromon epistolã dixit ꝑcursoriã/alterPlinius.xviii.oĩfariæ hist.ꝓdromos Etesiaꝝ flatus/nã prodromos ficus iam docuimus: Etesia/flatus

P icris lactucaꝝ una cui amaritas nomen imposuit / ut illi Synthesi quã Hieram piceam uocãt medici & officinæ Est & atra quæ Meconis appellatur:quasi papaueracea a cõpia lactis saporiferi:qñ omnes somnũ parere ĩduce/req; credantur:hinc Tacitus imperator cũ lactucis pluri mũ uteretur/somnũ se mercari illa sumptus effusiõe di/cebat: Glycipicros amarus græcis qualis oĩo Amor est melle & felle ut ille inqt fœcundissi mus: Hiera picea Amor qualis

P soricũ medicamentũ Galeno & Dioscoridi:Cor. Cel. li vi.psoricũ oculis cõfert in collyriis:fit ex chalcitide cad/. maiq; ex aceto tritis & ĩ uase fictili ficulneis foliis coop/

to ſub terra poſitis per dies.xx. & rurſus tritis / meminit & Plinius.xxxiiii.

Plinii locus

P anchreſta medicaméta / χρηστος cõmodus α χρηστος incommodus: Plinius trigeſimo ſexto Sed cichorium Intubumue ob præcipuam & cõmodam ſalubritatem Enchreſton appellauerũt oculorũ medicamentis & his quæ Panchreſta appellãt: Eſt & eidem xxiii. Panchreſtos ſtomachice ĩ ſuperioribus nominata Sed uide ne perichriſta medicaméta intelligat & ita ſcriptum reliquerit.xxxvi.de quibus Dioſcorides ut iã ſcripſim⁹.

Portiſculus

P roreta qui improra ſtans quid expediat proſpicit uñ nomen / Plautinus Trachalio ĩ rudente Si tu proreta iſti naui es ego gubernator ero: Paulus: xxviii·digeſt. Si a magiſtro inquit uel gubernatore uel conductore aut Proreta nautaue aliquid factũ ſit: Portiſculũ eundem fere ego facile crediderim qñ is proprie hortator remigũ eandẽ ut ſcribit Nonius perticã tenet quæ portiſculus dicitur ea excurſum & hortamenta inquit moderatur: ſi excuſſerit illam remiges non ceſſant ſi depoſuerit quieſcunt: Ennius annal. viii. parerent obſeruarent portiſculus ſignũ cum dare cœpiſſet: hinc Plautus in Aſinaria ad loquendum atq; tacendũ tute habeas portiſculum: quieſente aũt nauigatione / locus in quo remi: & gubernacula reponuntur caſteria uocat̃ eius mentionem habet eo ipſo loco idem Plautus:

Caſteria

Paraſitũ cœnipetã qs prim⁹ dixit

P araſitum antiquiores miniſtrũ ſacrorũ appellauerũt / ſecuta ætas poſterior / cœnipetã adriſorẽ / ĩ quo ſignificatu primus (ut ferunt) uſus eſt Epicarmus:

P auſarius pauſam faciens / ut recraſtinator & procraſtinator: pauſa.n.eſt ab opere deſiſtentiã ceſſatioq; / & Nonio Marcello requies alicuius rei:

P ollinẽ triticæ fariæ mũdioris florẽ paſſim appellant: trãſit & ad alia Pli.xxiiii.de pice / ſubferuefacta ĩquit cũ polline farraceo inde pollinariũ incerniculũ cribrũue quo excernit̃: Plautinus Agoraſtocles ĩ poenulo: Nã iſte quidem gradus ſuccurretuſt cribro pollinario Idem Plinius

Hispani e lino excussoria & pollinaria: & Pollinto Ca/toni ac pollitor pollinis excretor & fariæ Pollinctor ue/ro q græcis qñq; Timiopola mortuo₊ dicit accurator & redẽptor/Nonio. Fulgẽtio & aliis a uerbo pollincere unde pollinctus & pollinctura/Pollictores Festus uocat & Polluctruram Plautus: — Timiopola

P lutei militares quo₊ ĩ militia ĩ bello usus ẽ ad oppugna tiones Vege.IIII. scribit ex uimine cõtextos ciliciis uel co riis cõtegi/ternisq; rotulis qua₊ una ĩ medio sit reliquæ ĩ capitib⁹ opponãt / ĩ quãcũq; partẽ uolueris admoueri posse/more carpẽti/quos applicãt muris/ atq; his ꝓtecti sagittis uel missilib⁹ oppugnãt: Plau. ĩ milite ad eũ uieas pluteosq; agãnã & sub uineis bellicis ẽt actis ad mœnia ꝓtecti milites ad subruẽda muro₊ fundamẽta penetrãt: — Vineæ

P olimẽta festo testiculi uerris & porculo₊ cũ castrãt/Plau. ĩ menechmis aut sinciput aut Polimenta porcina:

P arapherna spõsæ pter dotẽ quæ accedũt quasi doti ad/dita nã Pherne dos græce dr: Eadẽ anaclypteria ꝙ mũ/dus spõsæ at opinor tectus añ illã portabat / in cumera de qua Festus: & iam diximus: Anaclytiria uero de qui/bus mentionẽ habet Lãpridius erũt cubicula ferre & in quibus meridiamur & luce dormimus: — Phrene; Anaclyptiria

P õpholix ĩ erariis ĩuenit ut Spodiũ/ĩ aurariis etiã reptũ de qbus Plini. xxxIIII. Cõfert illa uitiis qbuscũq; oculo₊ uñ collyriis miscetur Tuciã uulgo nri uocãt/additur & spodiũ/oculo₊ medicamẽtis: cuius species quædã Cati/nia neotericis appellat qua Saponarii & uitrerarii cum primis ad candorẽ uitro & saponi dandũ utuntur. — Tucia

P secadas græci uocãt tenues mollesq; pluuias ex humo/ris aerii paucitate quasi irrorationes: Vt nõ abre nec te/mere Psecas sit Iuue. ãcillæ ornatricis & cosmetæ nom: — Psecas

P osca Plinio ex ordeo aqua decocta: sunt ex melle q ue/lint: Vinũ hodie quod aqua mixta Loram diximus: gẽ/tes plurimæ poscam uulgo appellant. — Cosmetæ; Posca

Pentathli



Vinquertiones græcis Pentathli: dicũtur athletæ Liulo qui generibus quinq; ludorum certabant a quinquertio quod græci πενταθλον: id autem genus certaminis & exercitationis in his quinq; artibus constat ut iquit Festus/ iactu disci/ cursu saltu/ iaculatione/ lucta:

Amphoræ — Quadrantalia latine eadem quæ Amphoræ/ ut iam dictũ est congios octo capiunt/ hoc est sextarios quadraginta octo/ Sextarius ipse uncias uiginti ut scribit Festus: Plinius.XIIII. P. Lucinius Crassus &. L. Cæsar cẽsores anno urbis conditæ sexcẽtesimo sexagesimo quinto edixerunt ne quis uinum græcum Amineũq; octonis æris singula

Quadrãtalia — quadrantalia uenderet/ meminit & Plautus:

Quinquepeda siue quinquepedal a numero pedũ Pertica geometræ agrimẽsorisue/ Sicut decempeda a decempedibus i ea notatis/ utitur hoc uerbo. M. Tul. Cicero: Sed

Decempeda — eidem quoq; est Decempedator/ metator ab ipsa decẽpeda Suetonius in Augusto nõnunq̃ cum decempedis uel etiam cespitem portãtes: Martialis in apophoretis De qnquepeda Puncta notis ilex & acuta cuspide clausa Sæpe redẽptoris ꝓdere furta solet: nostris autem est quam Hexempedam dicemus: a sex pedibus qua dimẽsio proficitur: Eã nãq; utuntur ad metiendum ligna/ fœnum/ agros/ parietes/ cameras & alia Fruges. n. & liquores demetimur aliis mẽsuris uti modio qui Medimnus

Mensuraꝝ & ponderꝝ noĩa — Sextario cuius dimidium Cotyla & hemina/ Chœnice Congio qui & Chus/ Cyathis ex dracmis fere decem Oxybaphis. XV. nam Artabæ ternæ denos capiunt modios/ Culeus uiginti amphoras/ habẽtur & alia mensurarum nomina sed notiora: hoc satis cõstat/ nõ conuenire super mensuris & ponderibus inter auctores: Lege priscianum de mensuris & põderibus & Hieronymũ:

Quadratũ corpus dicit᷑ quod nec gracile est nec obesum: id habilissimum est ut scribit Celsus. II. nã longa statura

ut in Iuuenta decora est/sic matura senectute conficitur gracile corpus infirmum/obesum hebes esse solet: Sed: & Aphrodisæo breui statura homines proceris ut plurimum sunt prudentiores: Vnde fons igeniorum Homerus Vlyssem breuem ac prudentem Aiacem uero procerum & stolidum describit:

Quietalis Pluto infernus a priscis dictus est/ꝙ mors det quietem erumnis erumnosis mortalium/is autem mortuis dominantur: Pluto Infernꝰ

Quercera seu querquera/Febris Gellio ubi/Egrotationem īquit cum febri rapida & quercera/illa significatur quæ frigida cum tremore hoīem uexat/Lucilius Querquera consequitur capitisq; dolores/item iactans me ut febris querquera/a græco certum est dici inquit Festus unde & Carcer: Querquera



RHododaphne Apuleio Rosa laurea dicitur: eadē Rhododēdron Plinius xvi. quāuis herba dicatur sabina rhododēdron ut nomine apparet a græcis uenit: alii Nerion/alii Rhododaphnen sempiternum frōde/rosæ similitudine caulibus fruticosum/iumentis caprisq; & ouibus uenenum est: idem homini contra serpētium uenena remedio: de sabina herba quæ ab hac omnino alia: est diximus: græci Brathyn appellant: ut scribit Plinius.xxiiii duo℞ gene℞: altera Tamaricæ similis/folio altera cupresso/partus emortuos apposita exthrahit & suffitu: Item lib.xvii. sabina inquit herba propagine seritur & auulsione: tradunt fece uini aut e parietibus latere tuso mire ali: hisdē modis Rosmarinum serūt & ramo qm̄ neutri semen: Rhododendron ꝑpagine & semine: Rosa Laurea Rhododendron Herba Sabia Nerion Rhododaphnen Brathys

Rhinoceros animal a cornu quod illi in naribus est nomē græce sortitur ριν ρινοσ naris κερασ cornu/quasi Naricornis: E cornu ipso uas ad oleum in balneis fiebat eo/ Rin Ceras

Guttus de quo animal ipsum nomine/Iuuenali & Martiali:gut/tus etiam balnearius nominatus: De rhinocerонte Pli/

Rhuncus nius/Solinus alii:transit & in derisionis nomen a naso/

Larchinus ut rhoncus qui fit naribus: Larhinus magnas habens nates:

Recidipna cœnatoria multi interpretantur:de quibus Satyrographus poeta: Rusticus ille tuus sumit recidipna quirine δείπνον cœna unde ἄδειπνος i cœnatus

Iuuenalis loc⁹ & δειπνοτήριον locus ad cœnādum:Politiāus Tre/

Trechedepna chedipna rectius legebat de qbus & Plutarchus in sym/posiacis mētionem habeat:apud quem Trechedipnos quoq; homines haberi constat/quos etiam ἐπιθυμοδείπνους uocant conuiuiis deditos:

Tenia Rhedimicula fasciolæ teniæq; a mitris pendentes: Maro & habent redimicula mitræ:Ponuntur & pro ornamē/to capitis muliebris/& effœminatoꝝ: Satyrographus poeta:Accipient te paulatim qui longa domi redimicu/la sumunt Frontibus & toto posuere monilia collo:

Radios textricū & rotaꝝ sciunt Idiotæ:Radius uirga qua lineas producunt geometræ:utūtur & Astrologi: Radii oblōgæ oliuæ:de alio eius significatu dixims in grana/rio/Plena sunt hoc noīe oīa glossemata & exchartabu/

Vel radi⁹ a sitro la:Sed & radius os ī brachi:s Celso dicitur lib .viii. κερ/

labiū est: κίδιον per hypocorisma:nam κερκίς græcis est:

Resegmina purgumēta/presegmina/excrementa/quisqui/liæ cum secantur unguium in pedibus manibusq;:Plini⁹ xxviii. Omnia prosequuti usq; ad resegmina unguium Lucanus Et siccæ pallida rodit.Excremēta manus:Plautus in Aul.quin ipsi pridem tonsor ungues dēpserat/col/legit oīa abstulit præsegmina/sunt & Apuleio aurei asi/ni.ii.cadaueꝝ præsegmina ad artem magicam:

Castoꝝ pelles Rhenones pelliceæ uestes:In cōmentariis reꝝ Diui Cæsa/ris legimus Germanos parua habere ī usu Rhenonum tegmenta & ī Melpomone Herodoti apud Budinos & Gelonos in lacu quodam capi luteas & castores quoꝝ pelles ad rhenones faciendos consuantur:

Recinium Festo omne uestimētum quadratum: unde reciniati mimi: Ricæ & Riculæ uocantur parua Recinia ut palliola linteolaue ad usum capitis facta: M. Varro Recinio duplici usos refert ueteres: & dictum ꝙ dimidiam partem retrorsum reiicerent/a reiiciendo/ & Ricā a ritu dictam ꝙ Romano ritu sacrificium fœminæ cum faciunt capita uelant: Ricæ

Rheubarbarum medici nobile pharmacum uocāt quod alii Rhabarbarum colore ruffo albis distīcto lineis odoratum nam Rhaponticū aliud omnino est radix nigra nullo odore medicīæ seruiēs: hæc autem a Rha fluuio non longe a ponto euxino nominata uoluere plurimi de quo Ammianus.xxii. Rharbarum Rhaponticū

Rheumata fluxus Rheumatismus fluctio quoq; ρεω fluo græcis Plinius.xxviii.Elephanti sanguis præcipue naris fluctiones omnes quas Rheumātismos uocant sistit: Et xxv. de plantagine nulla res æque sistit fluctiones quas græci Rheumatismos uocant: Et Rhoicæ mulieres dicuntur quarum uuluæ Rheumatismo perstillant: nam illi sunt iuges fere non sine mephiti/nec uni fluores/& alba quoq; ac rubra profluuia quæ Mēses ut diximus & menstrua nuncupantur: Rheumatismus Rhoicæ Menstrua

Rhagades & Rhagadia in sede anoue scissuras & rimulas fere uocant.Cornelius Celsus quinto Proprie autem inquit ad ani fissa uel ora uenarum fundentia sanguinem uel cancrum: fieri hæ quoq; in labris in pedibus & in fœminarum uulua solent: Plinius uigesimo quarto de pice Rhagadas sedis & pedum panosq; & ungues scabros emendat: Idem Celsus libro sexto: At primum in ano inquit sæpe & quidem locis pluribus cutis exciditur Rhagadia græci uocant: Rhagadia

Rediuia Reduuiaue & Reluuium morbus is dicitur/ cum orca ungues cutis se resoluit ut scribit Festus quia reluere est resoluere: Vnde mutatione littere etiam reduuium idem quod Pterigyum multis: Plinius diuersa existimat nam.xxx. Reduuias inquit & quæ in digitis nascuntur Pterigyum

pterigya tollunt canini capitis cinis: aut ulua decocta in oleo super illito butyro ouillo cum melle:

Herniæ

R amices & Hernias easdem uolūt multi: alii distinguunt ut ramices sint Porocela cum ex abscessu aliquo circa tunicam testium materia aliquātulum induruit: Porus lapis Tofus dicitur / Sarcocella cum in ipsa tunica / con creuerit caro / Cirsocela quando uenæ intumuerūt tuni/ cis ipsis testium integris / uel in ipsa tunica / uel bubono/ cela in inguine erumpēte: de Herniis iam dictum est / suo loco quæ sunt Enterocela Epiplocela Hygrocela:

Sarcocela
Cirsocela
Enterocela
Epiplocela
Hygrocela

R uncina fabri lignarii instrumētum hinc in Esaia scriptū est: Artifex lignarius extēdit normam formauit illud in runcina / fecit illud in angularibus: in circino tornauit il/ lud & fecit imaginem: quo loco Nicolaus a lyra Dixit Runcina excauari ligna: alii leuigatoriū instrumentum serram maiorem nōnulli / quibus suffragari libeat: quā do Tertullianus inter instrumēta sæuitiæ Ascias & rūci/ nas cōnumerat: & Plinius libro.xvi.de abiete Ramēto/ rum inquit crinibus pampinato semper orbe se uoluēs / ad incitatos runcinarum raptus / & Plauto est derūcina/ uit in milite / a uerbo Rūcino / quod est a rūcina.M.Var/ ro de lingua latina Runcinare a rūcina cuius origo græ ca subiiciūt autē lignorum mollibus serra seccādis asse/ res binos quos canterios dicimus: nostri nūc runcinato/ res uocant Caballos:

Serra maior

Rūcinatores

Rallum

R ulla siue Rallum a radendo: ferrea cuspis lata additur in ima parte stimulo / ad uomeres cultrosq; aratorios ip/ sumq; aratrum qua terram intrat repurgādum: Plinius xviii. Purget uomerē subinde stimulus cuspidatus rulla:

Rutellum

R utrum quo quid eruitur hypocoristicos Rutellum: No nius Rutrum a radēdo inde rutellum radium in mēsu/ ris radēdis & equādis adhibitum Lucilius / modiū hic secum atq; rutellum una affert: Festus / Rutrum dictum q; eo arena eruitur / &.M.Varro Rutrum inqt a ruēdo:

R uncones a rūcando rastrorum fere genus sunt / quibus e segete gramen & herbas alias radicosas eruunt / quā/

do segetes frequentem exigunt sarit'onem & runcatio nem ut noxiis herbis liberētur: Plinius.xviii. Runcatio cum seges in articulo est euulsis inutilibus herbis frugū radicem uindicat/segetēq́ discernit a cespite/Audio Rūcinam deam coluisse ueteres· quæ runcationi præesset/alii Rūcones dici uolunt quibus sentes/rubos/prunosq́ & inutiles frutices circa fossas colliquias natos secant in aruis:

Rūcina dea

R ubia radice & semine rubro herba infectoribus expetita Erythrodanus dicta est:aliis Ereuthodanus/ qua tinguntur lanæ & pelles Plinio libro.xix.&.xxiii.proficiūtur/morbum regiū sanat ex aqua mulsa: Vitruuius.vii. Fiunt etiam purpurei colores infecta creta Rubiæ radice & hysgino:

Erytrhrodan⁹
Ereuthodan⁹

R ubigo segetum maxima pestis/ĩfestat & uineta:Plinius. xviii.Cæleste frugum uineatūq́ malū nullo minus noxium est Rubigo/ frequentissima hæc in roscido tractu cōuallibusq́/ac proflatum nō habentibus/ e diuerso carent ea/Ventosa & excelsa/ac mox ĩfra/Cælestis iniuriæ genus unum refert/quod fit nullo sentiente nisi cum factum est:aliis rubiginem aliis uredinem/ aliis carbūculū appellātibus:omnibus uero sterilitatem: & statim fere: Tria ĩquit tēpora fructibus metuebāt ꝑpter quod instituerunt/ferias diesq́ festos Rubigalia/Floralia/Vinalia/ Rubigalia/Numa constituit anno regni sui undecimo/ quæ nūc aguntur ad.vii.kalēdis Maii/quoniā tunc fere segetes rubigo occupat.Festus Pōpeius Robigalia dies festus.vii.kalēd.Maias quo Robigo deo suo quē putabant rubiginē auertere/sacrificabātur:M.Varro rei.rust. primo Robigum & Floram quibus propitiis neq́ rubigo frumēta atq́ arbores corrūpit / neq́ nō tempestiue florent:Itaq́ Rogibo feriæ Robigalia Floræ ludi floralia sunt instituti : Vlpia.libro.xix.digest.Si uredo fructū oliuæ corruperit damnū domini erit:Tempestates autē cælestis iniuriæ ueluti grandines procellæ & similia ab horridis syderibus exeunt arcturo hædis/Orione:

Vredo
Carbūculum
Rubigalia
Floralia
Vinalia
Robigus de⁹

R echamus in machinis troclea dicitur Vitruuius.x.alligatur in summo troclea:quam nõnulli rechamum dicũt: in eam induntur orbiculi duo/per axiculos uersationes habentes:per cuius orbiculum summũ trahiicitur Ductarius funis / Orbiculi ipsi rotulæ sunt in trocleis quæ axiculis continẽtur & uoluũtur: nostri architectones & machinarii Girulos & Girellos uocãt/Ea uero machina quæ per tres orbiculos circũuoluitur Trispastos appellatur:at cũ in ima troclea duo orbiculi: in superiore tres uersantur id Pẽtaspastos dicitur/Est & genus machinæ quod Polyspaston uocãt quia multis orbiculorum circuitionibus facilitatem præstat & celeritatem:

Giruli
Girelli
Trispasti
Pẽtaspasti

R icinus paruulum animal canes infestãt: Plinius.xxii.de chameleone herba/ Succo scabiem etiam quadrupedũ sanant/& Ricinos canum necant: &.xxx.Idem euenire traditur sanguine Ricini euulsi cani:Est eidẽ Plinio.xiii. &.xvi.Ricinus a similitudĩe seminis/genus arboris quã Crotonem etiam uocãt ex cuius semine oleum fiat:

Crotones

R ecidiuus qui recidit in pristinum langorem quod dicuntur remorbescere/Festus: At recidiuæ febres quæ renouãtur/ut rediuina/sed aliter/ex uetustis renouata/ Vitruuius. vii. Rudus si nouum erit ad tres partes una calcis misceatur:Si rediuinum fuerit/quinq; ad duum habeãt responsum: scribit Celsus libro. iii. Antiquos medicos dies potissimum in pares obseruasse/eosq; tãq̃ de ægris iudicãtes Crisimos nominasse ita tamen ut summa potentia septimo deinde quartodecimo/ dænum uni & uigesimo daretur/adeo ut Hippocrates si alio die febris desiisset recidiuam timere sit solitus/Asclepiades ipse nõ acquiescit: quando discrimina periculorum/maiore ui fieri in paribus compertum est: Dicuntur & critici/nostris Iudiciarii Iudicialesue / & Crisin iudicii tempus uocant/sed Critici grãmatici quoq; dicti ut censores & iudices scriptorum omnium:nũc uero prima docentes literarum rudimenta nobile grãmaticorum nomen sibi adsciuerunt:cum grãmatistæ sint nominãdi:nam grãm

Crisimi

Crisis
Critici

matisticen græci infantiam grāmatices/nostri/ut Varro litterationem uocant:

R etæ arbores quæ e ripis fluminum corruerunt / & in alueis eorum extarēt appellatæ:ꝙ uti retra naues prætercurrentes impedirent retinerūtq́:auctor Gellius.x.hinc retanda flumina locari publicæ solita:Rhetræ uero Lycurgi leges dictæ tanq̄ oraculi sanctiones: Petāda flumīa Retræ

R etractator reuocator/ & retractationes reuocationes eorum quæ minus docte / minus recte dicta scriptaue sint quales sunt Diui Augustini/Hippocratis/& aliorum nā retractare est scripta repetere & inter repetendum emēdare:etiam cum edita sunt:Cecilius ī epistolis Cum multis inquit & sæpe retractādum est: quod placere & semper & omnibus cupias: Vnde prodiit sanctissimū illud Horatii præceptum / premēda ad annum decimū quæ scripseris:quod si audiremus Metanœan non agnosceremus/nec Momum audiremus:Sed multos titillat gloria / & plurimos supplantat Philautia quam si cæcam pinxeris/recte & Iconice pinxeris: nugas plerīq; omnes edimus abortiuas:& librorum informatoribus scripta ephemera tradere subarrido uix atramēto festinamus: officit etiam nimia interdum cura diligentiaq;: Vnde Tiberium scribit Suetonius morositate stilum obscurare solitum : Et Apelles princeps facile pictorum una in re se protogenem superare dicebat : ꝙ ipse manum de tabula sciret tollere: Metanœa Momus Philautia Manū e tabula tollere

R upinæ abrupta ardua montium precipitiaq;:

R abulæ causidici forenses à radendis/ idest lædendis uerbositate auribus/q̄q̄/& a rabie/& a Raui hoc est raucitate dictos sunt qui uelint : Quintilianus quasi rabulæ inquit qui sibi diserti non uidentur/nisi omnia tumultu & uociferatione concusserint : hinc Marciano Capellæ in Geometria forensis rabulatio : Vnde non inepte Rabulas Canes palatinos uocant : Rabula a radēdo quoq; siue Radula Columellæ instrumentum est quo in pice ducenda utebantur: Rauis Radula

Phrynes
Phrynion

R ubætæ a rubis ideſt uepribus ranæ grādiſſimæ cūctaꝝ: Plinius.xxv.Sunt & ranis inquit uenena rubetis maxi/me:hinc exiit illud Satyricum Viro miſcet ſitiente rubetam græci Phrynos uocant/herbam uero Phrynion q̃ in uino pota eaꝝ uenenis aduerſetur:Eſt & rana īter harundines fruticeſq; degens:unde græci calamiten appellant minimam omnium & uiridiſſimā Plinio.xxxii:

Calamitis

Pedamentum

R idica pedamentū uitis Plinio Varroni & aliis/ex harundine/robore/caſtanea & integra & bifida ſtirpe utiliſſi/ma:Sed & tigni appellatione/inquit Vlp.lib.xlvi. digeſt. tit.de tigno.iuincto oīa uineis neceſſaria cōtinentur ut pertice & pedamenta quæ alii armamenta dixerunt:At Paulus de uerb.ſig.lib.L.digeſt. Pali ait & perticæ innu/meraꝝ materie ridigendi ſunt:& ideo lignoꝝ appellatione non continentur:

R eſimus idē q ſimus/& Simo deſimus cōtrarius ſimo:

R eliquum debitū quod quis debet ad integrū ſolutionē Pomponio de ſtat.lib.rationem inquit reddere iuſſus re/liquū quod apparet ſoluit:Platus ī Aſin. Quid reliquū? aiebat reddere q̃ extemplo redditum ſibi eſſet: Plinius Iunior epiſtolaꝝ.iii.Dum reliqua colonoꝝ minuit ad tē pus/uires in poſteꝝ exhauſit: unde reliquatores & reli/quatio ſceuolæ & Paulo Iuriſconſultis ocupatores iudi/ces edicto prætoris extra ordinem dati æſtimandis iniu/riis/q; per eos ius noſtrum recuperemus de quibus M. Cicero in Verrem/in oratione pro Flacco/Et Suetonius in Nerone/Inde recuperatorium iudiciū/de quo idem in Veſpaſiano/& Plinins Iunior in Epiſtolis:In Eccleſia/ſtico quoq; dicitur/Diuiti decepto multi recuperatores locutus eſt ſuperba/& iuſtificauerunt illum:humilis de/ceptus eſt/inſuper & arguitur: Plautus in Bacchidibus poſtq̃ quidem Prætor recuperatores dedi t damnatus demum ſui coactus reddidit:

Recupatoriū
Iudicium

R hus arbor Syriæ maſcula fert ſemen lenti ſimile cū uua rubeſcit quod uocatur Rhus medicinæ neceſſarium in quit Plinius.xiii.

R estiones qui se pẽsiles resti faciũt & strangulant: quiue digni sunt suspendio / & iam iam torque illa e funiculis non belle non multum nodata torquati futuri: Plauti/ nus damnista in mostellaria/ Illi bucedæ erũt multo po/ tius q̃ ego sim Restio: Ad Restim prouerbio dicitur rẽ rediisse cum re deperdita de laqueo cogitandum est/ ue luti in summa desperatione nec tantillo speculæ relicto sed restionem restiariũq; restes facientem appellamus:

Prouerbium ad Restim



Atrapes præfecti ꝓuinciæ prin cipes/ Satrapia principatus præ fectura: A.Gellius.viii. Mauso/ lus autem fuit/ ut.M.Tullius ait rex terræ Cariæ/ ut quidã græ/ corum historiarum scriptores ꝓuinciæ græcæ præfectus quẽ Satrapen idest ducem ac præsi dem græci uocant: Et Herodo/ tus libro.iii.hist.scribit Darium uiginti prouincias quas persæ Satrapias uocant constituisse/ earũq; singulis præ sides præfecisse:

Satrapia
Mausolus
Rex Cariæ

S ilex Vt Var. Quod habeat ignẽ ĩtra se silentem est autẽ lapis uulgaris passim inuenitur duritiei non modicæ co quitur ad calcem/ parietum structuræ non inutilis/ unde Silicei parietes dicti/ additurq; ad strata uiarum hinc sili cata nũcupata: Vitruuius.ii. Lapicidinæ inquit aliæ mol les ut albanæ/ aliæ duræ ut siliceæ: & inter has tempera tæ ut Tyburtinæ.

Silicata

S ublicæ pali lignei/ ut lõguriæ fere & Palancæ: Inde sub/ licius pons Romæ/ e sublicis nullo ut uolunt ferreo cla/ uo compactus / Cæsar in rerum suarum commentariis de ponte illo nobili supra Rhenum germaniæ / Non Sublicæ inquit modo dirrectæ ad perpendiculum / sed pronæ & fastigiatæ:

Longuriæ
Palancæ
Pons Cæsaris

Speculàris lapis in quãlibet tenues facile crustas finditur patiens solis & rigoris translucidusq; : Plinius. xxxvi. Humore hunc terræ quidam autumant quadam anima chrystalli glaciatii/ & ĩ lapidem concrescere manifesto apparet/q cum feræ decidere in puteos tales & medullæ ex ossibus earum in eadem lapidis natura post unam hyemem figurantur : effoditur.n.e puteis in hispania : Dat & cappadocia qui cæteris præferuntur nã & Cypros/& Sicilia/& Africa speculares habent lapides : Sunt & in Bononiensi Italiæ parte sed breues maculosi complexu silicis adligati:In Arabia quoq; esse lapidem uitri modo translucidum/quo utuntur pro specularibus Iuba auctor est:

Cryſtallũ glaciati

Iuba auctor

Salutatorium locum a salutando diximus: quãdo apud ueteres patronis & diuitibus fiebant per clientes & amicos matutinæ salutationes indicia uenerationis/ut cum mane deos salutamus in templis publicis domesticoue in sacello : quod salutatorium uocabimus hoc est adoratorium:salutare.n. Terentio in phorm. est adorare ut Donatus ĩterpretatur/Plautus in Curg. quis hic est qui capite operto Aesculapium salutat ? Plinius.xv.de Cotoneis omnia iam & uirorum salutatoriis cubilibus inclusa / Simulacris noctium conscìis in posita/quo loco Hermolaus tamen credidit salutatoria cubicula deorũ penatium ædiculas significare/quas Lampridius Lararia appellat a laribus quos matutinis omnibus salutare esset religio/& nos pauca quædam de hoc in sacello:

Opinio Hermolai

Strigæ ordines rerum inter se coniunctim collocatarum a stringendo appellatæ ut scribit Festus: Columella libro.ii. de fœno : Tunc dæmum conuertemus & utrũq; siccatum coarctabimus in strigam / atq; ita manipulos uinciemus: Striges uero aues ĩ auspicatæ græcis Syrnia a quibus nomen inditum maleficis ut iam dictum est mulieribus: quas uulgo dicunt puellos strigosos reddere:nam esse ĩ maledictis iam antiquis auem strigem cõuenit ut Plinius.xi.auctor est:has uolaticas etiam nomi

Syrnia

nabant ut idem tradit Festus:strigosum uero equum stri gosum canem gracilem male habitū macilentū uocāt: | Strigosus equus

S caturigo aquæ e uenis terræ emergentis scatebra dicit: Plinius.xxxi.in mentione aquarum in nigra enim īquit Scaturigines non fere sunt perennes:Columella Nisi ta men scaturigo palustris obuia sit: Seruius Scatebras ebullitiones uocat / quæ sunt / cum aqua in aliquas ri/ mas defluxit: Vnde etiam uasa inquit æstuantia scaturi/ re dicuntur: | Ebullitiones

S terquilinia uocant ubi fimus letamenue coaceruatur congeritur/marcescitq3:fimeta eadem dicta Columellæ Plinio/Varroni/& aliis sub dio concauo loco & qui hu morem colligat habenda: & stramento integenda / ne in sole arescant/Fimus autem ipse Luna decrescente & sicca terræ miscendus est:iustum est Vehes.xviii.Iugero dari: Sed optima stercoratio fit retibus inclusa sub dio pecorum mansione: | Fimeta | Vehes | Optima ster/ coratio

S ymetria latinum nomen non habet inquit Plinius: In corporibus humanis tēperamētū illud habitudinis re/ cte dicetur/quod optimam ualetudinem præstat: In ædi ficiis uero medium quoddam respondens longitudini altitudini & latitudini: Vitruuius libro.primo:Symetria & ipsius operis membris conueniens cōsensus/ex par/ tibusq3 separatis ad uniuersæ figuræ speciem ratæ par/ tis respōsus/ut in hominis corpore/cubito/pede/palmo digito cæterisq3 partibus Symetros est:sic est in operum perfectionibus: fit autem cum omnia suæ symetriæ re spondeant: Eurythmia uenusta species cōmodusq3 ut ille inquit in compositionibus membrorum aspectus: Symetriam neoterici cōmēsurationem uocāt:quæ me/ tiri non ualemus Asymetra dicuntur: | Symetros | Eurythmia

S ubdialia pauimenta quæ sub dio hoc est aere durant: unde & græcis Hypethra / qualia ipsi excogitauerunt locis maxime tepentibus:nam sub dio & humi idonea magis sunt pauimenta: q̄ contignationes humore cre/ scūt & siccitatibus decrescūt/ ac pandationibus sidētes | Hypethra

monendo se faciunt uitia pauimentis: Gelicidia quoq; & pruinæ subdialia corrumpunt: nisi rudus optime temperatum subactum fuerit pisum/fricatum & trulissatum: sunt & subdiales ambulationes a Dio de quo in superioribus:

Subdiales Ambulatiões

Samiata Ferramenta

S amium acutũ/ & samiare acuere dixit Nonius Marcellus quod tractum uideri uult a samia testa ĩ samo autem figlinarum ars/ unde samia uasa & samia testa Galli sacerdotes Cybelei uirilia sibi ipsis dissecabant Plinius auctor xxxv. Vnde samiata ferramenta Aureliano Cæsari in Epistola ad suũ Vicarium cuius exemplũ ponit Vopiscus/& nos hæc pauca hic reponere ex ea uoluimus ut nostri temporis milites legere possent: Vnde fierent continentiores ĩ hospitum bonis absumendis: Militum inquit nemo pullũ alienum rapiat: ouem nemo cõtigat: uuam nullus auferat/segetem nõ deterat: oleum salem/lignum/nemo exigat: annona sua contentus sit: de præda hostis non de lachrymis prouincialium habeant: arma tersa sint/ferramenta samiata/calcia mẽta fortia: Nonius Marcellus fidelia ĩquit samium uas usus plurimos: Plautus in Aulularia mulsi congialem plenam faciam tibi fedeliam:

Silens cœlum

S ilens luna dicitur cum in coitu est cum sole ut diximus: interlunium uocaut/ & græci fere νεαν μηνην hoc est Neomeniam: Silens cœlum serenum/& herba silens dicetur nũdum germinans:

S aliunca breuis herba & foliosa multæ suauitatis: ĩteriecta uestibus odorem gratissimum reddit Plinius.xxi.

Sipionum cognomen

S cipio baculus Plauto & aliis: uñ Corneliæ genti Scipionum cognomen in re publica Ro. ex eo q̃ Cor. baculi uicem patri luminibus capto præstitit: Macrobius:

S ubula peracutissimi mucronis ĩstrumentum e ferro notissimum/quo utuntur Calcearii sutores: crepidarii ueteramentarii Sellarii quoq; & Zonarii ad suendum: Seneca Indignum ĩn pro diis hominib usq; in aciem suscepta subula armatum descendere/ Martialis epig. iii. in

sutorem Cerdonē: Das gladiatores sutoꝝ Regulæ cerdo: Quodq́ tibi tribuit subula sica rapit: Sica breuis gladius uñ sicarii: Subulo Tibicen Tusce appellatur Festus auctor de subulonibus ceruis dictum est i leporatio:

S inciput aprugnum ex apro/ut suillum e maiali: Verrinū quoq́ a uerre/quod placuisse maioribus testantur leges cibariæ/ quæ ut inquit Plinius cœnis interdixerunt abdomina/glandia/ testiculos/ uuluas/ sincipita/ uerrina In homine sinciput etiam dicitur/unde sincipitium capillum legimus: Satyricus poeta/ comedam inquit flebile nati sinciput elixi: Plautus in menechmis/ Non tibi sanum adolescens sinciput intelligo/sed pro ipso capite accipi sunt qui tueantur/ Plinius quidem & Celsus sinciput in humani capitis partibus aut nominant: sed occiput & frontem: Sinciput tamen caluæ partem a fronte ad uerticem surgētem appellabimus quam græci ni fallor ideo υπερμετωπον: uocant:

Abdomina
Glandia
Sincipita
Ypermetopō

S poliarium locus in quo noxii necabantur pœnas dantes/Lampridius in cōmodi Cæsaris uita/Qui senatum occidit in spoliario ponatur qui senatum occidit unco trahatur: Plinius Cecilius in Panegyrico Traiani: Non spoliarium ciuium/ cruuentarumq́ prædarum sæuum receptaculum/ Seneca decimo quarto epistolarum ad Lucil. Vt iugulari i spoliario q̄ i arena mallit:

Spoliarium

S calpturata pauimenta/ ut uermiculata: quæ facta sunt ex tessellis diuersi coloris post tertium punicum bellum initum: a scalptura dicta scalpturata: Plinius trigesimo sexto Romæ scalpturatum in Iouis capitolini æde primum factum est:

Vermiculata

S cholæ ludus lr̄arius ī quo uacamus disciplinis litterariis Ausonius græco schola nomine dicta est: Iusta laborifeNris tribuantur ut ocia musis: elegantius tamen numero multitudinis utimur σχολη ocium uacatio Inde scholasticus Plinius Iunior epistolarum secundū annum sexagesimum excessit/& adhuc scholasticus est: ociosum dicunt græci: ab ocio litterario: quod tamē negotiosum

Scolasticus
Scola pars libri:

Scola pars labri — merito dixeris/Schola pars labri siue aluei in balneis Vitruuio libro quinto: a præstolando ociandoue dicta/ ut occupato ab his qui priores ad balnea uenissent labro / in schola cæteri circumspectantes recte inquit stare possent/Est & schola in porticibus octauiæ & Philippi Plinio unde .xxxvi. Eiusdem est cupido ait obiectus a Cicerone Verri / ille propter quem Thespiæ uisebantur/nunc in Octauiæ scholis positus/scholas nostri sodalitates etiam / & conuentum hominum uocant/quales apud nos multæ habentur:

Sodalitates

S igma mensa Tricliniumq; effigians sigma litteram græcam / quæ dimidii circuli & lunæ cornutæ notam habet: Martialis septem sigma capit/sex sumus/adde lupũ Item eo disticho cui lemma est stibadium / Accipe lunata scriptum testudine sigma/octo capit/ueniat quisqs amicus erit: Lampridius scribit Heliogabalum sigma de croco strauisse/cum uiros optimates uocaret ad prandium pro eorum dignitate se dicẽs fœnus exibere & cum capit inquit non possent uno eodemq; sigmate: & iam dixerat primus deniq; inuenit sigma interra sternere non lectulis:

Heliogabalus de croco strauisse:

S extiuus denarius sexobolos continet/ in quos ut scribit Vitruuius libro secũdo: Diuiditur drachma/ quæ latine denarius/Plinius uigesimo nono. Additis duabus sextis denarii sextiui:

Drachma

S ubscudes appellantur tabellæ quibus tabulæ ĩter se cõfiguntur/coarctanturq;/quia quo imittuntur succiditur: ut Festus scribit: Pacuuius / Nec ulla subscus prohibet compagem/Vitruuius librō.iiii. Trabes sint compactæ subscudibus: Item.x.& ferreos chodaces uti subscudes/ in capitibus scaporũ ĩplumbauit:

Denarius

Chodaces

S ynaristuntes in eodem prandio conuictores discũbentes ἄριστον prandium unde Aristophorũ uasis genus Synaristusæ fœminæ simul prandentes/quo titulo Menander comœdiam lusit:

Aristophorũ Synaristusæ

S itanius panis/ Plinio.xxii. Sitanius hoc est trimestirs in/

cussa in facie/aut disquāmata inquit cum melle aptissi/me curat:& eodem loco paulo sup̄. Nauticus panis tu/sus atq; iterum coctus sistit aluum/& item de Autopy/ro/Ad omnia autem hæc fermentatus/ quocatur Au/topyros/utilior: Sitanium audio quosdam dicere panē ex depurata farina/ ut cumq;/ frumentaceus panis est: σιτοσ frumentum:

Nauticus pa/
Autopyros
Sitos

S itula & sitella uas aquariū & sortiū/ut urna quoq;/Plautus ī casina/& situlam huc tecum afferto cum aqua/ & sortis:Item coniiciam sortis in sitellam/& sortiat/ Verg. Quæsitor Minos urnam mouet:idem:stat ductis sortib⁹ urna/Festus:Nanum græci uas aquariū dicunt humile & concauum:quod uulgo situlū barbatum uocāt:nam & Vitruuio lib.x.ī machina aquaria situli ærei cōgiales nominantur:Nani pumiliones dicti:

Sitella
Vrna
Nani
Pumiliones

S cribilitæ ædulia/fere ut Placentæ non sine caseo similes (ut arbitror)ofellis nostris/caseo/ouo croco/passulis/Ci/namo/Sacharoq; cōditis/meminit Plautus/ & Martia lis quidam sorbilitas malunt:

Placentæ
Ofella

S tibium uenustandis p̄sertim oculis idoneū est:Hierony/mus.IIII.Hieremiæ:Cū uestieris te coccino cū ornata fue ris mundo aureo/& pinxeris stibio oculos tuos frustra cōponeris:Est & illius ī medicina usus/Plinius. XXVIII. Lachrymosis oculis plurimū confert stibi quod quid sit dicemus ī metallis Vn̄ lib.XXXIII. Nascitur argentariis inquit metallis spumæ lapis candidæ nitentisq; non ta/men translucentis/Stimmi appellant alii stibian alii ala bastr̄ aliq; Turbasin sed larbason pro turbase Dioscori/des un̄ stibiatus Vis eius astrīgere ac refrigerare/pricipa lis aūt circa oculos/ nāq; ideo etiam Platyophthalmon id appellauere:qm̄ dilatet oculos:& fluctiōes īhibet ocu lorū/exulcerationesq; & scabritias emendat:

Stimmi
Stibia
Alabastrum
Turbasis
Larbasos
Platyophthal
mon

S megmata quæ extergunt:Vnde smectica uis απο του σμηχειν idest ab extergendo Plinius trigesimo primo/ quicūq; sal acopis additur ad exalfactiones/item smeg/matis ad extendendam cutem leuandāq;/& libro.XXX.

Smetica

omniū cochlearum cinis spissat calfacit Smectica ui/& ideo causticis miscetur:

Electrum

S uccinum quod electrū quoq; ab arboribus pinei gene/ris defluente medulla gignitur in insulis septemtriona/lis oceani: Vt gummi in cerasis/resina pineis erumpit humoris abundantia: densatur rigore / tepore uel mari ut scribit plinius.xxxvii.habetur & fossile ut Philemon tradit / Succum esse ueteres nostri credidere / qui ob id Succinum appellauerunt expetitum a matronis/in deli ciisq; habitum: a Calistrato Crysolectrum dictū est: Ger/mani Glessum uocant: Attritu digitorum accepta ui ca/loris attrahit in se paleas & folia arrida/ut Magnes fer/rum: Vnde in Syria Harpaga nuncupant / ut diximus Domitius Nero capillos coniugis Poppeæ Succinos nominabat a succini colore / qui in melle cognoscitur: Sed lucidior: ab eo electrides insulæ de quibus idem Pli nius libro.iii. Electridas uocauere in quibus proueniret succinum quod illi electrum appellant uanitatis græcæ certissimum documentum: Fit & electrum cura: auro argento addito/ natiuum quoq; est / ubicūq; quinta ar/genti portio est in auro: nāq; omni auro argētum in est uario pondere ut refert idem Plinius.xxxiii.

Chrysolectrū

Glessum

Harpaga

Electrides isu/|læ

Collatio

S ymbolum collatio/nota/anulus/numi perexigui species quibusdam scriptoribus: sunt hæc nota adeo/adeo ui/lia ut non sit fortasse qui ea titiuilicio empsitare uelit: ut aliquibus prosint tamen posita:

S trophium fascia quæ uirginalem errorem ut īquit No nius cohibet papillarum: Turpilius epistola excidit mi/hi inter tunicā ac strophiū collocata: Apuleius de illo in telligens rursus se a fasciola prænitente altiusculé sub ip sas papillas succintula Martialis Fascia crescentes do/minæ compesce papillas: Vt sit ꝗ capiat nostra tegatq; manus: Idē fere Amictoriū de quo est distichon: Māmo sas metuo teneræ me trade puellæ. Vt possint niueo pi/ctore lina frui: nam māmillare ipsum est strophiū sed e pellibus/Vñ est: Taurio poteras pectus cōstrigere tergo:

Fascia

Succintula

Nam pellis mãmas non capit ista tuas: Strophia coronæ Glyceræ mulieris inuentum ut uoluerant/ & strophiola ut diximus: Strophum inquit græce strophion dicitur:pro insigni ponebatur in capitibus sacerdotum: alii id coronam esse dixerunt: Nostri stroppum e uirilibus uocant ad ligandum: Strophum Vitruuius.x. Remi inquit circa scalmos strophis religati/Stropha plena artis & mendacii excusatio στρέφω/ uerto: Plinius Iunior ĩ epistolis/aliquam ego stropham ĩueniam/ epigrãmatarius poeta Iam stropha talis abiit: Strophia aquo Stropha

S talagmium inaurium genus Festo:Cecilius/ex aure eius stalagmium domi habeo Plautus ĩ Menechmis Inauris da mihi facienda pondo duum numum stalagmina/etiam si spathalia quidam legunt: Dictum ut arbitror stalagmium quia ut stilla dependet/ ueluti chalcanthi speciem purissimam steriæ siue guttæ similem stalagmium appellant: Plinius.xxxiiii. Quarũ e lateribus distillnates hyberno gelu stirias/Stalagmium uocant/ neq; est purius aliud ο σταλαγμοσ/ ob stillicidium/ gutta/habetur & Stalagmus serui nomen eidem Plauto ĩ captiuis: Si spatalia Plauti locus Stalagmus

S pinther armillæ genus quo mulieres usæ sunt brachio summo sinistro ut scribit Festus:Plautns in menechmis: Et spinther:ut ad aurificem feres/& fieret nouum:Acrocherion dicitur Prisciano/ significareq; aut fibulam/ in humero/aut armillam: Laertius uero Spintheres uocat Cometas scintillanthes quæ iaculantur ab aere: σπινθηρ/ latine scintilla: Spintriæ Lampridio in uita Heliogabali/& Suetonio monstruosarum & nefandarum libidinum/ nouiq; concubitus inuentores dicuntur/ quales Tiberius Cæsar undiq; conquisciuit: Et Heliogabalum tradit Lampridius libidinum quædam genera iuenisse ut Spintrias ueterum malorum uinceret:At caligula urbe summouit. Acrocherion

S pataliũ a spatale nympha cuius mentio apud Claudianũ habeatur alii a spathe palmarũ: siue a uerbo græco σπαθαλάω delicior/ lasciuio/ dictum uolunt ut/cũq;

muliebris genus est ornamenti: Plinius.xiii. ex auctori/ tate Iubæ scribit circa Troglodytarum insulas fruticem in alto uocari Isidos:Plocamon/hoc est Isidis crines/co/ rallo similem sine foliis/præcisum mutato colore in ni/ grum durescere/cum cadat frangi:Item alium qui uoce tur Charitoblepharon/ efficacem in amatoriis spatha/ lia eo facere & monilia fœminas:Spathæ uero & spatu læ palmarum rami:idē Plinius. xvi.Palma sola ut dictū est habet i spathulis fructum racemis propendentem:libro autem.xiii.iam dixerat Pomum est non inter folia/ut in cæteris/sed suos inter ramos palmitibus racemosum.

Spathæ

S emicinctium quo supra uestes semicingebantur ut no/ mine apparet:Martialis disticho cui lēma semicīctium: Det tunicam diues ego te præcingere possum Essem si locuplex munus utrūq; darem. Sunt & puellarum semicinctiola & uentraliola/nam & uentralia cingentia uentrem dicemus:ueluti ab humeris humerale & super humerale in sacris litteris: a pectore pectorale/a fœmo/ re fœmorale a brachio brachiale/& a digitis digitale/de uentralibus meminit Plinius.

Ventralia

Digitale

S pondylos qui Homero Astragali inter cætera significa/ ta græcis etiam nodos significare legimus & spondyli/ on internodium:In ceruice septem habentur spondyli uertebræue:spinam hominis ad costas usq;.xii.constitu/ unt:proximæ costis quinq;:nam ceruix & spina ex mul tis uertebratis orbiculatim ossibus flexilis articulorum nodis iungitur/quibus homo rectus astat/& ad necessa/ ria opera curuatur: Calculum quoq; æneum quo iudi/ ces athenis suffragabantur / hoc nomine appellabant/ Plinio libro xxxii.modo piscis genus est spondylus/mo do callus carnosus ad escam ostreorum omnium interior a uerticilli quadam similitudine:Est eidem Plinio.xxvii. Serpentis genus spondile / Et inter peregrinas arbores spondylion libro. xii. Martialis in santeam spondylos officula animalium quæ cibis adhibentur uocat:Rosos tepenti spondylos sinu condit:nisi de ostrearum & cōcha/

Calculus æne⁹ quo Iudices athenis suf/ fragit

rum callo forsitan intellexerit:

S tamen quod stat in tella/trama quæ imittit/subtegmen quod subit stamini/de quibus M. Varro i libris de ligua latina: Vitruuius libro.x. Tella ꝑ organicis administratio nibus cõnexus staminis ad subtegmen: quæ uero de tel lis fila cadunt putrida Titiuilicii nomine significant ut scribit Fulgentius Plautus in Casina non ego istud uer/bum empsitem Titiuilicio. M. Cornutus in satyra Titiui licii sal cedo tibi: unde Festus Pompeio Titiuilicium nul li⁹ est significatiõis: Notissima sunt aũt hæc ipsa & ideo expositionis multæ non indaga/ut pleraq; alia quæ ad/scripsi tamen quia & paucis & omnibus dicta lege scri/bere me oportuit.

Titiuilicius

S ericarius textor & sutor Sericæ uestis quæ bõbicina di/uersa sunt tñ qui uelint: subserica non in totum serico te xtilis: sed adiecta alia materiæ contexta/oloserica solida e puro serico uesté olosericá in uestiario suo Aurelianus Cæsar non habuit ut refert Vopiscus sericatus Caligula Cæsar serica ueste indutus Suetonio appellatur/

S ortilegi futura sortibus eliciunt pronuntiantq; / his fi/dem adhibent/& secundum sortes eligunt quid facturi quid non facturi sint: ut olim Vergilianis uersuum sor/tibus Hadrianus super Traiano / & Albinus de se ipso Marcus Cicero in secundo Diuinationis / Inuentas sor: tes scribit (& uerissime quidem) ad questum ad super/stitionem / ad errorem / Sors autem dicitur res homi/num in dubitatione/ quæ diuinam indicat uoluntatem Augustinus auctor: Sors caput in pecunia cui accedit usura fœnusue quod impédium quoq; de quibus. M. Varro i libris linguæ latinæ/& nos supra:

Virgilii uersi/bus sortes da/bantur;

S iparium ueli genus scenici: Apuleius primo Asini aurei: siparium scenicum complicato/& cedo uerbis cõmuni/bus: Idem libro decimo auleo subdicto/ & cõplicatis si/pariis scena disponitur: Iuuenalis pro scena: Cõsumptis opibus uocé Damasippe locasti Sipario clamosum age res cũ Phasma Catulli: Festus Pomp. Sipariũ genus ueli

mimicũ/mimi uero scenici:

Sesquipes:pes unus cũ dimidio / unde sesquipedalis Horatio & Martiali:significat.n. sesqui non modo integrũ id cui iungitur sed integrum & semis / & maxime cum agitur de mẽsura modi numeri tẽporis: Inde Pli.xxvi. Sesquiobolus/sesquihora Cecilio / Sesquimensis Columellæ & Varroni:ut sesquimodius Sesquiopera & sesq culeare dolium capiens culeum & semis: Sesquiopus Plauto in captiuis:Sesquidigitale foramen Vitruuio.x. & sesquidigitus:Sesquiplaga Tacito: habet & sesquũs sesquũtiaue / uncia cũ dimidia quæ capit digitos duos:

Sesqobolus

Stacte e myrrha odorata arbore gutta dicitur spinte pro fluens/priusq̃ incidatur cortex:quæ inter unguẽta maxime probatur: ut scribit Plinius.xii. Dioscorides & alii: Plautus in Curgulione / Omnium odor unguento præ tuo mihi nautea est:Tu stacte/tu Cinamum/tu rosa:

Saraballa uestimenta in usu parthorum cum primis fluxa & sinuosa/Hieronymus Danielis.iii.Capillus capitis eorum nõ esset adustus/& Saraballa eorum nõ fuissent ĩmutata: quo loco Nicolaus nec scio an recte/brachas æstiuas & breues interpretatur:

Sagum & hypocoristicos sagulum uestis militaris æqualiter(ut uolunt)lata:utcũq₃/& lana & colore uilis erat uestis:a qua sagatus/Sago indutus unde est Vis te purpureum Marce sagatus amem: Suetonius in Iulio Cæsare Duobus tricliniis/uno quo sagati palliatiue altero quo togati cum Illustrioribus prouinciarum discumberent/ Sagariam sagorum uocant negociationem ut Lintea-riam linteorum:

Sagatus

Synthesis uestimẽtum breue expeditum e uariis lanæ coloribꝰ de quo Martialis/ Synthesibus dũ gaudet eques Dñsq₃ senatus: nam hoc genere uestis toga posita usi sunt Romani per saturnalia/ Vnde suo disticho / Dum toga perquinas gaudet requiescere luces Hos poteris cultus sumere iure tuo: Synthesiatus olim Nero Cæsar & excalciatus prodiit in publicũ non sine nota:de Syn

Romani qua ueste per saturnalia

thesi ueste mentio habetur & apud Iurecõsultos: est & synthesis fictilis genus uasis eidem Martiali: At Plinius per Mithridaticam synthesim compositionem intelligit antidoti: Et Sceuola. xxxiiii. libro digest. omnem possessionem prediorum synthesin interpretatur:

Mithridatica sinthesis

S trigium uestis hispanica/ueluti sataballũ Parthica/Rhenones Germanorũ/Mastrucæ Sardorum/Amystis thracum maxime quibusdã/unde Horatio sit Bassum threiecia uincat Amystide/habent.n.nationes suas uestes & nomina: Pro genere poculi accepisse Horatius tamen amystiden cui dubium esse potest/quando Amysti aduerbialiter græcis dicitur uno fere haustu/sine respiratione quod largiter potantes solent: poculum uero & uas est & potio ut diximus:

Rhenones
Mastrucæ
Amystis

S trigles ut diximus canaliculos in columnis Vitruuius uocat libro.iiii.&.vii. Strias extuberantias prominentes quas græci Exochas appellant: Strigiles uero a stringẽdo quod est exterẽdo dictæ sunt: siue e ferro ad frictũ iumẽtorũ habeãtur: siue e pano crasso & ruuido ad usum hominũ/in quem e ferro etiã receptæ: græci Stlegidas dixerunt unde nostris forsitan strigiles: sunt & strigiles ad usum chirurgicorum: Cor. Celsus libro. vi. Cõmodissime medicamentum per strigilẽ auribus instillatur:

Stligidæ
Strigiles

S tola uestis matronalis/ unde Stolatus pudor/In cuius imo adsuebatur fasciola cui nomen Institia: Horatius subsuta talos tegit istita ueste: Limbus idem fere Vergigilius de Didone/Sydoniam picto chlamydem circundata limbo: Limbus uestis quoq; genus est Nonio purpuram in imo habens adsutam ut iam scripsimus:

Limbus

S upparum uestimentum puellare lineum Festo Pomp. At Nonio linteũ fœmorale ad talos pendẽs dictum ꝙ subtus appareat/Suppara quoq; in nauibus nominata Plautinus Dœmones in Rudẽte/Si tu de illarũ cœnaturus supparis/illas curãdum censeo scepario: Si apud me esurus es mihi dari operam uolo: Lucanus Imaq; pandens suppara uelorum perituras accipit auras:

Socculus

S occus & socculus muliebre calciamẽtum/nam comœ/dos cũ soccis norũt elemẽtarii: Apuleius alius soccis obauratis indutus serica ueste/mũdoq; præcioso/& adtex/tis capite crinibus/incessu superfluo fœminã mentieba/tur: Suetonius in Vitelio Cæsare pro maximo munere a Messalina petiit ut sibi pedes præberet excalciãdos de tractũq; socculum dextrum inter togam tunicasq; ge/stauit assidue/non nũq̃ osculabũdus: Idem in C. Caligu/la/modo in speculari caliga/nõ nũq; in socco muliebri: Seneca in usu uiris etiam fuisse ostendit: scribens Cæsa/rem dictatorem porrexisse osculandum pompeio pœ/no sinistrum pedem/ut ostenderet socculum auratum margaritisq; distinctum quem gestabat:

Socci ẽt uiris

Sarrire
Saritor
Sartor

S arculũ ad fossurã terræ idoneũ instrumentũ a sariendo hoc est aperiẽdo: eo. n. finditur terra: Horatius: Gauden/tem patrios findere sarculo agros: nã sarire aperire dixe rũt ueteres: Vnde seræ/& saritor q & sartor ĩ re rustica.

S truthos passer græcis: Vnde struthopodes a passerinis pedibus Plinio libro. vii. significat & struthionem cæte/rasq; aues/quod & latini in passeris uoce receperũt/dici/tur & mimographis presertim pars obscœna in uiris a salacitate eius auiculæ: atq; ĩde forsitan passer ille Catul/lianus: Struthion uero herba fullonum nostris & radi/cula/quæ candorem lanis affert succo purgandis adhi/bito: hinc Lanaria etiam dicitur & saponaria: Vnde ἀσ/τρούθιστου Lanas uocant incuratas:

Catulli locus

Lana ĩcurata

S andalium & sandalũ indumentũ pedis uocant/ut soleã unde sandaliarius uicus. P. Victori in quarta urbis regio/ne: Gellius. xvii. noct. att. In sandaliario ĩquit forte apud librarios fuimus/Et sandaliotis sardinia insula dicta a forma. Plinius. iii. Sardiniam ipsam Timæus Sandalio/tin appellauit ab effigie soleæ: Myrsillus Ichnusan a si/militudine uestigii ἴχνος uestigium: Vnde Ichnogra/phia Vitruuio in areis forma & uestigiũ quodãmodo descriptioq; operis futuri: Orthographia uero erecta frontis imago/Scenographia totius tecti/quod scenam

Ichnos

græci ideſt tabernaculum & tentorium nũcupant/Inde Scenophegia feſta tabernaculorum de quibus in ſacris hæbreorum monimẽtis a liberatione eorum de ſeruitu te ægyptiaca primum inſtituta:

Scenophegia

S caphium uas ad horas de quo ex Martiano iam docui mus: Vitruuius lib.ix.id ipſum Scaphen & hemiſphæ/ rium ab Ariſtarcho ſamio inuentũ inter horologia ap/ pellare uidetur:ad quem uſum/cũ nõ cauo ambitu ſed plano deſcriptum eſt Area ea Diſcus uocatur quaſi len ticula Plutarchus ĩ Numa ſcaphiis uaſis cauatis ſoli op poſitis non ſine fomentis elici accẽdiq; ſcribit ignem ue ſtæ ſacrum/ſi forte extinctus fuiſſet: Veluti Romæ tum Mithridatici tum ciuilis belli temporibus ſimul cũ ara periit : Sed Scaphion caluariã e græcis ſunt qui uocãt: de Scaphio in alio ſignificatu Plautus & Iuuenalis/de quo ſcripſimus:Scaphidion Cymba charonis dicta Lu ciano: Scapha nauicula quæ additur magnis nauibus: Si nauem cũ inſtrumento emiſti preſtari inquit Labeo. xxxiii.ff.libro tibi debebit ſcapha nauis:

Scaphidion cymba charõ tis

S pecillũ e ferro argẽtoue chirurgicũ inſtrumẽtũ quo utũ tur ad explorãdũ uulnerũ/ carcinomatũ/fiſtularũq; ꝓ/ greſſus & altitudinẽ : Celſus libro.v. Demitti ſpecillum in fiſtulam cõuenit ut quo tendat aut ꝙ alte perueniat ſcire poſſimus:erit & ſpecillum paruum ſpeculum:

S calpellum a ſcalpro;uſus eius eſt chirurgicis ad ſecanda quæ computruerũt induruerũtq;: ad uenas aperiendas in phlebotomia/& ad alia:Plinius.xxviii.Nidor crema/ ti ſenſum oẽm ſcalpelli adimit : Cor. Celſus libro .viii. Tum dæmũ ad manũ ſcalprũq; ueniendũ eſt:& libr.ii. de miſſione ſanguinis Ita ſi neruũ inquit ſcalpellus atti git ſequitur neruorũ diſtentio : Græci ſcalpellũ quo ue/ na aperitur φλεβοτομον uocant : nam φλεβον uenã dicunt unde & Phlebotomia/cuius monſtratorẽ uolũt Hippotamũ dum uena cruris percuſſa / ꝓfluẽte ſangui/ ne ſeſe exonerat: Suetonius Scalpro librario Cn. Piſo/ nẽ in carcere ſcribit Venas ſibi aperuiſſe/Et Columellæ

Scalpellũ ue/ næ
Phlebotomiæ monſtrator

mentio eſt Scalpri ruſticani/ ac Plinio in emplaſtratione libro.xvii. Horatio ſutorii ſcalpri/ Si ſcalpra & formas non ſutor inquit ĩ ſermonibus:

S eptæ medicamenta quæcūq; quibus uis eſt erodendi: quæ dicitur ſeptica/a σηπτιν erodēdo putrefaciēdoq; Cor.Celſus.v. quædam emplaſtra ſunt exedentia quæ ſepta græci uocant/ exedunt ea carnem & excreſcentia

Seps

carnis/ Vnde & ſeps millepedæ ſpecies oblonga/piloſis pedibus/pecori præcipue infeſta/ qm̄ erodit quos mo/ morderit:& loc⁹ tactus putreſcit:Pli.xxviiii.Multipedæ duo tradit genera/unū arcuatim repens tactuq; contra/

Oniſcos

Scolopēdra

hens ſe/græcis oniſcon/alteꝝ ſepa & ſcolopendrā mino rem quæ pernitioſa non arguatur:At paulo ſup̄.dixerat lacerta quam ſepa/ alii calcidicen uocant in uino pota morſus ſuos ſanat:Eſt ſerpens alia hoc nomine tabifica Auſonius.An libyæ ferale malum ſit romula uox ſeps: Lucanus.viii.Pharſaliæ oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus ſeps/niſi forte intelligant de illa cuius meminit Plinius:Septa uero Vlp.libro.xliii.digeſt.ea ſunt quæ ad

Incile

Incile opponuntur aquæ deriuandæ compellendæue ex flumine cauſa/ſiue e lapide aliaq; materia ſint ad con tinendam tranſmittendamq; aquam excogitata: nam incile locus eſt depreſſus ad latus fluminum ex eo duct⁹ ꝙ incidatur lapis namq; aut terra inciditur unde primū aquæ ex flumine agi poſſit:

S ycoſin & Sycon ulcus ſedis/qūod latini ficum/appellāt unde ficoſus:in latitudinem ſe deſuper fundit cui & do/ lores & Bubones cōtrahunt ut ſcribit Pollux: Dicitur

Sycos

& Sycaſi ſycados Pauſaniæ grāmatico.Cor. Celſus in partibus fieri tradit quæ pilo integuntur ut in capillo

Ficus

barbaq; eius hæc uerba ſunt ex libro.vi.Eſt etiam ulcus quod a fici ſimilitudine ſycoſis a græcis nominat̄/ caro excreſcit:eius duæ ſpecies/alteꝝ ulcus duꝝ & rotūdum eſt alteꝝ humidum & inæquale:Ex duro exiguū quid/ dam & glutinoſum exit:ex humido plus & mali odoris fit utrūq; ĩ his partibus quæ pilis integuntur/ ſed quod

callosum & rotundũ maxime in barba / quod humidũ maxime in capillo:Fungo quoq; simile ulcus in eadẽ se de nasci solet/quod medicamẽtis interdũ uehemẽtioribus/uel ferro adurẽdũ est / fũgus ipse græce μυκυτιϲ: Fung⁹ mechitis

S iriasis infantium nunc distillatio/nũc adustio dicitur Plinius. xxii. de Verrucaria herba Folia infantium distillationibus quod Siriasin uocãt illita medẽtur:Idem.xxx. Ossibus ĩ canino fimo inuẽtis adustio infantiũ quæ uocatur siriasis adalligatis emẽdatur:Dictam uolũt a sirio astro/feruẽtissimo:siue a siris hoc est cauernis & scrobibus quoniam inflamatio sit circa cerebrũ & tuniculas eius fiatq; oculorum cauitas : pallor & corporis siccitas Alexander in problematis Cauma uocat:quam euenire interdum & non pueris constat: Cauma

S cotoma & scotodiniã quoq; lenti & frigidi humores in cerebrũ delati inducũt ita ut eo morbo affecti minima occasione succidãt:cũ oĩa uerti oĩa circũagi eis uideanť non sine tenebris quãdoq; ob oculos: Vnde Vertigines nostri uocãt : fit & auriũ sonitus & dyscoia : Heraclitus ephesius ab eorum quæ scripserat obscuritate Scotinos est appellatus: Scotinos

S trabones & strabismi hii dicũtur qbus oculoꝝ puersio in sinistrã est dextrãq; partẽ:nõ aũt sursum deorsumue/ ex Aphrodisæo:Pli.xi.de oculis uni aĩalium homini deprauanť unde cognomĩa/ Strabonũ & pætoꝝ:ab iisdẽ qui altero lumĩe orbi nascereť Coclites uocati: Pæti aũt qui huc illuc celeri motu uei sanť/nõ æque ultio dantur ut Strabones : Oratius Strabonẽ appellat Pætũ pater: porphirio dixit leuiter & parũ inclinatus oculis:

S ingultus ex repletione sæpius peruenire solet/ excitatur interdũ ex ĩmodico fletu Apuleius:Altius eiulãs sese/ & assiduis singultibus ilia quatiẽs mihi etiã lachrymas ex cussit:Finiri singultus sternutamẽto cẽset Cor.Celsus libro.ii.& Hippocrates Aphoris.vi.ideo monet Plato na resextimulãdas in singultu/ut fiat sternutatio : ꝓdest & singultiẽti spiritũ cohibere/& aquã multã ad fotũ fau/ Ad singultus tollendos

cibus immittere:ex inanitate prouenieñs in morbis sin-
gultus lœtalis est:

S trophos intestinorum quædam tormenta græci dixere Cor.Celsus.ii.Vbi circa umbilicum intestina torquẽtur strophon græci nominant:coxæq; dolores manent:

Durities
Durum
Splenetis remedium
Lienici
Lienosi
Asplenon
Myrobalanũ

S clirosis a medicis durities splenis appellat̃ σκληρίασ duritias græci dicũt σκληρότησ durities/nã σκληρον durum:Affectus præterea Lien intumescit/& in intenta ambulatione cursuq; dolor & quædam difficultas est/Vnctiones frictiones/sudores/necessarii: post cibum dãda spleneticis aqua a ferrario fabro in qua cadẽs ferrũ subinde extinctum sit:ut Celsus.iiii.scribit: Inde Lienici Plinio.xxviii.q & Lienosi:Vitruuius primo/Asplenon cretenses medicamentũ uocant quo curãt inquit Lienosos/Cõfert & ex unguento & palmulis quod Myrobalanum græci nũcupant ut idẽ Celsus auctor est:

Atonia

S cintillatio stomachi feruor eructans spiritum calentem scintillæ modo:nam stomachi morbi esse solent ingens calor/inflatio/exulceratio/ĩflamatio/pituita/bilis/fastidiũ & alia: in quibus resolutio græcis Atonia pessimum ut ille inquit uitium:cum cibi non tenax est/desinit ali corpus/ac sic tabe consumitur

Priapismus
Satyrios
Diasatyrion

S atyriasis ægritudo est genitalibus intentionẽ cũ dolore inducẽs urgẽte tentigine/eadẽ(ut audio)Priapismus dicitur:sed tẽtio iugis aliis dicit̃ absq; uolũtate ueneris cui frigida cõferũt:Satyrion græci pruritũ & ueneris stimulos appetẽtiãq; uocant:Medici medicamen frigẽtes torpẽtesq; exercitãs in uenerẽ Diasatyrion noĩant:alii satyriũ:Pli.xxvi.Satyrion herba dr̃ quæ cõcitatricẽ uim habeat ita ut radix eius manu si teneat̃ uenerẽ stimulet:& itẽ/In totũ quidẽ græci inqt cũ cõcitationẽ hãc uolunt significare satyrion appellãt: Sed nõ belle ꝓfecto cuidã nostro cõtigit/qui dum appetit & cõcitat:cõcidit oppetiit/ Exsynceraftus factus uerius qdẽ ac peius q̃ synceraftus seruus ille Plautinus pertimescebat:Est & circa naturalia uitium inquit Celsus.iiii.nimia profusio seminis

quod sine uenere / sine nocturnis imaginibus sic fertur ut interposito spatio tabe hominẽ cõsumat/Gonorrheã diximus:γονὴ semen humanum: Gonorrhea

Stegnæ febres constrictæ dicũtur/Plinius libro.xxiii.de ficubus calorẽ refrigerant ob id non negãdæ in febribus inquit constrictis quas stegnas uocant:

Sciros & sciromata græci duritias appellant:Sed duo genera earũ fecere/Insanabiles alias & loco quẽ infestant sensum adimẽtes/alias uero locũ ipsum retusiorẽ reddere solitas:Pli.xxv.de Buphthalmo herba : Hæc cum cæra sciromata discutit: Hermolaus Stratomata legebat: Nascitur & in uentre uiris durities Molæ fœminarum similis sciros a medicis appellata sicut Oppio capitoni: Plinius libro.vii. Sciromata

Synochus febris cõtinua cõtinẽsue a medicis nostris uocat̃ inter putridas uitiato sanguine iteriora & exteriora hoĩs accẽdẽs est tñ συνεχὴς cõtinuus / συνεχεια cõtinuitas/συνεχως cõtinue: Vnde rectius synechũ medici dixissent: Nam synochus etiamnum erit coniũcta febris/ut sũt aliquæ:συνοχος cõiũctus συνοχεω cõiungo: Febris cõtinua Medicoꝝ icuria

Spasmus uulsio cõuulsioq; græcis dicit̃/& spasmata conuulsa & quod idẽ est uulsa : cũ nõ modo ruptũ aliquid est/sed nerui quoq; illi quos Inas hoc est febras uocant. At medici neoterici uillos/Lacessiti & uulsi sunt:p quos uis attractiua naturalis suũ exercet opus ut refert Galenus / Nã spastici & spomeni appellant̃ q aliquo spasmi genere tenent̃:& Cõuulsi recte dicũtur: Pli.xxi.de pulegio siluestri qui Blechos/Ante accesiorẽ horrorũ Conuulsis inqt & torminibus:Celsus lib.ii.Frigus modo neruorũ distentionẽ/modo rigorẽ infert illud spasmos hoc Tetanos græce noiatur/Et Hippocrates Aphorismorũ. septimo in uulneribus fortibus spasmus aut Tetanus inquit malum:Aphrodisæus aquam calidam circunfusam rigorem soluere scribit qui Tetanus dicitur : quiq; ex lẽtis frigidisq; humoribus generatur:soluere autẽ nõ Spastici Spomeni Tetanos

proprie sed ex accidēti per medium aliquod hoc est p insidentem caliditatem: Rupta uero Rhegmata græci
Rhegmochasmos nominãt: Vñ Rhegmochasmos rupta uena/ sanguinis reiectio de qua iam dictum est:

Scabies scabere cogit corpus/ & scabrum illud asperūq; reddit/ unde nomen/ modo sicca nascitur eo maiorem
Agria pruritum inducens/ & Agria id est fera merito dicenda: modo humida/& pinguior cū pustulis saniem uel pus
Psora educentibus/Psora græcis/quo asperior est quoq; prurit magis eo difficilius tollitur:

Sanies ĩ uulneribus ulceribusq; dilut⁹ quodãmõ sanguis: nã sanguĩe q ĩde manat ea tenuuior est/uarie crassa glu tinosa & colorata:Pus uero crassissimum albissimū glu/ tinosius & sanguine & sanie: Sanies quædam est quæ Hydrops ab aqua dicit͛ tenuis subalbida/ ex malo ulce re exiens:alteram Meliceriam nuncupat Celsus libro .v. crassiorem glutĩosioremq; melli albo subsimilem/ unde sit nomen:Puris uero genus illud est subalbidum quasi unctum colore & pinguedine oleo albo non dissimile/ Eleoden recte uocant:Pus ipsum a græco πυον/Vnde Empiema sanguine corrupto uel pulmonis epatisq;
Empiema ulcere morbus dicitur:Et Empici saniosi qbus ĩtus pus est/& præsertim in pulmone/ sed primum quoq; lac eo nomine appellauerunt:

Steatoma tuberculi genus dictū απο του στεατος φ pingue quiddam ĩ eo collectum sit sub cutem:nasci/ tur ĩ lateribus alis ceruice capite:Cor.Celsus lib.vii.Stea tomati pingue quiddam idq; latissime patere consueuit resoluitq; totam cutem superpositam/sic ut ea labet/ cū cæteris sit astrictior:Plinius xxvi. De radice Cyclamini/ eadem inquit & contra steatomata efficax:

Scropulæ Strumæ uulgo Scrophulæ/nã & Choeradas a scrophis græci uocant:adenes sunt indurati cum tumore subter cõcretis quibusdam ex pure & sanguine uelnti glandu/ lis/quæ febres mouēt/nec unq̃ facile maturescūt/ac ple/ rumq; iuxta cicatrices ipsas iterum resurgunt:nascuntur

circa maxillas / ceruicem alas/ inguina & mesenterium quoq; ut Pollux scribit/ac latera etiam/& mãmillas quã doq; fœminarum/id quod se reperisse Chirurgicus Meges auctor est/ut Celsus tradit lib.v. Plinius xxvi. de ranunculo herba / Nostri herbarii strumeam uocant qm̃ medetur strumis Idem. xxviii. strumas discutit fel aprinum uel bubulũ tepidum illitũ nã coagulum leporis e uino ĩ linteolo exulceratis dũtaxat ĩponitur:Et.xxx. Ad fœminarũ strumas ueteres/cochleæ cũ testa sua tusæ illinuntur maxime quæ frutetis adherent:Receptum est etiam eũ quem struma tenet si anguem edat liberari:

Ranunculus herba

S ynthexes defectiones latinis/cũ languet corpus defectis uiribus Plinius.xxii.de Alica potionis genere Peculiaris tamen longo morbo/ad tabitudinem redactis subuenit: ternis eius cyathis ĩ sextarium aquæ sensim decoctis donec oĩs aqua cõsumatur/postea sextario lactis ouilli aut caprini addito per cõtinuos dies/mox adiecto melle Tali sorbitionis genere emendãtur Synctexes quæ sunt ex iis sumptæ:ut sit fere synctexis atrophia/Inde synctetici ipsi Plinio de lasere:Præcordiorũ uitiis/syntheticis/comitialibus cum uino ĩ aqua mulsa:Est & aliis ut audio synctexis ægritudo interiora hominis ĩfestans/ut Tormina unde Maternus scribat/morituræ Dysenterio & synctexi si cum sole saturnus per quadratum fuerit inuentus:

Tormina

S iderati(ut sole afflati homines)dicuntur arescẽte corpore/translatum hoc ab arboribus sidere adflatis ut quotidie in pomariis in arbustis uidemus/ qui morbus ĩ ipsis ꝓprie sideratio uocatur: græce Astrobolismus/quæ afflatu arboribus nocens tota e cœlo est ut inquit Plinius xvii. Vt grando pruina/& carbunculatio:sunt enim arboribus sui morbi/ & pestes/ĩ cõmune/Articulatio ĩ germinibus/roratio/scabies/impetigo: officit & decacuminatio/decorticatio in orbem/& depastio morsu animalium/ qua moriuntur quædam/alia deteriora fiunt / ut Amygdalæ ex dulcibus transeunt in amaras:at ex amaris dulces fiunt si circumfosso stipite & ab ima parte cir/

Astrobolismus

cũforato deflués humor abstergatur:Oleã/si lambat ca/
pra/sterilescere autor est.M.Varro / Infantes æstate side/
Præsideratio rari quod uulgus æstu laborare eos dicit satis cõstat cau
sam refert Aphrodisæus in Problematis: Præsideratio
alia omnino erit:a uerbo præsiderare quod est cum tem
pestas hiberna præpropero frigore gelante improuisos
Prochemasis opprimit Prochemasin græci & contrarium Epichema
Epichemasis sin uocant:Idem Plinius .xviii . Accedit confessa rerum
obscuritas nunc præcurrente nec paucis diebus tempe/
statum significatione/quod Prochemasin græci uocant
nunc postueniente quod Epichemasin:

S cabriteis scabritiaq; in unguibus & oculis prouenire so/
let : Plinius de Cadmia/sordes oculorum purgare/scabri/
tiē extenuare cum dixit a sordibus scabritiem seiungit/
& aliubi extenuat etiam scabritias oculorum:Item mox
digitis scabritiem exterunt/Cor. Celsus libro.vi. Si uero
scabri inquit sunt oculi quod maxime in oculis esse con
Scabritia sueuit/confert Collyrium basilicon Euelpidis/mel & ui
num/ac panis ex uino subactus & impositus/aridæ etiã
lippitudini:Est eidem Plinio .xiii. scabritia charta: quæ
mox leuigetur dente conchaue/

S olati sole afflati Plinius . xxviii . sic & solatis id est sole
correptis prosunt:

S taphyloma in oculis uua quodámodo dicetur/ cum in
ipsis summa attollitur tunica:siue ruptis intus membra/
nis aliquibus siue laxatis /ut figura similis uuæ acino sit
unde nomen ut scribit Cor.Celsus lib . vii . σταφυλη
uua græcis:In oculis.n.tunicæ sunt: superior Ceratoides
quasi cornea ea qua parte alba est satis crassa pupille lo/
co extenuatur; huic inferior adiuncta est quæ Rhogoi/
Ceratoides des ab acini similitudine dicta est : deinde infra alia rur/
Rhogoides sus tenuissima quam Arachnoiden nominant ab Ara/
Arachnoides nea quæ græcis Arachne/ media uero subsidit ut idem
Arachne refert cauoq; quod supra illam est continet quiddam
Hyaloides quod a uitri imagine Hyaloides græce nuncupatur/ id
neq; liquidũ neq; aridum est:sed quasi cõcretus humor

ex cuius colore pupillæ color uel niger est uel Cæsius:

S onticus morbus comitialis quando maxime nocet / ui subita corpus prosternens & mentem obnubilans: Sõti re grauius est nocere: Plinius. xxxvi. de gagate lapide Deprӕhendit sonticum inquit morbum / & uirginita/ tem suffitus: Apuleius in Apologia magiæ Caducum deiicere quid opus carmine fuit cum incensus gagates lapis ut apud physicos lego pulchre & facile hũc mor/ bum exploraret: cuius odore etiam ĩ uenalitiis uulgo sa nitatem aut morbum uenalium experiantur: Cassi⁹ Ve/ nuleius & Modestinus Iurecõsulti dicunt morbum esse quemcũq; rei agendæ. qui sit impedimentum & noceat qualis omnino est febris etiam si a febre omnino differt sonticus morbus: utcũq; morbum nullum conferren/ tem nũq̃ inuentum scimus: sontici sunt omnes non in/ sontici:

Gagates Lapis

S egestria quæ inuolucri usum prestant recte dicemus: Fe stus Derres græci appellãt nauticas pelles / quas nos uo camus segestria / Sed & græcis quoq; Diphtheræ dicun tur quo nomine & membranæ significantur: & ĩter ue/ stes pelliceas suam habent scythæ Diphtheram:

Derres
Diphtheræ
Vestis scythi/ca

S cobia asperosum e ferro ĩstrumẽtũ fabrile / a scobe quæ e lignis ferro argento auro cæterisq; metallis ꝑducitur: M. Varro de lingua latina: Plautus ĩ Neruolaria: scobinã ago: illam actutum adrasi: scobinã a scobe inquit Lima .n. materia fabrilis est dicitur & scobilis:

Lima

S tatera Trutinaue examinantur quo põdere quæq; res sint / Prouerbium uetus est stateram ne trãsilias: hoc est ne quid facias præter ius & æquum: Vitruuius. x. Id & ex trutinis quæ stateræ dicunt᷑ licet cõsiderare idẽ Tru/ tinaæ libraæq; ponderibus examinatio reperta uidicat ab iniquitate iustis moribus uitam: aliis pars stateræ est trutina: Onerant etiam annonam stateræ adulterinæ in quit Vlp. tit. de extra. ord. cri. lib. xlvii. digest. de quibus Diuus Hadrianus edictũ proposuit pœna legis corne/ liæ: & falsas mẽsuras habẽtem in Insula religauit: Sate/

Prouerbium

Numoꝝ noia

res uero aureoꝝ nomismatū gen⁹ sunt ut Philippi phi/lippeiue/Darici/Alexādriiq; ab eorum effigie impressa: Stateram lancem græcis etiam dici manifestariū est:

Plotus

Plautus unde

S emiplotia uenatorū soleas dimidiatas inquit Festus uo/cant: quibus utebantur/quo pedem planius ponerent nā Ploti dicti planis pedibus unde & Poeta Actius um/ber sarsinas a pedum planitie initio Plotus postea Plau tus est dictus:

Lege Crinitū

S crupi & scrupuli lapilli qui non sine molestia calcantur unde scrupulosæ uiæ difficiles accessu laboriosæ mole/stæ:Et quæ græcis Enigmata scrupi a nostris dicūtur:ac Griphiq; quādoq;:sunt & in tabula lusoria scrupi appel lati:Terentius inieci scrupulum cum dicit solicitudinem animi metaphoricos intellegit:

Scilicus

Sicilire

Sicilices hastarū spicula lata: Ennius Incedit Veles uulgo sicilicibus Latis:Spiculū etiam aculeū in quibusdam in/sectis dicimus:ut Scorpione/in cauda uespis/Crabroni/bus apibus:at in ore Asillo siue Tabanum oestrūue dici placet/culicibus item & muscis: sed his magis ad suctū q̄ punctū:Oestrū furorem cōcitantē uocant qualis inter dum poetis datur:sepius diuinis:Sicilicus uero semūcia dicitur Columellæ:Festus Sicilicū dictū ꝙ secet unciam nam Sicilire ueteribus secare/Plinius.xviii. Quoties se/cta sint sicilire oportet hoc est quæ fœnisecces prætereūt secari:est enim in primis inutile enasci herbas semētatu/ras:&.M.Varro Prata sicilienda monuit.Silicia uero si/liculaue fœnum græcū est Dioscoridi & aliis / Telis ap/pellata & carphos ægroceras quoq; / quando cornicu/lis semen eius est simile:

S trategus præfectus dux in militia ī exercitu uel maxime στρατος exercitus: ἄγω duco/ Plautus cū in sticho strategum inquit te facio huic conuiuio præfectum & symposiarchen ītellegit/strategiæ armenis præfecturæ ī quas diuiduntur ut refert/Plinius in.vi. At Stratiotis mi les stratioticus militaris eidē Plauto ī pseudolo stratioti/cus inquit homo q cluear & stratioticus nūtius a milite:

est & Stratinus Iouis cognomen i ponto circa heracleã
Sratiotis herba militaris dicta in colibus nascens/ aizoo similis ni maiora haberet folia nuce refrigerans sanguinem erenibus fluẽtem:pota cum thure masculo mirifice sanat: Plinius libro xxiiii.

Stratiotis

S telæ columnæ Plinius.vi.stelæ lapideæ litteris icognitis a latinis Pilæ dicuntur.unde Pila Romæ Horatia i foro cũ spoliis quæ Trigemini uictores reportauerant uictis albanorum Horatiis.

Pilæ

S anguiculi e sanguie Suũ/& iunicum quandoq/ad cibũ Isitia dicuntur non sine adipe/fœniculo/pipere/Caryophilo/& cinamomo: Plinius xxviii. Et sanguine inquit hædi in cibum formato quem sanguiculum uocant:

S chista oua dicta qñ ab incubatu post triduum exempta quasi diuiduntur/dum discedit uitellus ab albo: nam & schiston genus aluminis Pli. xxxv. i capillamenta quædam canescentia dehiscens. Celsus .v. Sanguinẽ reprimunt alumen fiscile quod schiston uocatur: Est & eidẽ Plinio uigesimo octauo: Schiston lac quod postq̃ conferbuit refrigeratiõe diuiditur/& discedit serũ a lacte/Et iter cepas schistam quã dicũt adnumerat idẽ.xviii.schista aũt & Ascalonia cõdũtur:Schistam hyeme iquit cũ coma sua reliquũt/uere folia detrahũt/& alia subnascũtur hisdem diuisuris unde nomen:

Schiston gen⁹ Aluminis

Ascalonia

S trigmenta sordes gymnasiorũ quas græci ῥύπον uocant:& intestinorũ quoq exulceratorũ fere partes ueluti quædam quasi ramenta quæ egeruntur in Dysenteria appellari eodem nomine solent: Val. maximus/Gymnicorũ seruo strigmẽta gymnasiorũ colligenti:Cor. Celsus Acria inquit Tormina quidem periculosa non sunt/Si sanguis & strigmenta descendunt: dum febris cæteræq accessiones huius morbi absint:

Tormina

S tatuminatio statumen & statuminari de his recte dicuntur quæ munimẽto accedũt:etiã cũ sternunt: Vitruuius vii.i mentione ruderationis: Quæratur solum si sit perpetuo solidũ & ita exæquet: & inducatur cũ statumine

rudus:& statim: Tunc insuper statuminetur ne minore saxo/q̃ quod possit manum implere/ statuminatiōibus inductis ruderetur:Columella pedamenta uineaꝝ & palos u idetur statumina appellare/

Vineaꝝ pedamenta

Spira columnis quæ subditur ut diximus:cuius pars ima quadrata fere Plinthus uocatur: superior torus: suntq; inter hos modo Trochilus linea / quæ Scotia: modo Astragali/quadræ/supercilium: & interdum hæc simul omnia / est & Torus alter supra plinthum quandoq;/ut uni spiræ duo sint Tori/sed summus ad sessum Columnæ:ex Vitruuio:ut torques:

Plinthus

Torus

Scalptorium quo in speciem manus humanæ effigiato scapulas p̃sertim scabie pediculis & id genus aliis/ æstu/ue & puluerosо sudore prurientes scabere solemus:Martialis disticho cui lemma est scalptorium/Deffendet manus hæc scapulas mordente molesto Pulice/uel si quid pulice sordidius:

Sacrificatio fit exter endo potius q̃ feriendo / ut circum/scalptio/& leuis apertio/ Vnde scarificare radio pastina/cæ piscis gingiuas in dolore utilissimum est inquit Plinius trigesimo secundo / Et dentium dolores sedantur ossibus Draconis marini scarificatis gingiuis ut idem auctor est:Nam dentes leuare penna uel lentisco post cibum(ut solemus ociosi) diuersum ab hoc omnino est: Adagio inde sumpto apud græcos in desides & horip/das/quos σχινοτρώγεσ uocant/ ut lentiscum man/dentes / e qua dentiscalpia uel Martialis in apophoretis cōmendat: Etiam si alii non a lentisco/sed a scilla dictos uelint/quæ schinos quoq; uocetur Aristophani: Et in re rustica scarificatio dicitur cum summa tellure / sulco nō altiore arant seruntq; idem Plinius . xvııı. Silicia hoc est fœnum græcum scarificatione seritur:

Prouerbium

Schinos

Scoria e camino eiecta spurcitia omni metallo uocatur/ In auro coquitur iterum & tunditur:Catini fiunt ex Tasconio hoc est terra alba/simili argillæ/neq; .n. alia īquit Plinius . xxxııı. afflatum ignem & ardentem materiam

Catini

tolerat: Plumbi recrementum scoriam ut refert Celsus Molybdi græci uocant: In argento aũt Helcysma dicit. Sarcophagus

Molybdi
Helcysma

S capus qui Thyrsus L. Columellæ in herbis Marubio Lupino/faba papauere/& id genus aliis: Inuẽtus est iam scapus Plinio auctore/unus centum fabis onustus: In cã delabris quoq; eidem trigesimo quarto: Aegina inquit candelabrorum superficiem dumtaxat elaborauit sicut Tarentum scapos: scapi columnarum Vitruuio trunci/ & scalarum tigna super quæ gradus ponuntur/ In foribus etiamnum scapi cardinales eidem nominati a cardinibus: Sunt hæc quidem ut alia multa parui momenti/& doctis fortasse ingeniis fastidita/ sed plerisq; tamen necessaria:

Colũnarum trũci

S alnitrum uulgo factitium ad tormenta quæ ui & spiritu ignis torquent/eiaculanturq;/molares pilas ferreas/& glandes plumbeas excogitatum: ad bonitatem plurimum confert Carbo tritus e Corylo: Apud ueteres non uideo fuisse i usu/ Inuẽtũ germaniæ ut fama ẽ/celebrat quidẽ a priscis nitrũ salis genus de quo iam dictum est:

Tormẽta a q/bus

S arcophagus lapis in asso Troadis: in quo condita cadauera intra dies quadraginta absumuntur/exceptis dentibus: Mutianus quoq; & strigiles & uestes & calciamenta illata mortuis lapidea fieri auctor est: Cornelius Celsus libro quarto lapis etiam qui carnem exedit/ quem Sarcophagon græci uocant: Eius generis & in Lycia ĩquit Plinius trigesimo sexto & in oriẽte saxa sunt/quæ uiuentibus quoq; adaligata erodunt corpora: Mitioris est naturæ seruandis corporibus/nec absumendis Chernites ebori simillimus/in quo Darium conditum ferunt a quibusdam Chemites appellatur:

Saxa corpora erodẽtia

Darius ĩ quo sepulchro

S phygmos pulsus Gellio decimo septimo ĩtentio est motus naturalis non arbitrarii/ & remissio/ in corde & in arteria:

S ternutamentum capitis expiratio est/ueluti Ructus uentricuil/ crepitus flatusq; alui: Pomponium consularem illum & poetam nunquam rutasse legimus: Ster/

nutatis autem maxime homo/ quia multo & uario ali/ mento utitur ultra facietatem: quod non concoquit: & ideo multum spiritum congregat/ob multam humiditatem:is spiritus ad cerebrum ascendit & sternutamẽ/tum efficit cum sono: quia per narium angustias uehemens meat/ut per guttur uox/ per intestina immurmuratio illa quam Botborygmon diximus appellari: ex Aphrodisæo: Antiquum est sternutamẽtis salutare/ qđ etiam Tiberium Cæsarem tristissimum ut constat hominum in uehiculis inquit Plinius.xxviii. exegisse tradunt:& aliqui noĩe quoq; cõsalutare religiosius putant:

Botborigmos

S icyonia calcei sicyonii a sicyone peloponesi officinarũ omnium metallorum prima teste Plinio:parum hii uiriles ut delicatissimorum fuerant:hinc Socrates aptos habiles quia pedibus dicebat uerum Socrati nõ cõuenire:

Peloponesi officina

S tadium curriculum locum cursus in certamine dicunt: inde Stadiodromon:Stadiodromici Materno cursores in stadio:ducentorum pedum fuisse græcis audio/Plinius.xxxiiii.Eũdem & Herculeũ appellatum uicit & Leõtius qui fecit stadiodromon: Nobis stadium pars octaua miliaris a mille passibus quãdo centũ uigintiquinq; nostris stadium constat passibus hoc est pedibus sexcẽtis uigintiquinq;: Inde stadiatæ porticus & miliariæ de quibus diximus:nam stadiũ Pythicum olympicũ Italicum diuersa fuerunt de quibus Censorinus: Longioris autem curriculi spatium ad certamen Dolichos uocabat: Vnde Polluci Dolichodromi Scœnus.xxx. stadia continebat:Plinio libro.v.Eratostenis autem ratiõe patet stadia inquit.xl. hoc est passus quinq; millia/ aliqui. xxii.stadia singulis schœnis dederunt:

Stadiodromõ

Stadiũ quot pedibus

Dolichos

S itus lanugo & illuuies humore causata locis tetris perflatu nullo/uel modico/odore aspernabili/ qui etiã situs quandoq; dicitur: ut Plinio.xxi. cum scribit pessimum fore crocum quod situm redolet:

Situs

S ciomantiũ diuinationis locus ex umbræ in primis euocatione:Sciomachia umbratilis pugna Gellio/Sciopo/

Scrimia uulgo

des umbripedes uaſtioribus plantis corpus obumbrantes: Sciotericum horologium ab umbra quale genus illud eſt Vitruuio libro qnto. Viatoria penſilia quæ Cylindracea ſpecie uiatores frequentant: & eidem Sciateras gnomon indagator umbræ ut iá ſcripſimus: Sciuri paruula animalia quibus uiloſior cauda pro teguméto eſt: Vnde nomen: iiſdem pedes priores ad miniſterium manuum habentur nam ſedétes ad os illis cibos admouét: ut ſimiæ: ſciæ umbre: quod nomen tranſit ad conuiuas nõ uocatos qui uocatis adheſerũt comites & diſcubuerunt inuocati Horatius quas Mercenas adduxerat umbras: Item locus eſt & pluribus umbris/umbram autem corpus ubiq; comitari uidemus: Sciuri

S ynephœbi cõpuberes/quo titulo comœdiam luſit Statius de qua. M. Cicero in Tuſcul. queſt. Exephœbus decem & ſeptem annorum adoleſcens Cenſorino:

S copæi homuli paruuli/qui non nullis Stilpones/iidẽ Semiſſes dicti. P. Vatinio ad Ciceronẽ a ſemiſſe ut arbitror cubiti parte/ quæ ita fere uulgo nomiatur: nã pygmei a ſcriptorib⁹ celebrati Spithamei a ternis ſpithanis ideſt dõdrantili Plinio nũcupati: A gruibus ĩfeſtari eos & Homerus prodidit: Caſas humiles ĩhabitãt ex luto pẽnis & ouoꝝ putaminibus extructas: Ariſtoteles in cauernis uiuere tradit: ut repetit idem Plinius. vii. Barbari Thraces Cattuzos appellãt Spithama autem hoc eſt maior palmus. xii. compræhendit digitos minor Pleſtes græcis dicitur cõſtat digitis quatuor: pes uero ſexdecim/Cubitus xxiiii. qui græce πογμη: Ferunt tamen pygmeos tam puſillũ hoc genus ĩ Herculem auſos: quos ille (ut dicit) Leonis pelle correptos inuoluit omnes: Stilpones Semiſſes Pygmei Spithamei Cattuzi Spithama Pes Cubitus

S cienæ piſces Vmbriæ & innumera copia

S tomachice ex acerbo punico malo granato medicamẽtũ fit utiliſſimũ oris uitiis/narium/aurium oculorum caligini/pterygiis / genitalibus/ & his quæ nomas & quæ in ulceribus excreſcunt: Plinius. xxiii. Sunt & quædam malagmata quæ græci Stomachica dicũt: quoniam ut Stomachica

inquit Cor.Celsus libro.v.aperiendi uim habēt:Stoma-
chici Galeno hi sunt proprie qui cibos quauis ex causa
non continent:Resolutio morbus ipse stomachi nostris
appellatur ut ex Celso docuimus:

S uccollator qui subdita ceruice sustollit subleuatq;:a suc
collare uerbo/quo usus est.Mar. Varro.iii.rei rusticæ:&
Suetonius in othone:

Fistulæ iuētor

S yrinx fistula musicum instrumētum panos dei inuentū
e calamo toto cōcauo/quem syringa uocāt/fistulis uti-
lissimo:quoniam nihil est ei cartilaginis atq; carnis:nam
Orchomenius cōtinuo foramine peruius(auleticon di-
cunt)Tibiis utilior est:Sed ab usu calami sunt/Piscatorii
Vinitorii/Scriptorii/Sagittarii/& aucupatorii:

Venatorii potest legi

S aburra nauium est qualicūq; ex materia qua onerātur
sed sabulo cum primis: Inde uerbū saburrare/a quo Sa
burratrices aues:ac Plinio.xviii. Saburrātes echini hinc
Plautina Lena in Cistellaria Vbi saburratæ sumus largi-
loquæ extemplo sumus/hoc est plenæ saturæq;:

Aues sabur

S tipes æreos numos a stipādo:Vnde Stipēdium dixerūt
a quo stipendiarii qui stipendiū hoc est tributum pende
bāt ut uectigales: Sed quoniam stipēdia facere frequēs
est & latina locutio/idest militare/stipēdiarios uocare mi
lites passim est receptū:Trāquillus in Iulio Cæsare stipē-
dia prima in asia fecit:litteratorū uero oīum primus Ro
mæ Quintilianus ut ferūt stipēdiū e fisco mercedē acce
pit/cū publicū iuuētuti Gymnasium aperuisset:

Stipendium

S ublitionem primum quodāmodo tectoriū & inductio-
nem uocabimus coloris eius qui ultima inducendus est
manu:etiam in albariis : unde Plinio.xxxv.Sublita san-
dyce pingētes:sunt enim e coloribus multi qui sublitio-
nem amant:

S amara ulmorū semen Columellæ quo proueniūt earū
genera omnia/excepto quod Attiniam excelsissimam
uocāt Itali inquit Plinius.xvi.e radicū plantis proueniē-
tem:Vlmis consita loca ulmaria appellamus:

Vlmaria

S crotum pellem corium græco dicimus:hinc testium tu-

nicam quam illi Oschteon hoc nomine significamus: & scrotinæ ficus duricoriæ, Plinio.xv. Vbi serotinas legimus in libro de partibus ædium:

S cruta, de quibus ex Lucilio Gellius, pertusos calceos, edentatas strigiles, clauos excuspidatos, uestes usu attritas, ensiculos rubiginosos, libros a tineis corrosos & cætera id genus uilia ueteramēta recte dicem⁹, qualia scrutarii proponere uenalia, & uendere cōsueuerūt per fora & mercatus: Horatius Vilia uendētem tunicato scruta popello, hinc apud Apuleium scrutariam facere ut male frugi repræhendūtur Latrones uilia & friuola furto e balneis & cellulis anilibus exportantes: Scrutariā facere

S il pigmenti genus quo ad politionē operum usi sunt ueteres: at primi eo pingere instituerūt Polygnotus & Mycon attico dūtaxat: nam ad umbras usi sunt scyrico ab insula Scyro de quo quēamdmodū fieret diximus: Vitruuius.viii. Violam inquit aridam in uas coniectam & cum aqua feruefactū ad ignem in linteū coniiciūt manibusq; exprimētes aquam uiolis coloratam in mortarium recipiūt: & Eretriam infundētes terentesq; efficiūt Silis attici colorē: Sile autē marmoroso cremato & restincto in aceto fit usta olim casu reperta ut scribit, Plinius qua Nicias primo usus dicit, & sine qua umbræ nō fiebant: Vsta a quo

S milax quam & Milacē uocāt similis hederæ, densis geniculata caulibus, spinosa, fruticosa ramis est, folio hederaceo paruo, non anguloso, a pediculo mittēte pampinos flore cādido, olente liliū & refert, Plinius.xvi. fiet racemos labruscæ colore rubro, complexa acinis maioribus nucleos binos & ternos ut prodidit Theophrastus minoribus uero singulos nigros durosq;: Est & Smilax ilicis genus folio oleis fere simili Aqfoliæ nomē adeptū Smilacē quoq; dici a græcis Taxū arborē tradit sexti⁹: Milax Taxus alio nomie Smilax

S tolones inutiles circa arbores pulluli qui obesse solent quādo his ablatis omnia celerius adolescūt: Inde Stolonū i rep. Ro. cognomē a culturæ diligētia ut a frōde frō Ro. Stolonū domus

Stolones

diciiⸯita tamen ut nō hūc frondatorē optimū fuisse exiⸯstimes: Plini⁹. xviii. Auulsiq; arboribus Stolones uixereⸯhoc modo plātātur punicæⸯCoryliⸯmespiliⸯSorbiⸯFiciⸯuitesⸯ& aliæ: Surcul⁹ uero abscissis & sepis faciūdæ causa & culturæⸯsabuci coteneūⸯrubusⸯpopulusⸯsalicesⸯVerum lætius nihil est propagineⸯdefixis in terram surculorum capitibus uitisⸯficiⸯoleæ punicæ ⸯ malorum generibus omnibusⸯlauri pruniⸯMyrtiⸯnucis auellanæⸯsiue etiam transmissis per uasa fictilia uel qualos ramis teneriorbusⸯterraq; circumpactis: atq; hoc blandimento impetratis radicibusⸯbiennii spatio abscissa propagineⸯ & cū qualis illis plantata:

Thymbreum

Calamintha
Nepeta

S isimbrium lætissimum nascitur circa fontes stagna & piscinas: degenerat in calamīthamⸯsimilitudine ac odore tenus mutatur in mentam ut scribūt plinius & Theophrastus: Siluestre a quibusdam Thymbreum appellatur pedali non amplius altitudine: quod in riguis nascitur simile nasturcio: quod in sicco odoratum estⸯ inseriturq; coronis angustiore folioⸯ Calamintha calamenthusue eadem fere quæ Nepeta: Immo eadem herbariis nostris:

Scimpodium

S eliquastrum a sedendo inquit. M. Varro quasi sediquastrūⸯ sellæ genus apud ueteres ⸯ cuius meminit Higinus de Cassiopea & Festusⸯerat & Scinpodium inter sellasⸯ accubitaue Vnde Aul. Gellius scribit inuenisse Frontonē Cornelium i Scimpodio græciensi cubantē cum pedes grauiter ægrotaret: σκιμπους grabatus uel scamnū ꝓprie: σκιμπόδιον dicitur & lectulus græcis in quo pedibus parum ualent quiescunt: Sella quoq; pro excrementis a neotericis posita:

S erperastra infantibus puerulis alligabantur cum ingrediⸯdocerentur ne uitium contraherent eorum cruscula: M. Varro ⸯ Si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit Vaciaⸯaut compernisⸯSi eum corrigi non concedat'ⸯnō sequit' ut stultæ faciant qui pueris alligant in geniculis Serperastra ut eorum deprauata corrigāt crura:

Sycomorus arbor moro similis folio magnitudine aspe/ctu quam ficum ægyptiam uocant/ut huius meminerit Plinius.xiii. Diuus Hieronymus innumeri: Vlp. Iurecon sultus lib. digest. xlvii. titulo de extraordinariis crimini/bus si quis arborem inquit Sycomorum exciderit non leui pœna punit: qꝫ hæ arbores conligant Comata hoc est aggeres niloticos per quos incremēta nili dispensan tur & cohercētur/ Et Cor. Celsus de eadem libro.iii.(ut opinor) Sycamini lachrymam fronti inducūt: hoc no/men apud medicos reperio: Sed cum græci morū Sy/caminon appellent/mori nulla lachryma est/Sic uero si gnificatur lachryma arboris in ægypto nascentis quā ibi Morosycon appellant: τα συκαμινα mora: — Ficus ægyptia — Sycamina

Sirpiculum e sirpis canistellum e uincis uocant/ siue e ui/minibus compactum colligatūue/quādo sirpare priscis ligare/& a sirpis fortasse. L. Columella in horto/ Cano iam uimie textum Sirpiculum ferugineis cumulate hia cynthis. Propertius Sirpiculis medio puluera fuere ro sam/Vnde & Sirpea Cratis M. Catoni/& fascinæ genꝰ fere/Ouidio/ac Sirpirculæ falces paruule inter putādū a putatoribus in usu recepte/ de quibus. M. Varro in li/bris linguæ latine/Plauto Sirpuli habētur piscarii in ca/ptiuis quādo uiminum iuncorꝝ sirporum non unus est usus piscatoribus: — Sirpare

Sarcoides osse confracto fit quia os diffractum non soli/descit: est autem nec os nec caro /speciem tamen carnis obtinet: Vnde nomen:

Scholia annotamēta quædam intercissa pro certorū lo corum interpretatiōe adiecta qualia maximi celebrant inde Sciholiographi tāq̄ glossemata & semicōmētaria talia Diuus Ambrosius Marginalia appellasse uidetur nam cōmentaria exactiorem & magis continuatam de clarationem continent: — Marginalia

Splenia alienis forma nominata de quibus Pollux Dio/scorides & Martialis cui frons dicitur spleniata/Spleniū herba Plinio.xxix. Superimponi iquit oportet Spleniū — Splenium

ex melle decoctū lanāq; succidam ex oleo & uino/Aliis fasciola oculis admota cū ex ægritudine secunda Luce nimia offenduntur splenium uocitatur:

S eris satiuum intubum nostri(ut reor) Endiuiam quam in genere lactucarum posuimus/nam lactucæ similis est cibus salubris:terra hyeme operitur locis frigidis & can dida inde uelitur ad acetaria:

S onchus herba cuius duo genera sunt Dioscoridi:Agre/ste unum & aculeatius: mitius alterum & mollius in ci/bis receptum/nostrates ni fallor Crispinum uocant alli Lactucellam & Cicerbitam/ Plinius.xxii. Estur & Son/chos ut quem Theseo apud Callimachū apponat He/cale:Caulis decoctus lactis facit abūdantiam nutricibus colorēq; meliorem infantium:succus calidus in strangu ria b bitur:

Crispinus

Heccale thesei

S entinam nauis partem imam etiam sciunt Abecedarii sentinus uero deus priscis appellatus qui a nascentia a genesi/ab ortu sensum dat hominibus / ut Vitūnus qui uitam/nam deo uni innumerabilia dederūt nomina in/firmitatis suæ memores / ut portionibus coleret quisq; quo maxime(ut ille ait idigeret:Nodinus cultus est/no/dis & geniculis culmorum in segete apperentibus : Vo/lutinam deam uocauerunt spica e uaginula exeūte:Ho/stilinam/cum segete aristis iam æquata granum subdu/ruit:nam hostire erat illis æquare / unde hostienentum/ hostorium/& redhostire gratiam referre:

Sētinus deus
Vitūnus deus
Nodinus de⁹
Volutina dea
Hostilina dea
Hostire
Hostimentum
Hostorium
Redhostire

S tœchadas græcis dici oleas in ordinem digestas iam scri psimus sed & alias arbores dicere poterimus : nam Pli/nius libro.iii.Et stœchades inquit insulæ a uicinis massi/liensibus dictæ propter ordinem quo sitæ sunt : στοι/χοσ ordo:

S taticulus saltationis genus Plautinus i Rudēte Toxilus nequeo leno quin tibi saltem staticulūdem: Macrobius in Saturn.iocos dicit/uoces demutat staticulos dat:Sal/tatiōem uero ipsam apud romanos certatim etiam ab honestis constat expetitam/Inter duo bella punica inge

nui immo filii senatorum in ludum saltatorium cōmeabant/& crotala gestantes saltare discebāt/ fuit & probis matronarum saltādi cura/ dūmodo nō curiosa usq; ad artes perfectionem nec mollis nimiū & eneruis/ qualis olim Ionica: Salustius semproniam repræhēdit q saltaret elegantius q̄ necesse esset probæ: Et Oratius carminū tertio Motus doceri gaudet ionicos Matura uirgo & fingitur artibus Iam nunc & incestos amores/ de tenero meditat̃ ungui/ Primus Stephanio cū toga saltare instituit. cum armis curetes ut tradit Plinius. vii. Bellicrepam saltationem inquit Festus dicebāt quando cū armis saltabant quod a Romulo institutum est/ne simile pateretur quod fecerat ipse cum a ludis uirgines sabinorum rapuit: Pyrrhicen saltationem pyrrhicus in creta ut ostendit Strabo: Dionysius Halicarnaseus: & Solinus quæ quidem imitatur flexus corporum meditatio optima ad rem militarē: ut inquit Plato de legibus. vii. Spartianus in Hadriano Militares inquit pyrrhicas populo frequenter exhibuit: Apuleius Pyrrhicam græcanicam nuncupat: & Suetonius scribit Pyrrhicam saltasse asiæ & bithiniæ principū liberos: Vnde pyrrhicarii saltatores. Funebrem saltationem Acastus monstrauit: sed & qui uulgo ludus Pyrrhica dicit̃ Troia inquit Seruius uocatur de quo Virg. v. Troiaq; nūc pueri troianū dicit̃ agmen: Nūc dr̃ Torniamen: quo ludo puerorum equestri pugnæ cient ut ille ait simulacra sub armis: nam saltatiōis species illa oris colli crurum ac corporis obliquo hinc & inde motu scopiam quam dicunt a saracenis instituta: Dionysi⁹ Victis īdis saltationem induxit quæ apud græcos Cordax appellatur ut scribit Harrianus comam etiānū producere & mytrā gerere/unguentisq; uti instituit:

Saltus uarii apud maiores

Troia torniamē: uulgus bagurdum

Scopia saltatio nūc moresca

Cordax

Bacchi iuēta



Ollonem machinã aquariã diximꝰ a tollendo/qua e puteis aquã hauri re solent posteriora eius ꝑgrauante pondere/Plautus ĩ rudente/Heus sic Tolloni gratia cape hanc urnã tibi: Vegetius lib.iiii. rei militaris tolleno nem uocat machinã bellicã nõ mul tũ puteariæ machĩæ dissimilem / ut a tollendo itidẽ dicta uideatur: Tollenon inquit dicitur quoties una trabes in terra ꝑalta defigitur cui ĩ summo uertice alia transuersa trabes longior dimẽsa medietate nectitur eo libramento/ut si unũ caput depresseris/aliud erigatᷣ: In uno ergo capite cratibus siue tabulatis cõtexitᷣ machina/in qua pauci collocantur armati: tunc p funes attracto depræssoq̃ alio capite/eleuati ponuntᷣ in muꝝ:

T ympana nota sunt/Crotala quæ Cymbala/Systra/crepi tacula mollibus & semiuiris dantᷣ:Tympanotriba Plau to &tympãista dicitᷣ:ut crotalista Cymbalista:tympania ĩ margaritis/& crotalia ex Elẽcis diximus:Tympanũ tu bã cybeleiam Catullus:uas escariũ Pli.xxxiii.In plaustris tympana uocat Vergilius ut idem Plinius . xviii . intor/culo/ Et in fastigiis ædium tympana Vitruuio libro ter/tio noĩantur:

Tympana an/tiqua nõ sunt similia nr̃is

T riobolus numus tris pendens obolos Plautus ĩ poenulo neq̃ triobolum ullũ amicæ das: & eã ductas gratis: hic trioboli homo dicitur eidẽ uappa/nugo/nebulo/nullius præcii/& unius(ut nostris dicitur)Bigatini: nam bigati a nota inter numos habentur:Est aũt obolus latine scru/pulus sex pendens siliquas quæ græcis Ceratia hoc est quantũ lentis octo semina: Celsus uero lib.v.obolon ad nostra pondera relatũ paulo plus dimidio scrupulo fa/cere scribit:Sed emptos obolo cũ dixit Terentius numi genus intellexit/a quo diobolares meretrices Festo ubi Donatus obolo inq̃t q̃ est ultima numoꝝ significatio:

Bigati

Ceratia

Obolus

T essera signũ agnoscentiæ ĩ bello Palamedis ĩuentũ / pp coufusionem & alia euitanda:ut Marii Lar deus Syllæ

Apollo delphicus:Iulii Cæsaris uemis genitrix Vergil⁹ It bello tessera signum:Et Plauto in poenulo Hannonis tessera hospitalis dicta qua cognosceretur & cognosce/ret:Et i Cistellaria Melenis Plautina Alcesi marcho ado lescenti Hic apud nos inquit iam Alcesimarche cõfregi sti tesseram/quasi iura hospitii amisisti:Est & tessera Cu bus/ide tessella/Vitruuius.v. Cubus aũt corp⁹ est ex sex lateribus æquali latitudine planitiaꝶ perquadratum/ Is cum est iactus quam in partem incubuit dũ est intactus imotam habet stabilitatẽ:uti sunt etiam tesseræ quas in alueolo ludẽtes iaciũt:In numeris quoqꝫ Cubus dicit᷑ cũ omne latus eiusdem numeri æqualiter in se se soluitur / sicut cum ter terna ducũtur:atqꝫ idem ipse numerus tri plicatur: Tessella Cubus

T opia restes Pausaniæ grãmatico uocantur/& funiculi q in oleo terendo instrumentis oleariis circumligantur: In trochlea quoqꝫ partium trium unam topia appellãt ut scribit Pollux:Topia item a locis dicta:Spartianus i Ha driano Ttriclinia de castris & porticus & cryptas sed & Topia dituerit:Vitruuius lib.vii. de ratione pingendi in ædificiis:Varietatibus inquit Topioꝶ ornarẽt ab certis locoꝶ proprietatibus imagines exprimentes Item: per Topia cæteraqꝫ quæ sunt eoꝶ similibus rationibus ab reꝶ natura procreata/Et lib.v.Satyricæ scenæ ornantur arboribus/speluncis/montibus / reliquisqꝫ agrestibus re/bus i topiarii operis speciẽ deformatis:Sed & uitiũ pgu las quidã Topias ẽt appellant utcũqꝫ a Topiis topiario operi nomen iditum: Sunt & Topiarii serui Vlp.de fon de instructo lib.xxxiii.digest. Atrienses inquit Scopiarii sed etiam si uiridaria adsint topiarii: Pergula Atrienses

T hoes lupoꝶ genus Plinio lib.viii. procerius longitudine breuitate crurum dissimile uelox saltu/uenatu uiuens: i/nocuũ homini:per hiemes hirti/æstate nudi sunt : quos cum leone dissidere scribit lib.x.& cecos parere / ueluti canes lupos & pantheras:adiicit Pollux similẽ uulpi uo ce:Arrianus lib. viii. gestoꝶ Alexandri magni : Tigrim

Indicam ualentiorem elephantō scribit cuius caput in/ siliens strenuo saltu complexu strangulat:& hæc inquit quæ a nobis uidentur quas tygridis uocabulo appella/ mus Thoes sunt/alterius generis feræ uariæ maiores ta men q̄ aliæ Thoes/Opianus poeta thoes panthera & lu po nasci tradit Lupina capitis effigiæ/ maculis pardorū Aristoteles secundo hist. animalium de thoe meminit: quem Theodorus Gaza Ceruarium lupum interpreta/ tus est:Et Plinius Chaum uocat:Nam libro. viii. Pom/ pei magni primum ludi ostenderunt Chaum quem gal li Raphiū uocabant effigie lupi/pardorum maculis/& paulo infra sunt in eo inquit genere qui Ceruarii uocan tur/qualem e gallia in pompei magni arena spectatum diximus:ex quibus omnibus facile crediderim non uni us generis haberi Thoes: An autem decepti sint i nomi/ ne aliqui:doctioribus æstimandum relinquo:

Thoes

Ceruarius lu/ pus

Chaus Raphius

T rhyallis ellychnium funiculusue qui in oleo lucernarū stans uritur:& flammam producit:ab herba nomen sor titur:nisi potius illa ab Ellychnio:quando in lucernis el/ lychnii uice utamur:de qua Plinius.xxv. Tertia lignitis uocatur: ab aliis autem Thryallis foliis ternis aut cum plurimum quaternis crassis pinguibusq; ad lucernarū lumina aptis:eundem & Phlomon græci uocant φλοξ flāma latini uerbascum: & medici herbarii complures taxum barbatum:alii Sthrellam e genere spicatarum.

Phlomon Taxus barba/ tus

T uceta condimenta lautissima & cibi regii Fulgentio:Cal limachus.Ambrosio redolent tuceta sapore.Persius Pi/ gues patinæ tucetaq; crassa/ Apuleius.Naribus iam mi/ hi ariolabar tucetum perq̄sapidissimum:

T omacula e carne minutim concissa/ uel Iocinore suillo frustatim dissecto/ fieri soleut/additis caseo passulis & Aromatibus:Vsi sunt & ueteres/ nec scio an alia condi/ tura:legimus.n.Diuiniq; tomacula porci:

T etanothra medicamenta sunt erugandæ extendendæq; cuti in facie aptissima:psillothris non dissimilia sed ho/ rum ad pillos uellendos usus est:& postq̄ uulsi sunt/ne

unq̃ uel ſero renaſcantur:ut diximus:

T rabea ueſtis genus:Trabeis uſos inquit Plinius.viii.accipio reges: hinc Oui.ĩ Faſtis Trabeatus dicitur Quirinus & augurum quoq; ueſtis fuit trabea : Sed Trabeatam apertionem legimmus Trabeationem a trabibus: Trabeata Trabeatio

T iara capitis uelamen ĩ uſu frequenti olim perſis & phrygibus de quo Diodorus Herrodotus Hieronym⁹ & Innumeri:Sidonius Tiaratos reges dixit caput Tiara uelatos quos græci Tiarophoros uocant : Cidaris omnino alius eſt a tiara apud Perſas reginm capitis inſigne hoc cerulea faſcia albo diſtincta circuibat ut ſcribit Q .Curtius primo geſt.magni Alexandri: Tiarati reges Tiarophori

T urunda Catoni cum dicit fiſtulam quæ turundam non recipit/erit linamentum tentaq; ulceribus & uulneribus immiti ſolita:Nam & turunda eſt panificii genus quod nutrices exhibere ſolent infantibus/& ancillæ pullariiq; auibus cohortalibus ad ſaginam:Idem Cato Dum poteris facere Turundas/& aqua/des eſcam temperatam M . Varro Gallinas farciunt inquit turundis ordeaciis Nonius Turunda ut libum ſacrum quoddam/& ex farre genus panificii:M.Cato de liberis educandis/alia fert libum ac Turũdam græce phomon dicitur quaſi Bucces boluſue/hodie e noſtris paganæ placentã focaceam furnaceãq; turundam appellant: De linamento Cornelius Celſus cum alibi non ſemel tum libro.v.Emplaſtro illita linamenta diſponi per plagam/ deĩde emplaſtrum ſupra dari: Item : Si caro ſuper creuit modice reprimit ſiccum linamentum/uehementius ſquamma æris: Sed eidem libro.ii. ſtupa quæ cucurbitulæ coniicitur ut flãmæ ſpiritu corpori adhæreat linamentum nominatur : Sunt enim & medicinales cucurrbitulæ eo artificio cõpoſitæ/ut abſq; ignis miniſterio ĩpreſſæ cutem apprehẽdant & ĩhæreant:per Linamentũ quoq; lib.iiii.funiculũ lucernæ ĩtelligit Admouere oportet naribus ait extĩctũ ex lucerna linamẽtũ/uel aliud ex his quæ fœdioris eſſe odoris ſupra retuli quod mulierem excitet : oris autem Phomon Lucernæ funiculus

liniaméta dici manifestariũ est/dicũtur & in coloribus: Plinius.xvi.ad liniaméta modo cõchilii colore insignis:

T innitus aurium morbus diu perstans in aure/ut Sibilus sonitus/& murmur/de quibus Auicenas cretus medicorũ:Plinius.xx.de cumino Auribus instillatur ad sonitus atq; tinnitus cũ sceuo uitulino uel melle:Est & momentaneus tinnitus aurium Idẽ Plinius.xxviii. Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se receptum est:Plautus in rudente/Aedepol tinnimẽtum est auribus Primus præsagium ex aurium tinnitu litteris mãdauit Possidonius.

Auriũ ꝑsagiũ a quo

T' rachoma palpebrarum asperitatem appellant: ut asperas e Chamis cõchas Tracheas/nam Chamæ leues Liæ dicuntur quas Romæ Tellinas uocant & Vicatim circunferunt uenales:

T enasmns & græcis Tenesmos frequẽs est sed frustrariũ irritũq; cacandi desiderium/non sine inflãmatione & tumore sedis muccosa & sanguinoléta quædam interdũ deiiciẽtis: Celsus.iiii.In tenasmo frequẽs æque ac in tor minibus desidẽdi cupiditas est/æque dolor ubi aliquid excernitur: descendunt autem pituita muccisq; similia interdum & leuiter cruenta:Plinius.xxxii. de ostreis Eadem cocta cum mulso Tenasmo qui sine exulceratione sit liberãt.Idem.xxviii. Tenasmos idest crebra & inanis uoluntas egerendi tollitur poto lacte asinino/ uel bubulo:Plurimum nãq; ut ille inquit. xxvi. negocii humano generi aluus exhibet/ cuius causa maior pars mortaliũ inuit alias enim cibos non transmittit/alias non cõtinet alias non capit/alias non conficit:Eoq; mores uenere ut homo maxime cibo pereat: pessimum corporum uas inflat ut creditor & sæpius die appellat/ quando sat bis etiam non est:huius gratia precipue auaritia expetitur huic luxuria conditur/huic nauigatur ad phasim/huic profunda uada exquirũtur:& nemo uilitatem eius æstimat consumationis fœditate:

Lac asininum prodest

T elum morbi genus i intestinis cũ dolore/unde Serenus

Est & uis morbi quod Telum cōmemoratur cum subito dolor insanus furit incitus ictu Telum missile omnibus notissimum:In doloribꝰ autem & paucis aliis morbis confert īfirmum iactare uel cōmouere: Aclepiadem ferunt medicum illum celebertimum lectos pensiles primum excogitasse quoꝝ motiūculas uel iactatione somnum ægrotis induceret/ægritudines leuarentur:

Lectoꝝ pensilū inuenta

Thymū uerruculā cui magnitudo sit ægyptiæ fabæ nominant ad cutem tenuis est: supra latior subdura & ī summo peraspera/idq; summum floris thymi representat/Vnde ei nomen est:subrubet & īterdum sanguinem fundit Vt scribit Cor.Celsus li.v.Extuberat in palmis īferioribusq; pedum partibus / fœminibus sede & genitalibus ubi pessima est:Thymus herba apibus expetita:

Therioma ulcus per se nascitur/& interdum ulceri ex alia causa facto superuenit ī uiribus īterim & sede aliisq; partibus colore liuido uel nigro/ odor præterea illi fœdus: multusq; & muco similis humor serpit cum inflamatione/dolore/& febre interdum / nasci ex eo nunq̄ solet ulcus Herpes Esthiomenos græcis ut tradit Cor.Celsus.v. quoniam celeriter serpendo corpus ossa ad usq; deuorat inæquale/& cœno simile/odore ītolerabili:utrumq; sicut omnis cancer fit maxime in senibus uel his quoꝝ corpora mali habitus sunt:

Herpes Esthiomenos

Trulla a trua uas Plinio/Iuuenali/Horatio/Martiali/&.M. Varroni in lingua latina qui & de Trulleo & Truæ originem refert: Vnde detrullare Apicio de trulla in trullam mittere: Bacrionem inquit Festus dicebant genus uasis longioris manubrii: hoc alii Trullam appellant: erat & Baccar uas uinarium simile bacrioni:Trullas paropsides peluis inter uasa ponit Pomponius tit. de Au. & arg.leg.lib. xxxiiii. digest.Est & trulla cementarii instrumentum quo calcem disponunt in opere faciundo & tectoria complanant poliuntq;: hinc Trullissare Vitruuio libro quinto/Primum testa cum calce trullissetur deinde opere albario siue tectorio poliatur;& vii. Trul/

Bacrio

Baccar

Trulissare

lissatione inducta p arenato testa dirrigatur: Diuus Hieronymus Hamos.vii. Ecce dominus stans super murũ litum/& in manu eius trulla cementarii:

T udicula qua cõmouemus liquida & alia: Vnde Tudiculare cõmouere Nonio: Varro in marcipore: Hæccine nobis te ne tudiculasse: Celsus. iiii. Tum infundere cruda oua/tudiculaq; miscere/ Spathæ Plinio trigesimo quarto in mentione eruginis laminæ fere sunt & ueluti tudiculæ ac uerucula aduersandum/ Alii inquit delimatam æris scobem aceto spargunt uersantq; spathis sæpius die/donec absumatur:

Tuditan⁹ q̃re

T udites a tondendo mallei appellati ut scribit Festus Vnde cuidam cognomen Tuditano inditum q caput malleo simile haberet:

T rahæ & Traheæ a trahendo plostella lignea absq; rotis quibus per hiemes niuium præsertim tempore utuntur rustici busequæ: ueluti uehem dicimus a uehẽdo plaustri genus/Plinius trigesimo sexto: Amplitudinem cauis eam fecisse proditur: ut uehem fœni large onustã transmitteret: Sunt eidem xyiii. uehes fimi: Vtitur hac uoce & Mar. Varro:

T ribula tribulumq; genus tractorii uehiculi ut Cylendrus fere nisi q Strias habet: quo uinctis iumentis in area teruntur fruges maturæ: Vergilius/ Georgico. primo Tribulaq; /& Traheæq; & iniquo põdere rastri: Vnde Tribularium Columellæ: ut contribulare Plinio: nam messis ipsa est ubi tribulis in area ubi equorum gressibus exteratur: & ubi perticis ligula iunctis flagelletur: Tribulus uero herbæ genus eidem Vergilio frumentis nocens/ Idem Plinius. xviii. Nam lolium & tribulum & carduũ/ lappamq; non minus q̃ rubum inter frugum morbos potiusq̃ inter ipsius terræ pestes numerauerim/Ouidius quinto Metamorph. Lolium tribuliq; fatigant triticeas messes/Sed eidem. xx natural. hist. Tribuli unum genus in hortis nascitur: Tribulum etiam nostri uocant in stagnis & paludosis nascentem herbam folio intus candẽ/

Tribulus

Tibulus Item

te fructu obducto nigro acutoq; cortice/qui esui est: ut castanea: Thraces ad Strymona eius nucleo uiuunt pa/nem facientes prædulcem & qui contrahat uentrem: Et quoniam tricuspidatus est/telum ad eius similitudi/nem tribulum uulgo appellant quod circum mœnia uallumq; obsessi spargere solent: ut cũq; enim cadat cu/spidem e tribus unam sursum intendit: Muricem dicũt Vnde Plinio ipsi.xx.Spinosa carduo folia muricatis ca/cuminibus: Murices scribit Nonius ueteribus dictas sa/xorum asperitudines/ac tela omnia: Tribulus itẽ Murices

Trenetica tibia lamentabili uoce & querula/Trenos la/mentatio Trenodium cantus lugubris/Cares populi ut ferunt ea usi in luctu ut aptissima etiam si lugere defun/ctos supercaneum merito: quis dixerit: Trenos Trenodium

Talus græce σφυρον in pedibus quorumdam quadru/pedum ueluti bisulcorũ/ouium/bouum/caprarum/cer/uorum/damarum & id genus aliorum/nam digitos habentes talis carent/neq; prioribus pedibus omnino ulli sunt inquit Plinius undecimo: Item hominem qui existimarunt talos habere facile conuicti: Est autẽ talus rectus in articulo pedis/uentre eminens concauo/in uer tebra ligatus: Aristoteles quoq; homini talos esse non scribit: Plinius libro uigesimo sexto: Talis uero cum ait tumentibus limus aquaticus cum oleo subactus mire prodest/& trigesimo primo de musco/aquarum/oleo mixto talorum dolori tumoriq;: & Horatius: ad Talos stolla demissa/ac alii etiamnum talos in homine nomi/nantes in proprie & per quandam similitudinem loqui uidentur: Sed & Talaris uestis dicitur & Talipedare pri/sci dixerunt inquit Festus uacillare/& quasi talis insiste/re/Celsus quoq; libro ultimo de talo luxato/Neis talus qui totum corpus sustinet parum cõfirmatus neruis fe/rendo oneri cedat/rursusq; prorumpat: Ad ludum uero Tali astragali dicuntur in columnarum etiam Spiris Vitruuio nominati/& Plinio uigesimo sexto in nomi/nibus herbarum: Talipedare

Tonsus

T onsæ remi Festo ꝙ tondentur ferro Ennius de remigi/ bus pone petũt ex in referũt ad pectora tonsas meminit & Vergilius Tonsus pro tõsura/Actius in Amphitrione Mulier funesta ueste:tonsu lugubri:utitur & Plautus:

Acerra

T hymiaterium uasculum quo diis exhibebantur odores in sacrificiis iter quos Thymiama:Talis fere Acerra no/ bis est arca thuraria ut inquit Festus/Thuribulũ a thure iter odores uno sacerdotes nũc appellãt:Cor. Celsus.v. in malagmatis sæpe miscet Thymiama/& in illo maxi/ me quod auxiliatur pedum doloribus : Thymiama in/ quit aceto liquatum : In cõuiuiis quoq; odores/& suffi/ tus odoramentorũ adhibuere ueteres. Plautina Erotiũ in menechmis sternite lectos/Incẽdite odores/ Mũditia Illecebra est omnino amantiũ:M. Cicero Tusc.quest.v. aderant unguẽta coronæ incendebãtur odores: mensæ cõquisitissimis epulis extruebãt͛:fortunatus sibi Damo/ cles uidebatur:Odorata ligna tãtũ in usu Arabis:Sabæi Thuris ligno coquũt cibaria:alii myrrhæ: odore stiracis suffiunt tecta:

T orques uirile colli ornamẽtum ex auro argentoq;: Inde Manlii cognomen torquatus/torque aurea gallo detra cta singulari certamĩe:Plinius.xxxiii.Auxiliares quippe externos torquibus aureis donauere ; at ciues non nisi argenteis:

Dẽtium noĩa

T emnici dentes primores quatuor quia secant a græcis uocantur & Gelasini ꝙ in risu exeruntur:hos cingũt Ca nini a canibus dicti: Inde maxillares genuini & molares aliquibus crediti:Dentes ipsos omniosse duriores flaua bilis breui exedit / quæ p uniuersum uitæ tẽpus tunicã quæ bilis uessica dicitur/nõ rodit:cum affectibus maxi/ me sit exposita:quod euenire creditur: quoniam a natu ra ita est sancitum / ut eam tantum uessicam inhabitet: ideoq; ipsam minime lædit/Magnũenim remedium in quit Aphrodisæus contra dolorem/naturæ nomen est:

Lege Cabalũ de theriaca

T heriotrophium a ferarũ educatione nomen accipit:θηρ fera:Vnde Theriacæ medicamentum nobile de quo di/

ximus & Theriace uitis cuius uinum & uua contra ser/pentium ictus medetur: Nicandri quoq; Theriaci libri i quibus remedia scribit aduersus uenena & feras uene/natas: Theriacos quoq; pastillos ide dictos legimus: nisi potius a uiperis quæ in eis miscentur nominatos uelis: nam Theria uiperas dicunt/& Echidnas e ferarum etiã genere: Plinius.xxviii. Fiunt & e uipera pastilli qui Theriaci uocantur a græcis: Theria

T eramnon coctibile græci dicunt & Ateramnon incocta bile/de quibusdã maxime leguminibus: Theophrastus licet græce. viii. de plantis/ Sunt.n.loca per multa quæ semper coctibilia ferant/& alia quæ incoctibilia: sed omni quasi ex parte loca tenuia coctibilia potius reddunt: diciticq; in faba & lente hos affectus præcipue sentiri/uel quia maiorem i modum affici nata sunt: uel q͂ propter frequentiorem usum magis appareant: Plinius.xvi. Scribit glandem fageam suem hilarem facere/carnéq; coctibilem & leuem/ac utilem stomacho: Coctiuum nos coctibile diximus: Coctiuus Coctibilis

T riglyphi de quibus supra contra tignorum fere præci/siones in fronte sunt positi: Habent hi sua capitella/regulam unã i latitudinis medio deformatam/femur quod μηρον græce dicit᷑ mox canaliculos/altera duo femora idest prominentias/& in extremis partibus semicanaliculos qui interuertuntur: eorum interualla quæ sunt in tertignia Metopæ dicuntur: ὀπαὶ.n. græci tignorum cubilia & asserum appellant uti nostri ea caua columbaria ut inquit Vitruuius libro.iiii. Vnde eidem sunt in ex/tremis angulis Semimetopia: Metopæ

T omicem funiculũ restem dicimus: Vitruuius.vii. Asseri/bus dispositis tum tomice ex spartto hispanico harundines græcæ tonsæ ad eos uti forma postulat religentur: Est autẽ ἀπὸ τῆς θωμιγγος quod spartũ significat: nõ tamen aspiratur: Nascitur spartũ in hispania citeriore ut tradit Plini⁹.xviii. hinc strata rusticis eorũ: hinc ignes facesq;: hinc calceamina/& pastorum uestis: Est & Spartum

miraculum inquit æstimare quanto sit in usu omnibus terris nauium armamentis / machinisq́ ædificationum alisq́ desideriis uita: apud nos conuoluūtur funes e canabe: Iunco græcos ad funes usos nomini cedere possumus/quo herbam eam appellant: σχοινος iuncus funisq́: est ét unguentum pessimi generis inquit Festus a quo scorta uilia sardida putentia Schœniculæ appellatæ/Plautus in pœnulo Allisiras schœno delibutas seruilicolas sordidas:

Thyroreon locus inter duas Ianuas: Vitruuio libro.vi.

Teletas expiationes dicūt & cōsecrationes theurgicas de qbus Plato/Porphitius/Platonici omnes/& Diuus Augustinus in diuina ciuitate: Porro qui animatum expiationes pollicentur Theurgi & aliquibus Theurgici uocant: ipsa purgatio Theurgia/de Teleta/Apuleius in asino aureo: Atelestos non initiatus:

Theurgi

Tragos Spongias e maribus duriores uocant inquit Plinius.xxxi.nam mollissimū earū genus sunt peniculi: Penicilliue nascūtur autē in mari saxis adherentes ad usus plurimos mortalium ut calceis mensis columnis pauimentis podiisq́ ut inquit Vlp.xxxiii.digest.extergendis Scribit Suetonius Vespasianum Cæsarem: procurratorum rapacissimum quēq́ ad ampliora officia solitū ex industria promouere/quo locupletiores mox cōdemnaret/quibus uulgo quidem pro Spongiis uti dicebatur/ꝙ quasi siccos madefaceret / & exprimeret humentes pessimum earū genus Aplysiæ quia elui nō possūt ut illotariæ: Spongiæ item dicūtur ex quibus asparagi ꝓueniunt/ut refert/Plinius.xviii.qui & in menta spōgias uocauit/Seritur menta inquit planta/uel si nūdum germinat/Spongia: est enim quædam affinitas in hoc/asparagis & mentæ: In humore pratorum nascūtur & spōgiæ fungis adnumerādæ/quos spōgiolos appellauimꝰ:

Spongiæ
Spongioli

Titillatio & titillatus græcis γαργαλισμος motiuncula dulcis quædam/& pruritulus ille qui maxime accidit tactis leniter alis plantis pedum/cauo uolæ in manibus

lateribusq; risum moués ut scribit Aphrodisæus: Vnde transfertur ad sensus aliaq;/Hinc Horatio titillet gloria Ciceroni primo de finibus/ Voluptas quasi titillaret sen sus/est náq; uoluptas egregia titillatrix:

T repteria merita nutricationis græci dicunt quæ parenti/ bus & nutricibus æque reddenda sunt: nutrix.n.altera mater:sunt autem qui matri præstent:ut illa apud Vale riũ max. Filia quæ damnatam ultimo inedia supplicio parentem uberibus admissa diu aluit in carcere / Sũt & qui nutricibus Trepteria debita & Lac quoq; reddant corollarium dulcissimum:

T ypus forma exemplar: Inde Protypa quæ Prototypa: Archetypa: & Ectypa de quibus iam dictum est etiam si ectypa sunt qui credant illa quæ ab archetypo ita ad fabre producunt in puluisculo illo optime composito non sine formis fabris qui sunt fussores/ut eadẽ uidean tur:nam puluisculus geometricus de quo Apuleius/Per sius/cæteri omnino alius est: Vt illi etiam delicatissimo/ rum odoriferi puluisculi ad suaueolẽtiam/quæ matro/ nas inuitet:

Protypa
Prototypa
Archetypa
Ectypa

T oros musculos in lacertis cruribusq; carnosos non sine neruis uocant:unde Torosus:

T rientalis materia Vitruuio.x.ad scapos quos triẽtes etiã uocat/erit a mensura/q; essent asseres scapiue: machinæ quatuor unciarum:quæ per trientem significatur sicuti herbæ Trientalis & quincũcialis appellãtur quarum fo lia trientis & quincuncis fuerint amplitudine:

Triens

T rientes usuræ cum e cẽtenis quaterni in singulos annos capiuntur/sicuti quadrantes cum terni quincũces cum quinq; & cum sex semisses & Bessales cũ octo dicunt de qbus multa Hermolaus cõtra opinionẽ Iurecõsulto/ rũ:Scribit capitolinus Antoninũ piũ Cæs. fœnus Triẽta rium hoc est minimis usuris ut fœnusculũ exercuisse & Alex. Seuerus Impator Vsuras fœnerato℞ cõtraxit ad triẽtes/Idẽ Cõsules Senatores si fœnerarent usuras acci pe prio uetuit/nisi aliqd muneris gr̃a postea tñ iussit ut

Iurecõsulto℞
& Hermolai
cõcertatio

semisses accipent & munus sustulit: ut refert Lāpridius Plinius noster.xiiii. Ex his tamen usura inquit multiplicata semissibus: quæ ciuilis & modica est Nam grauissimæ quæ assibus exercebantur nautico ī primis fœnore quæ Centesimæ uocantur:

Cornelii Celsi Locus

T enontes a rigore nerui collum & ceruicis septem uertetebras firmant/& continent/quæ alias defluerent: Cor. Celsus.viii. Vtrinq̧ recti inquit ualentesq̧ nerui collum continent Tenontas græci uocant:ubi tamen librarii Cerotas scripsere: Eadem ratione neruum a poplite in calcem procumbentem/atq̧ inde in pedes sparsum digestumq̧ Tenonta appellant.

T hericlea ab inuentore pocula nominata græcis celeberrima:Plinius.xvi.Celebratur & Thericles nomīe:calices ex Terebintho solitus facere torno:

Philyræ Philuræ

T ilia arbor græcis Philyra/unde Tiliacræ fasciæ & tabulæ sed ex īterioribus quoq̧ corticibus ulmi tunicæ tiliæ uocātur Plinio.xxiiii:Corticis utiq̧ interior tilia lepras sedat/& mox/Idem prestant & tiliæ corticis:ut sit fere Tilia e libro arborum:idem auctor xvi.de Tilia inter corticem inquit & lignum tenues tunicas multiplici membrana/e quibus uincula/Tiliæ uocantur: Tenuissimum corium Philyræ/coronatum lēniscis celebres antiquorūq̧ honore:Sunt & Philuræ pagellæ eidem Plinio lib. xiii. in mentione papyri chartæ diuisæ acu ī prætenues & q̄ latissimas inquit Philuras:

Toxeumata

Delecteria

T oxica uenena quibus armantur sagittæ dici sunt q credant/a taxo arbore/cuius baccæ in Hispania præsentarii sunt ueneni:Et uasa Viatoria ex eius materia facta uinum inficere ueneno a gallis est receptum: Lœtalis & sub ea arbore somnus in arcadia: Clauus æreus infixus trunco malitiam adimit Plinius auctor.xvi. alii uero q̧ Toxeumata missilia græce dicantur Nūc mala omnia uenena uulgo Toxica dicuntur: Deleteria lectifera quæ sunt græci uocant:

T ragula hasta Nonio/Salustius hist. iii. Vt Metellus ictu

tragulæ sauciaretur. Festo Pomp. genus est teli q̃ scuto infixa trahatur/ de illa & Gellius in telorum mentione libro.x.Hastæ ipsæ(ut nunc quoq;) apud ueteres fraxineæ cõmendabantur talem Achillis fuisse memorant: Plinius. xvi. obedientissima quocũq; in opere fraxinus eadem corylohastis melior/cornu leuior/ sorbo lentior: Est & retis piscatorii genus tractile/plinius.xvi. de subere/usus eius inquit anchoralibus maxime nauium piscãtiũq; tragulis & cadorum obturamẽtis:Plautus in pseudolo At uolui iniicere tragulam in nostrum senem: Rhetis gñs

Tetrapharmacum medicamentum inter emplastra ad pus mouendum:Celso libro.v.a compositione nomen sortitur:habet.n.cære/picis/resinæ/seui taurini aut uitullini pares portiones:sicut eidem Eneapharmacũ a rebus nouem quibus constat a septem & decẽ ut heptapharmacum:Hadriano Cæsari fuit Tetrapharmacum quo in cibis unice delectabatur:Phasiano sumine perna crustulo:Et Pentapharmacum reperisse Aelius uerus cæsar dicitur:hoc est sumen/Phasianum/ Pauonem/crustulatam & aprunam ut scribit Spartianus. At olim ut inqt Fenestella Tripatinum appellabatur summa cœnarum Lautitia: nomen a tribus patinis una Murenarum/alia luporum/tertia myxonis piscis: Pẽtapharmacum Tripatinum

Teredo capite ad portionem graui lignis infesta est ut Tinea & culicibus similis Trips/ In mari teredinem sentiri tantum nec aliam putant inquit Plinius.xvi.Sunt & inter ligni uermiculos Cossi:olim in cibis recepti & altiles facti a quibus rugosi natura corporis homines priscis Cossi dicebantur : Sanant ulcera omnia sicut ulnera recentia cõglutinant terreni adeo ut neruosq; abscissos illitis solidari infra septimum diem Democritus persuaserit:Est & qui Cerastes uocatur nomine serpentis cornutæ/nascuntur ut plurimũ putrescente succo/uel ipsa materie A uehemẽti amaritate deffenditur cupressus/ sicut a duritia buxi materies: Tinea Trips Cossi Cerastes

Tragopogon herba pratensis in acetariis recepta / caule

paruo foliis exilibus croco similimis/ radice longa dul/
Come ciq;/Come etiam nominata de qua Dioscorides & Pli/
nius.xxi.&.xxvii.

T utulum Placiades pallium scribit esse quo sacerdotes
tuendi gratia/caput operibant inter sacra: Vnde tutulos
Tutulus sacerdotes dixit. M.Varro/in Pontificalibus & in libris
Tutulati linguæ latinæ Tutulum refert uocare fœminas conuo/
lutos ad uerticem capitis crines/ quos habent uti uela/
tos/Tutulatosq; dictas eos qui in sacris habere solēt uti
metam(id tutulus appellatur)Et Festus/Tutulum īquit
Tituli dicebant flaminicarum capitis ornamentum uitta pur/
Tutuli purea inexa crinibus/& in altitudine extructum: Tituli
Titus uero priscis milites uocati quasi tutuli q̄ patriam tuta/
rentur:unde Titi pronomen ortum est:

T urbo inter repentinos & uehementes flatus proxima
quæq; prosternit/ut in libro de mundo scribit Apuleius
Prester idem ardentior accensusq; dum fuerit Prester uocatur
amburēs cōtracta & proterens ut notāt Plinius libro.ii.
Prester quoq; serpens ictu inflāmans Lucano:Est & Ty
phon quem uibratū Ecnephian Seneca in naturalibus
Typhon quest.dici auctor est: Idem Plinius Vorticem inquit fa/
ciunt qui Typhon uocatur idest uibratus:Sed tamen ut
Ecnephian non eundem & Typhonem uelit:de Ecne/
phia in superioribus:

T hrissæ pisces non improbati in cibis/in Pado laudatissi/
mi optimos mittit & Tibris Laciæ a Ro. dicuntur/nos
Laciæ Chepias uocamus quæ ob ostiis contra torrentem ascē
Chepiæ dētes saxosum nactæ alueū emacrescūt & improbant:

T ristega a tribus stegis ut distega a duabus/ Stega nauis
prosceniū tabulatū/ponitur & pro tecto cōtignatiōeue
unde hypostega opertæ ueluti sub tecto ambulatiōes:
Plautus in bacchidibus ut assedi in stega dum circūspe/
cto atq; ego tum lembū conspicor/& in Sticho sine ad/
uocatis ibidem in cercuro in stega:Ezechielis.xlii.Triste
ga enim erant & nō habebant colūnas:

T rochus ludi genus notissimum/cū pilam ligneam in cir

culum ferreum terræ fixum/& sese cum i latera feritur uertentem immittere student lusores:uel ligneum turbinem scutica loroue agitãtibus rotantibusq̧ pueris/τρο χος rota/Turbo etiam græcis: Martialis distichon est i apophoretis cuiꝰ lema est trochus me ducẽte rota est das nobis utile munus Iste trochus pueris at mihi canthus erit Cantho autem extrema capitis rotatum uinciri satis notum est/Vergilius æneid.vii. Ceu quondam torto uolitans sub uerbere turbo/ Quem pueri magno in gyro uacua atria circũ Intenti ludo exercẽt ille actus habena / Curuatis fertur spatiis: stupet inscia turba impubesq̧ manus mirata uolubile buxũ / Tibullus Nãq̧ agor ut per plana citus sola uerbere turbo/Quem celer assueta uersat ab arte puer:

Canthus

Terũcius numi genus parui præcii unde nostrates etiam nunc Terunci facere passim/pro nihili facere nihili pendere/parui ualere dicunt/uulgo tamen addentes.s. litteram/& Sterũciũ nominantes:Plautus in captiuis/ Neq̧ ridiculos iam terunci faciunt.M. Varro in libris linguæ latinæ: Libella ꝙ libram pondo æris ualebat/ & erat ex argento parua/Simbella ꝙ sit libellæ dimidium / quod Senus assis:Teruncius de tribus unciis qđ libellæ quarta pars/sicut quadrans/assis:

Sterũcius

Techni ars/disciplina/Vnde operis Galleni titulus est Techni:dicitur & dolus/hinc Terentio Techna Parmeniõnis/Sutella/astutia/Plautus in captiuis Ego erũnatus de artuatus sum miser huius scelesti technis qui ut libitum est ductauit dolis:Idem in casina possis ne nec ne clam sutellis tuis eripere casinam uxorem : Technitis artifex Technopægnion artis ludus: Ausonio ubi potius legas Erotopægnion quod ẽ amoris ludus unde & lælii poetæ Erotopægnia Gellio citata:Calotechnos bonus/Cacotechnos malus artifex Et Texitechnos: Plini.xxxiiii. artis labefactator/ siue ut aliis Cacizotechnos artis suæ improbator:

Ausonii locus enucleatus

Versura



Ersura flexus a uertendo notissima: & uersuti quoq; mentes ad malitiã uertuntur/& inata uersutia: Sed uersura quoq; a uertẽdo dicitur creditoris mutatio: contracto debito mutuaticæ pecuniæ/in solutione primi debiti: nam uertere est mutare: Maroniana uenus æneid. primo: Quæ te genitor sententia uertit: Versuram facere inquit Festus/mutuam pecuniam sumere ex eo dictum est q̃ initio qui mutuabantur ab aliis non ut domum ferẽt sed ut alii soluerent: uelut uerterent creditorem idest mutarent: unde uertere solum decoctores dicuntur cum ob ĩgens æs alienum mutant locum: quiq; ultroneum sibi exilium indicunt: Est & uersura & uersus in re rustica: Plinius (omitto cætera) de arboribus arbustisq; disponẽdis. xvii. Aspectu grata quocumq; modo intueare in ordinem se porrigente uersu: nam uersus in poetica notissimi: habet & suos uersus oratio prosaica & quolibet scriptio ulgus lineas uocat:

Vertere

Vertere solũ

Versus

V ligo naturalis terræ humor ab ea nunq̃ recedens Inde uliginosus ager q semper humidus est: Vergil. Georg. ii. pinguis humus dulciq; uligine læta: Plinius. xvii. Arbustat agros Venetia salice propter uliginem soli: &. xxxvi Et siccati conduntur q̃ minimum uliginoso loco: Marro in re rustica: Non solum ea uligo lanam corrumpit ouium/Sed etiam ungulas scabras fieri cogit:

Lana corrumpitur uligine

V iuerã e mustellarum genere animal paruum Gale dicta qua in aucupio utuntur puelli: imposita summis longuriis scutella/illam funiculo adalligatam in foramina parietum ubi nidificantur aues immitunt: quæ ubi introrepsit pullos passerinos columbinosq; nam magistra admorsos extrahit: Sunt & maiores/Ictides appellatæ/magnitudine melitensis catelli/albicante uentre/sicut uiueris ac osseo quidem (ut fertur) genitali:

Gale

Ictides

V olsellæ a uellendo instrumenta quæ forpiculæ forsicu/

læue e ferro argentoq; & orichalco in usu mulierum præsertim/ad uellendos pilos e summo frontis & capillorum discrimine/ Interstitioq; super ciliorum/ac tota facie/& ceruice:Plautus in Curculione:Atq; ita me uolsellæ:pecten/speculum calamistrum meum bene amassent:nam & chirurgici suas habent uolsellas e ferro quibus appræhendunt oras ulcerum/linamenta/paniculu/los/& alia:Celsus libro.vi. de cancri curatione qui incole nascitur: deinde inquit oræ uolsella præhendendæ/tum quicquid corruptum est excidendum: Idem septimo:Horum extrema lingua uolsella præhendenda est: nec quicquam commodius est quam uolsella præhendere/sub eaq; quod uolumus/excidere:Similes his sunt aurificum uolsellæ quibus utuntur ĩ primis anularii ad gemmas & bracteolas præhendẽdas:

Cancri curatio

V itrearii qui uitro operantur:huius originem tradit Plinius xxxvi.qui & ex massis inquit rursus funditur in officinis tingiturq;:& aliud flatu figuratur/aliud torno teritur/aliud argenti modo cælatur: Sidone quondam his officinis nobili/ Si quidem etiam specula excogitauerat: Maximus honos in candido transflucente q̃ proxima Crystalli similitudine: id præstat incoctum alumen Catine uulgo quod dicunt:at sulphuri concoctum ferruminatur in lapidem:

Catine

V ibrissæ pili in naribus hominum dicti/ q̃ his euulsis caput uibremus/Vibrissator & uibrissatrix dicentur qui ĩ cantando uocem crispant: Nam uibrissare ueteres dicebant uocem in cantu crispare dearticulareq;: Titinius si erit tibi cantandum facito usq; exuibrisses:

Narium pili

V igiliæ inter mala habentur: Plinius de spodio Collyriis oculorum nimium uigiliis fatigatorum apta putatur idem uigesimo sexto Inter mala uniuersi corporis uigiliæ sunt plerisq;/ harum remedio monstratur panaces Clymenos/ Aristolochia/ & odore & peruncto capite: Vigiliæ castrorum excubiæ notissimæ: & uigiliæ noctis quattuor horæ:Vigilias nostri christianæ philosophiæ

Castrorum
Noctis uigiliæ

religionisue Sacerdotes uocant dies aliquot profestos ieiunio dicatos, olim peruigiliis: nunc plerisq; nostrum omnibus. non peruigilare (ut illi) Sed uigilare graue est.

Verminati
Verminatio

Elminthes

Ascaridæ

Argentum uiuum

V ermina dolores uentris ac uiscerum quoq; cum quadam minuta punctio ne pressuraq; quasi a uermibus mordeatur: Vnde Verminari torqueri Nonio, ut inde dicta uideri possit in iumentis uerminatio: nisi potius a uermibus quando is morbus pustulis ulcerosis serpit, & exulceratus locus simile quid uermibus ostendit: Et pueros quoq; uerminantes legimus ut in ipsis etiam dici possit uerminatio cum Lumbricis & Tineis quas Elminthes dicunt infestantur, uel latis, uel terretibus quæ plurimum pueros exercent, & modo inferioribus, modo quod fœdius est ore redduntur: uermium figura Ascaridas uocant in recto uel maxime intestino, sicut in graciliore teretes inuentas: Nam Celso libro sexto uermes in auribus nascuntur qui protrahendi sunt inquit oriculario Specillo, & si nimis intus medicamentis enecandi: ut postea tamen educantur: Martiali ī apophoretis de auriscalpio auris uerminans prurigine morosa dicitur: at Plinio decimo septimo in arboribus earumq; pomis uermiculatio:

V omica a uomendo tumor saniosus purulentusue: Vnde Satyrico poetæ, putres Vomicæ, & Serenus, sunt inquit odio quos dira uomit natura tumores: Vomica qualis erit: hinc Tranquillus Augustum Cæsarem scribit Iulias & Agrippam nõ aliter appellasse q̃ tres uomicas, aut tria carcinomata sua, Plinio autem libro trigesimo tertio: Vomica dicitur lacuna receptaculum: Est & lapis ait in his uenis cuius uomica liquoris æterni: Argentum uiuum appellatur: Hinc Plautinus Sagaristio ī persa crumenam, uomicam dixit Vomicast: pressare parce, nam ubi quis mala tetigit manu dolores cooriuntur: & cum Toxilus secari iubeas dixisset Tum sagaristio: metuo ne immaturam secem, ne exibeat plus negoci nam uomicæ finis est ut rumpatur: Audio philoso

phos naturales dicere nullum esse principium unde uo/mica incipiat: ex quo difficilis eius fit curatio: ueluti in rotundis ulceribus/de quibus Aphrodisæus in proble/matis: A Nonio uomicæ loca concaua uetustate obesa exesaq; nuncupantur:

V nguis oculoꝝ uitium onyx græce dicitur: cum pars ĩ eis quæ cornea uocatur Sugillato liuoriq; similis efficitur & figura unguis/omnino pterygium in oculis alius erit morbus de quo sup̃: Et si Celsus libro. vii. unguem ĩ ocu lis pterygium nominat:

Onix

Pterygium

V eternum torporem & ignauiam dicunt ex ocioso ocio: unde ueternosum dicendi genus ignauum & somnicu losum uocat Sidonius in epistolis: Sed & Lethargum marcoremq; hoc ipso nomine quidam ĩtelligunt/ hinc Festo Pomp. Veternosus grandi somno oppressus: At M. Catoni hydropicus:

Gñs dicendi ueternosum

Lethargus

Hydropicus

V mbilici ad gẽmas compræhendendas quas perforare nolumus Plinius. xxxvi. de Beryllis: Alios conuenit non oportere perforari quorum sit absoluta bonitas: umbili cis statim ex auro capita compræhendentibus: ideoq; Cylindros ex his facere malunt q̃ gẽmas/ quoniam est summa cõmendatio in longitudine: nam eidem Plinio xviii. de uentoꝝ ratione paruus circulus est umbilicus Vnde libro. xvi. in robore pilularum uocat umbilicos candicantes: umbilici quoq; ĩ libris/ĩ lupinis inter ostrea habentur: in homine umbilicus intestina ligat & conti/net: procidere is prominereq; interdum solet: unde pro/minens prociduusq; umbilicus: Idem Plinius. xx. de por tulaca/Infantium cerebro imponitur umbilicoq; proci/duo: prominet autem modo ex ĩtestino modo ex omẽ/to modo humore/aliquando spiritu/Sed & caro inter/dum increscit ut scribit Celsus libro septimo: Ompha/lon græci uocant: inde exomphalon non sine tumore & Mesomphalon ut medium umbilicum terræ Par/nasum dicunt ueluti Vmbilicus/ medium/ centrumue hominis est circino (ut patet) ab eo ad extrema pedum

Omphalon

Parnassus me dium terræ

manuúcq circunducto de quo Victruuius:

V iriculum græci Cestron uocant genus missilis teliue bello persico inuenti ut refert Suidas: Sed & stilum quocq dicemus in usu pictorum ad encausticen: Plinius.xxxv. In Encaustice pingendi duo fuisse antiquitus genera cõstat cæra & ebore/cestro idest uiriculo: nam & Sophocles Cestram pro stimulo siue stilo dixit/ut refert Pollux κέστρον Betonica: & κεστρεύς mugil piscis: illa a uarietate remediorũ ut diximus: Hic quasi stili modo quosdã ut ille inquit mœchos intrat publica atheniẽsiũ pœna: ut raphanus: Nostri materiarii Terebras crassiores Viriculos uulgo dictitant: At fœminæ inter ornamẽta & monilia fere suas habent Viriolas: Sceuola de au. & arg. leg. libro.xxxiiii.ff. Ex ornamentis: lineas duas ex margaritis/& Viriolas ex smaragdis & eodem libro: Vlpianus ornamenta muliebria sunt quibus mulier ornatur ueluti in aures armile/Viriole/anuli/ preter signatorios/ & omnia quæ ad aliam rem nullam parantur nisi corporis cenandi causa:

Cestra
Mugil piscis

Mœchorum pœna

V ri bouum ferarum genus a montibus in quis diuersantur peculiares germaniæ ut scribit. C. Cæsar in cõmentariis rerum suarum: his uulgus imperitum bubalorum nomen imponit/ cum omnino alii ab uris sint bubali: Vris inquit Solinus taurina cornua adeo protẽduntur ut inter regias mensas ob insignem capacitatem poculorum uicem præbeant: Plinius.xi. Vrorũ cornibus barbari septentrionales potãt: Vrnasq binas/capitis unius cornua implent:

Error multorum
Bubali

V erucula parua ueluti uerua/ & laminæ/ batilliue/e ferro quibus fabrorũ plurimi utuntur ad ea quæ in caminis & fornaculis uersanda mouendaq sunt: Plinius.xxxiii. de spuma argenti Ex catino sublata ueruculis ferreis/ atq in ipsa flamma conuoluitur ueruculo ut sit modici teporis: Verruculæ uero a uerrucis sunt de quibus diximus/ sedẽquoq infestant: Idem Plinius uigesimo secũdo. de Silphii radice/ Verrucæ sedis crebriore eius

suffitu cadunt:

V esticipes ueteribus dicebantur puberes / quorum genæ la/ nugine & barba uestiebantur:sicut inuestes impuberes/ quibus nundum uestis hoc est barba malas uestit Apu/ leius in apologia magiæ/Inuestem a nobis accepisti: ue/ stipicem illico reddidisti:Gellius.v. Atrogari non potest nisi iam uesticeps: Festus / Vesticeps puer qui iam uesti/ tus est pubertate/e contra inuesticeps: Inuestes

V arices & Variculæ in cruribus præsertim uenæ plus æquo tumescentes & obtortæ/Vnde Varicosus/Cirsas Hippo crates uocat/ Ixias Aristoteles: In temporibus quoque/in uentre testibus/inguine / turgescunt ut tradit Celsus In/ de Cirsion cauliculus Plinio xxvii. quod uaticum dolori/ bus medeatur: Cirsa Ixia

V rticæ herbæ notissimæ foliis/inest aculeata mordacitas/ & Siluestris maxime: cui & caulis mordax est: & folia fimbriata:Cum gignitur inquit Plinius xxi.mordax no est:solibus lanugo uires accipit / mirumque profecto ui/ deri potest tactu etiam leui pruritum pustulasque confe/ stim adusto similes afferre: ferunt primo uere teneram adhuc/in cibis non ingratam/nō inutilem ad pellendos totius anni morbos / nam plurimis scatet remediis ut idem/ostendit uigesimo secundo. Est & piscis marinus eo nomine/cui uis pruritu ut illi mordax nā tactus ure/ dinem mittit: Piscis urtica

V strigo/uredo/urigo/ab a effectu urendi:

V ermiculatus apte & minutim īterfectis tabellis/punctu/ lisque cōcinatus ab effigie ut uolunt uermiculi:Vñ Em/ blemata uermiculata:Et Plinius.xxxv. Vermiculatisque ad effigies inquit regum & animalium crustis: Cicero de oratore Pauimento atque Emblemate uermiculato/ Nonius Marcellus minutum interpretatur:

V epreta Senticeta/Spineta/ Dumeta: At Mar. Ciceroni pro Sexto Veprecula: Nam Vepres / Spinæ / Sentes / dumique:

V iridarii Vlpiano Iurecōsulto serui curantes hortos/quæ

Viridia

Viridia Ciceroni/Macrobio/Cecillo/Vitruuio dicuntur.

Vorsoria

V ersoria instrumentum dicetur nauticum quo naucleri fa cile intelligebant/ qua ab parte cœli adflarent uenti: & an soluendum esset: Plautinus Euthycus in mercatore: Hic uentus nunc secundus est/ cape modo uorsoriam: Hic Fauonius Serenus est:hic Auster imbricus/ut sit uer soria a uertendo/ quod in pyxide uidemus potestate magnetis & stiluli ferrei qui gnomon/monstrantis latus cœli & ex aspectu chartæ illius nauticæ poligrãmæ ma re & clima in quibus sint: Amalphis urbs est mariti/ma ĩ pecẽtinis cuius Ciues Magnetis usum nauigãtibus primi(ut fama est) mõstrauere: Quod commonuit ami cus noster Alexander Gaboardus Parmeñ. ex Antonii Panormithæ uersu.in urbis eius laudem: Prima dedit nautis usum magnetis Amalphis: antiqui aũt Vorsoriã dixere.quam nunc uersoriam: postq̃ Scipio Africanus o literam in e pronuntiasse primus dicitur in uortice & uorsu:ac sequuta ætas in aliis quoq;:

O in e

Pariphos

V irgata uestis a uirgis purpureis in ea intextis quas græci Paryphos uocent/ Vnde Vergilio sagula uirgata/quo loco grãmatici purpurea interpretantur: q uirgæ ligua gallica appellaretur purpura: At Seneca Tigrides uirga/tas nuncupat quia maculosæ sunt:

Vngulus anu/lus

V ngulatas uestes ab unguibus sunt qui uelint ex splen/dore & colore alii ab ungulis/hoc est anulis tanq̃ anula tas dixeris Vugulum namq; osci ut inquit Festus/siue prisci ut Plinius anulum uocarunt:

V olutabrum Vergilio & Diuo Hieronymo de suibus ꝓ/prie cum in cœno uolutantur/namq; id eos delectat/ue/luti animalia ueterina a iugo a uectura/ & canes a cursu a uenatu uolutatio iuuat:

Inuoluulus Conuoluulus

V oluox animal prærodens pubescentes uuas: Inuoluulũ Cõuoluulumq; alii uocant in fronde cum racemulo se se inuoluentem/de quo Plinius xvii.Et Mar.Cato Plau tus in Cistellaria Inuoluulum quæ in Pampini folio in/torta implicat se:

Volgiolum quod ut alii Valgiolum instrumentum dicimus ad coequandum & complanãdum: Plinius de cupressi semine/seritur inquit mense Aprili terra æquata Cylindris aut Volgiolis densum terraq; cribris supercernitur pollicis crassitudine: Valgiolus

Vopiscus e geminis superstes altero mortuo appellatur: Agrippæ nati pedibus anteductis ut iam dictum est/Cæsones ceso sectoq; matris utero falsum est eam peperisse cui mortuæ filius exsectus est inquit Paulus libro. L. ff. & eidem ter enixa etiam uidetur quæ Tergeminos peperit: Posthumi humato iam patre: Manii mane Lucii luce Crepusci increpusculo geniti Duplicis sexus hermaphroditi: sed eius tamen habendi qui in eis præualet ut tradit Vlpianus de statu hominum: libro primo. ff. Sunt hæc quidem inter minutias/Sed non omnibus tamen (etiam si philologis) displicitura: Agrippæ Cæsones Tergemini Posthumi Manii Lucii Crepusci

Vola uestigium medii pedis cõcauum Plinius undecimo Vola homini tantum exceptis quibusdam: namq; & hinc cognomina inuẽta Planci/Plauti Scauri Pansæ/sicuti a cruribus Vari Vatie Vatieni: Sed & palmam manus uolam appellari non est qui nesciat/ Romanorũ cognomina

Valgia Fulgentio placiadi sunt labellorum obtortiones in suspiratione factæ: Vnde Petronius inquit obtorto ualgitur labello/Plautus in Milite Maiorem partem uideas Valgis suauiis: Neuius Valgus ueternosus genibus magnus/talis turgidis: nam Valgi i diuersum actis qui sunt suris appellantur: Vt Vari incurua crura habentes/autor Festus ex Aurelio/ Plinius undecimo Sicuti a cruribus Vari Vatiæ Vatieni uitia/nam Vatiæ crura habent in exteriorem partem detorta deflexaq;: Vnde uatieni æque uitiosi; uatiniiq; siue pedes obtortos extrorsum: ut alii nam Mar. Varro in libris linguæ latinæ Si quis puerorum per delicias inquit pedes male ponere atq; imitari Vatias ceperit hos corrigi oportere/ quos nostrates uulgo mutatione litteræ Vacinios dictitant: Apertius tamẽ in cruribus sunt hæc uitia Plinio quo di/ Vari Vatiæ Vatieni Vacinii

Varronis loc⁹ ximus libro: pensitent Varronis uerba doctiores:

Verutum V eruina iaculi genus longioris aliis uerutum inquit placiades, Fulgentius, Galbius Bassus in Satyris Veruina confodiede ne te naucifacio: Plautus in Bachidibus Si tibi est machera & nobis Veruina est domi:



Enodochia publica loca in quibus peregrini, aduenæ pauperes cũ primis, uel sani uel infirmi hospitaliter recipiuntur ulla absq; mercede, Xenos hospes δοχεῖον receptaculũ qui curam loci habet & recipit Xenodochus appellatur: Alexander Gaboardus Parmensis bonarum litterarum studiosiss. Olim admonuit Xenodochia primum Instituta fuisse ab Hyrcano hyerosolymæ rege quibus aduentum susciperet pauperum peregrinorum: Aegesippo in primo referente:

Xenos Xenodochus

X enius hospitalis hospitii præfectus: Vnde Xenius Iuppiter qui præest hospitibus de quo Vergilius Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur: meminit & Dion & Strabo: hospitibus equidem eorũq; bonis & honori summa ratio & inuiolata fides habenda: hinc merito dixerim Aurelianum Cæsarem nouum supplicii genus cõmentum in eum qui cum hospitis sui uxore adulterium cõmiserat, nam duarum arborum summans partes inflecti illisq; pedes militis deligari iussit ac statim dimitti, ut scissus ille fidelis adulter utrimq; penderet: Xenia munuscula saturnalitia quæ hospitibus & amicis donabantur: de quibus lusit Martialis a græcis cõsuetudine accepta ut innuit: Vitruuius libro.vi.& supra diximus: Apuleius asini aurei secundo, mittit mihi Byrrhena inquit Xeniola porcum optimum, & quinq; gallinulas, uini cadum ætate præciosi:

Vergilius loc⁹

Adulteri pœna asperrima

Martialis græcos imitatus

Xenia

X eria quæ sunt arida emplastra dicuntur:quæ uero liqui/da Hygremplastra nominantur de quibus Galenus & alii medicorũ ξηρος aridus siccus/Inde Xerolibya Ser/uio a siccitate: ξυρον nouocula dicitur: Hygrẽplastra Xiros

X erophthalmia sicca & arida lippitudo cũ nec tumor ul/lus nec fluor oculis est sed grauedo quædã:Plini.xxviii. Sicca lippitudo lumbulis suũ tostis atq; cõtritis & ĩposi tis tollitur:nam Ophthalmia lippitudo est:Pollux caui tatẽ oculorũ ex ægritudine uocat ophthalmiã: Lippos qui eo morbo afficiũtur appellamus:Sed & lippi ut lip pientes quoq; oculi ipsi dicuntur: Plautinus Toxilus in pœnulo:quasi lippo oculo me meus herus utitur:Oph/thalmos græcis oculus:Celsus libro.vi.Est etiam genus aridæ lippitudinis Xerophthalmian græci appellãt ne/q; tumẽt inqt neq; fluũt oculi sed rubẽt tãtũ & cũ dolo re quodã grauescũt:ac noctu pgraui pituita inhærescũt: Lippitudini uero lachryma & tumor/crassaq;/& inter/dũ sicca pituita dolorq; accedũt:ac nõ nũq̃ exulceratio: Ophthalmia Lippi Lipientes Oculus græce

X ylon frutex producẽs lini genus ĩ ægypto/e quo uestes sacerdotales cãdore cæteras superãtes: nũc complures aliæ regiones id genus lini mittũt: Pli.xix.superior pars ægypti in arabiã uergẽs gignit fruticẽ quẽ alii Gossipiõ uocãt plures Xylon & ideo lina ĩda facta Xylina:paruu lus est/similẽq; barbatæ nucis defert fructũ/cuius ĩ inte/riore bombice lanugo netur: nec ulla sunt eis in cãdore moliciaue præferẽda/uestes inde ægypti sacerdoti gra/tissimæ:hæc ille:posuimus in horto nostro e semine qd in uasculis continet:& fructũ fecit: Gossipion

X iphiæ cometæ in cœlo mucronatæ/præcipuo inter cũ/ctas pallore/nullis radiis:Plinio libro.ii. ξιφος mucro/ensis/Xiphion herba gladiolus: A cõtiæ iaculi modo ui/bratæ ακοντιον hastã Iaculũ uocãt:Pogoniæ ab infe/riore parte iuba lõge promissa/in specie barbæ: πωγων barba & mẽtũ/Ceratias a cornu effigie: uisa cũ ad sala/mina pugnatũ eũ:Pithetes dolii figura in cõcauo fumi dæ lucis πιθος doliũ/unde eidẽ Pli.ii.uolumine:Pithe/ Xiphion Barba Cometa℞ no mina

cusa a figlinis doliarlorũ alii a simiatũ multitudine quæ Aenaria a statione nauiũ Aeneæ:& Homero Inarime:



Onarii Zonatum cingulorum textores factoresq;: Zonæ etiá plagæ & orbis partes quinq; poetis, & astrologis cátatissimæ: Fasceas Martianus uocat: Lysizonam athenis Dianam a solutione Zonæ appellauerũt:quam primiparæ soluũt Dianæ Soluizonæ dicantes: Sed & uirgini uxori: Zonam soluebat maritus uetere instituto: Cinguli uero dicti homines: in loco ipso ubi cinci solet satis tenues:

Cinguli

Z oster ignis sacri ulcerosi genus est, Plinius.xxvi.Ignis sacri plura sunt genera, inter quæ medium hominem ambiens qui Zoster appellatur:& enecat si cinxerit: medet plantago cum creta Cymolia:Zoster zona græcis. Vnde Zosterum in attica locum nominatum audio: quo Latona soluerit Zonam ut paritura:

zosterus
Latonæ zona

Z ythum potionem ægyptiis in usu ex frugibus ordeaq; cũ primis uocant hinc Columellæ pelusiaci pocula Zythi At Celiam & Ceream in hispaniis ut refert Pli.xxii: Ceruisiá quoq; & pluria genera in Gallia aliisq; prouinciis, quibus uini penuria:

Z ygia arbor Carpinus græcis dicitur q ex eius materia iuga quæ apud illos ζυγα uocitantur, iumentis comparant:ut tradit Vitruuius libro.ii. Plinius. xvi.de acere Tertiũ inquit genus Zygiam rubentem fissili ligno cortice liuido & scabro:Hoc alii proprii generis esse malũt & latine Carpinũ apellant: Iuga autem eadem quæ & transtra in nauibus Vergilio Aeneid.vi.quæ per iuga lõga sedebãt:Vbi Seruius interpres græce iquit dixit Zyga.i.dicũt quæ transtra nominamus:

Iuga
Carpinus
zyga

Z opissa uiuam picem ex nomine significat:de qua Plini

us.xvi.Et iam prius dixerat: Nō omittēdū apud eosdē Zopissam uocari derasam nauibus maritimis picem cum cæra/nihil non experiente uita/multoqꝫ efficacio/rem ad omnia quibus pices resinæqꝫ prosunt uidelicet adiecto salis callo/ Pix autem liquida in europa e teda coquitur naualibus muniendis multosqꝫ alios ad usus/ lignum eius concisum furnis undiqꝫ igni extra circūda/to terra: ut primus sudor aquæ modo fluat in canali: Hoc in Syria Cedrium uocatur: Cui tanta uis est ut in ægypto corpora hominū defunctorū eo perfusa seruē tur: Sequens liquor crassior iam picem fundit/quæ rur sus in cortinas æreas coniecta aceto spissatur: & coagu/lata Brutiæ accipit nomen: doliis dūtaxat uasisqꝫ cæte/ris utilis: Est & pix fossilis qualis olim in Apolloniata ag/ro: ut refert Theopōpus: Et Vitruuius.viii. scribit Za/cyntho & circa Dirachiū & apolloniam fontes fuisse qui picis magnā multitudinē cum aqua uomerent:

zopissa

Pix

Cedrium

Brutia

Picē fons euoluens

Z amiæ nuces pineæ quæ se in arbore ipsa diuiserunt: est autem uidere aliam maturescentem cum alia decerpit ita ut nullo nō mense maturescāt leduntqꝫ cæteras nisi detrahantur: ζημιῶ.damnum infero/ledo/ζημία da/mnum/lesio/Hinc Plautinus Euclio/ Ibi onerat aliquā zamiam: Et earum quoqꝫ genus tertium Apinum uo/cant e picea satiua/cute uerius q̄ putamine ut refert pli nius.xv.Hermolaus Sapineum castigabat/ Vnde nucē sapineam Columella uocauerit: Vt Apinæ ab apina ci/uitate Apulie quæ euersa a Diomede i prouerbium ue/nerit appellatæ potius credi debeant: Est & quartū ge/nus quod e pinastris Pithyida/alii Pithyina dixere/præ/cipui remedii aduersus Tussim: In melle decoctos nu/cleos Taurini Aquicellos uocant:

zemio

Prouerbium

Hic Martialis Sunt Apinæ tricæqꝫ

Z omidion græcis Iusculum: nam zomos ius dicitur/Vn/de Oxyzomum condimentum e iure non sine aceto: barbaris in usu maiore q̄ latinis:

Oxizonium

Z oophyta mediæ quæ sunt naturæ inter plantas & ani/malia græci appellant:



Abes candidissime lector quæ farraginosa alieno stomacho uolentes tñ digessimus: ut si non oībus, quod difficilimũ est, at paucis desiderantibus parte uel una satisfaceremus: qbus nostra etiam subruuida, ut humani sunt affectus, displicere non possunt: Et ne illa ipsa ueluti subcognita reddidisse noietenus olim uideremur: Conferes hæc pauca ieiuna illis quæ multa & succiplena litteris ante nos alii mandauerunt: & dices, scio, qm̃ mens ꝑsaga esse solet, quo Grapaldus arbusculas ĩ magna & dẽsissima silua: Veꝝ nec oĩa, nec eadem oĩa ubiq; sunt: neq; uile (ut optime nosti) semper est, quod uile est: quæq; uni uilia sordent, nõ oĩbus sordent: Etiã si Ab aliis quædã ĩ nostrum usum sint accepta, quæ qdem oĩa facillime uertere potuissem: Sed fidei ratio qñq; hñda fuerat: nolui enim quod aliqbus interdũ euenit, ex una duplicẽ ĩprudens facere uersurã: Facilius adhæc sua qsq; (ut uoluimus) agnoscet: quæ si reddenda fuerint, minore dispendio, iniuria, dãnoq; ut eadẽ restituentur: Sed quid si moueat cornicula risum? Fœnerantur ꝑfecto in re litteraria pleriq; oẽs: & nullo quidẽ sæpius impendio, at multa cũ ingratitudine suppresso noie eoꝝ a qbus fœnerantur: Rimari aũt nõ æque Lexeon etymologias aposuimus, quaꝝ refertissima hñtur uocabularia q̃ Dictiõibus positis addere sententias, & alia scitu iucunda utiliaq; ad rem facientia in quotidianum uitæ usum recepta ĩ quotidianis sermonibus, occurentia, recipiendaq;: Assequi etiam maximo studio adhibito nõ potuimus quin eadem aliqñ bis dicerentur: Cõem errorem uitio mihi ne uortas: & scias, nũq̃ nimis dici, quod dictum haut obesse potest: Vt cũq; ne spreueris oro, postq̃ boni scripta sunt: & memineris patrocinari ubicũq; patrocinio opus fuerit, die saltẽ a momulis mihi nõ dicta: nec eni spo igenuos, Sed nec opto submussantes uitiligatores. Vale cũ bonis.

A lexander Gaboardus Parmeñ.M.D. Thomæ Plouatatio Pisaurensi Iureconsul.Integerrimo pro morte Grapaldi.

Romuleo sermone potens.sermone Pelasgo
Vade iacet Marius.Quæ iam tibi parma supersunt?
Quæ tibi uota manent miseræ?Sic dira sororum
Pensa trahunt?heu quænam sæcula longa rependent
Hoc tantum Crudele nephas?modo fata triumphant.
Sæua Cothurnato patriam spoliasse poeta.
Quem celebrant uates.claræ uirtutis alumni/
Laurea pontificis cinxit cui tempora Iuli.
Grande aliquid spondebat.n.ni fata fuissent.
De Mario uanos ducunt tamen ipsa triumphos.
Namqꝫ locos subit ille pios.carpitqꝫ Quietem
Elysiam:aut celso uiuens modo culmine Diuum
Vescitur ambrosia perdulci nectere felix
Aetherna hæc præstans terris monumenta.uigebit.
Vatibus egregiis nequeunt fera fata nocere.
Sic erit & Marii fatorum sola superstes
Gloria.Non cineres comitatur fama sepultos
Clare Plouataci.Semper uiret inclyta uirtus:
Te quoqꝫ quem nobis facundia.candor:& ardens
Iunxit amor/facient descripta uolumina legum
Perpetuum.tollentqꝫ tuum super æthera nomen:
Consilio uirtute potens.Indagine rerum.
Ore meletæo Iuris dum scribis utrisqꝫ
Ostendis patriam consultis nomina.uitas/
Enumeras legum seruato pondere ritus
Maiorum consulta canens/pia iura regentum/
Dignus es Euboicæ uatis transendere in æuum/
Et phrygios æquare senes/dignusqꝫ locari
Inter Aristides Rhadamantos.atqꝫ lycurgos
Quom tibi.Fas.Leges.Ius.Rectum.Clare refulgent.

Eiusdem Alex.Gaboardi Epit.in Grapal.

D ic hospes: Marium Parmæ uidisse iacentem:
Hunc superis donans sustulit Vrania.

Petri Perini Turcellani Epit.in Grapal.

H ic situs est Marius: pulchras construxerat ædes
Ingenio: Cœlum nunc sua tecta dedit.
D escripsit flores. Animalia. Balsama. fructus
At nunc cum superis uescitur Ambrosia.

I mpressum Parmæ per accuratissimos Impressores Octa uianũ Saladũ & Franciscũ Vgoletũ Ciues Parmeñ. Im pensis Antonii Quintiani qui non passus est Labores Grapaldi Vndequaq; Viri doctissimi Interire: Quẽ uiuẽ tem colebat amabat & uenerabat: Die septimo Maii. M.D.XVI.

Regestrum Huius Operis.
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z & ꝛ ꝶ.
A B C D E F G H. Oẽs sunt q̃terni excepto
r qui est ternus & H duernus.



[illegible]

20 cc. m.
266 cc. mm.